


AULI
GELLII

A
5-78





2
9-2140



¹⁰⁰
C.A. 31-3-27-5

2-9-2150


Biblioteca Universitaria	
GRANADA	
Sala	A
Estante	5
Tabla	
Número	78

51-2-6



51-2-6





BIBLIOTHECA UNIVERSITARIA
QUARACORI



L. Gossin fecit.




1
17

CHURCH

AULI GELLII NOCTES ATTICÆ.

INTERPRETATIONE ET NOTIS ILLUSTRAVIT
JACOBUS PROUST & SOC. JESU.

JUSSU CHRISTIANISSIMI
REGIS,
AD USUM SERENISSIMI
DELPHINI.



PARISIIS,

Apud SIMONEM BÉNARD, viâ Jacobeâ è
regione Collegii Claromontani Soc. Jesu.

M. DC. LXXXI.
CUM PRIVILEGIO REGIS.

AULL GELLII
NOCTES ATTICAE
INTERPRETATIONE ET NOTIS HIC STRUAT
JACOBUS BROUET & SOC. PARISI
JUSSU CHRISTIANISSIMI
REGIS
AD USUM SERRINIANUM
DE PAPHLAGIA



PARISIIS

PARISIIS
apud Simonem Bernard, via Jacobae 6
regione Collegii Claustrarii Soc. Jesu

MDCCLXXI
CUM PRIVILEGIO REGIO



LUDOVICO
SERENISSIMO GALLIARUM
DELPHINO

JACOBUS PROUST
E SOCIETATE JESU.

COMMODVM accidit,
ut quo tempore liberalium
Artium studiis finem feci-
sti, SERENISSIME DELPHI-
NE, A. Gellii Noctes Atticæ vigiliis
à ij



EPISTOLA.

*nostris illustrata in lucem sub auspiciis
tuis prodirent. Litteris omnibus, quæ
formandis & acuendis principum inge-
niis conducunt, fuisti non nunc pri-
mum perpolitus: quid aliud superest,
nisi ut elementa doctrinarum & an-
tiquitatis monumenta identidem tibi
proponantur, & ad majora deinceps
promovearis? id adeo præstabit, ut con-
fido, Gellius. Neque enim is attigit histo-
riam, in qua tibi novum nihil occur-
reret; non privatam aliquam scientiam,
cujus principia jam percepisses: sed pri-
mitias quasdam, ut ipse ait, & qua-
si libamenta ingenuarum artium
persecutus est. In quo cum tyronibus
instituendis non est inutilis, tum vero
multiplici præclare eruditionis genere*

EPISTOLA.

doctissimis quibusque mirum in modum probatur. Sanè quod in utriusque lingua veteribus grammaticis acutum & ingeniosum, festivum & elegans in poetis, in oratoribus floridum simul & nervosum; quod in philosophia subtile, sententiosum in jure, reconditum in historia, in mathematicis jucundum; id omne ex innumeris decerptum auctoribus suos in commentarios retulit, ut etiam hominum delicatissimorum fastidia ubertate & copia facile vincat. Erit aliquando fortasse cum negotiis gravioribus vacuus vel veterum acute dictis quæ plurima suggerit, delecteris; vel exemplis Heroum quæ passim occurrunt, ad ardua quæque capeffenda

EPISTOLA.

incendaris. Excitabit te credo & Ca-
tonis prudentia, & Alexandri fortitu-
do, & Caesaris magnanimitas, ut redi-
vivam in moribus tuis heroicorum
temporum dignitatem hac aetate re-
presentes. His quasi gradibus LU-
DOVICUM MAGNUM, bello
an pace majorem? utrobique certe
maximum, olim assequeris. Is unus
tuae jam praesit institutioni, à quo re-
gnandi artem potes edoceri. Quam
sanctum esse te oporteat religionis vin-
dicem, docebunt tot everse impietatis
arces, delubra amplius quingenta fun-
ditus excisa, haereses vel afflicta vel
omnino oppressae, tot edicta sacra,
quibus alliciantur alii ad veram
fidem, alii in avita pietate etiam in-

EPISTOLA.

viti contineantur. Quam integra debeat esse equitas tua, facile intelliges ex sublatis iudiciorum tricis & scientia juris publicum in splendorem restituta: paternum in subditos amorem & coercitus singularium certaminum furor & acerrimæ de veneficiis questiones inspirabunt. Erit quod in rebus tum privatis tum publicis suscipiendis prudentiam, constantiam in gerendis, in conficiendis fortitudinem æmuleris. Revocatis in animum bellis Batavicis, Hispanicis & Germanicis subditos tutari & hostes vincere; pacem, qua jam Europa fruitur, interdum reputans de te ipse triumphare disces. Hac illustri planeque regia disciplina excultus, Religione, Iustitia, Moderatione, Consi-

EPISTOLA!

lio , Victoriis ac Triumphis expressas ac superstites in Te LUDOVICI MAGNI virtutes seculo tuo exhibebis.



LECTORI.

QUID hac in editione præstitum sit, etsi poteras, Candide Lector, observatione tua sensim apprehendere: tamen operæ pretium fore duxi, si uno quasi conspectu oculis tuis ipso in aditu subjicerem. Omnino tria sunt quibus edendis curam impendimus, A. Gellii Noctes Atticæ, interpretatio, ac notæ. Quod spectat ipsum auctorem, ejus verba ac sententias ita tibi representamus, ut optimorum codicum fidem secuti variis lectionibus indicandis vix immoremur. In interpretatione ad verbum Græca Latine expressimus: clara obscuris, perplexis expedita, obvia longè petitis, obsoletis nota vocabula substituimus, minùs de sermonis elegantia, quam de explicanda Gellii mente solliciti. Cum è veteribus Latinorum poetarum monumentis aliqua laudantur, ea verbis aliis vulgaribus ita reddimus, ut nihil ad auctorum sententiam aut additum velimus, aut ab ea detractum: adeoque si quando vocula ad majus orationis lumen necessario sit inferenda, eam alio caractere consignamus.

è

LECTORI.

In notis breviter exponenda suscepimus, quæ ad veterum instituta & mores, ad philosophiam cum subtiliorem tum moralem & ad artes ingenuas propè modum omnes explicandas pertinent. De personis incidit persæpe mentio: quænam illæ sint, quid gesserint, qua in regione, qua ætate floruerint paucis expedimus: ita cum historia geographiam copulamus & chronologiam, in qua Petavio hujus artis facile principi plerumque subscribimus. Porro cujusque ætatem referimus non ad annos ab orbe condito, quod in tanta opinionum varietate parum proffit, verum aut ad Olympiadas, si de Græcis agatur, aut ad annos urbis Romæ, si de Latinis; rursusque hæc ipsa tempora, sive Græca, sive Romana ad annos qui Christum natum vel antecesserint, vel fuerint subsequuti. Urbes qua in regione, regiones qua orbis parte sitæ sint, nisi cuiusvis constet, additis recentioris geographiæ vocabulis indicamus. Ceterum Gellii interpretum errores animadvertere etsi neque otii nostri, neque patientiæ, neque etiam ingenii fuit: tamen si qui crassiores fortè nobis aliud agentibus occurrerunt, muneris esse nostri putavimus, ut suus veritati locus esset, observare. Tu omnia æqui bonique consules eo libentius, ut confido, Candide Lector, quod hanc interpretandi rationem non privatis meis studiis, sed ejus industriæ acceptam referre debeas, cujus limato ac polito judicio stare, sapere est: Carolum Sanctamauræum dico Montauserii Ducem, peræque insignem belli pacisque artibus, Serenissimique Delphini nuper moderatorem; cui

LECTORI.

ad fuerunt ad hoc opus perficiendum Jacobus Benignus Bossuetius Condomensis olim, nunc Meldensis Episcopus, divinis humanisque litteris perpolitus, & regendis Delphini studiis antehac præpositus; & Petrus Daniel Huetius Abbas Alnetanus, cui in promovendis Delphini studiis secundæ partes erant, vir editis in omni propè doctrinarum genere monumentis orbi notus. Ex viro-
rum tam illustrium sententia, eam interpretationem easque notas adhibere quæ plurimis emolumentum, nulli certè fastidium afferant, nobis pluris fuit, quam inani variæ eruditionis apparatu laureolam, quod aiunt, in mustaceo quærere.



De A. Gellii nomine & vita.

AULUS GELLIUS? an Agelius dicendus esset Noctium Atticarum scriptor, magna sed non admodum utili contentione ex eruditis nonnulli disceptant. Ut enim eos omittam quibus, teste Angelo Decembrio, continuum Augellii vocabulum magis arrisit, primus Gellii nomen videtur in controversiam vocasse Lipsius, adeoque opinionem omni memoria stabilitam, quantum in se fuit, ætate superiori convellisse. At quibus tandem rationum momentis? *Agellium*, inquit illustris criticus, lib. VII. Quæst. epist. cap. VIII. *constanter libri scripti, illud etiam optime notæ fragmentum Giselini, appellant.* Agellii Noctium Atticarum lib. X. explicat. . . . *Priscianus etiam nomina propria deducit à servo Servilius, ab agello Agellius.* Argumenta minimi ponderis ac planè cepphica. Ad manuscriptorum codicum fidem appellat: esto sane, sic brevi lis dirempta fuerit. Unum profert optimæ, ut ipse quidem ait, notæ. Opponimus sex codices Vaticanos, quos Petrum Servium Romanum consuluisse Lambecius refert. Opponimus Lupum Ferrariensem (vivebat is ante annos plus 10000.) cujus in epistola prima continuum Auli Gellii nomen expressis litteris legitur. Opponimus denique codices omnes quibus in prima hujus auctoris editione usi sunt Aldus Romanus & Theodorus Gaza, quos fucum vel passos esse imprudentes, vel scientes fecisse nemo nisi temere dixerit. At nullius ne momenti est Prisciani testimonium? ejusdem omnino cujus est illa apud Gruterum inscriptio.

CLAUDIÆ VENERIÆ
A. GELLIUS A. F. DUM
SECUNDUS
BONONIA
FECIT ET SIBI

IN FR. P. VI. IN. AGRI. P. IX.

Hinc Gellio prænomen Auli si quis vindicasset, quid Lipsius? reclamasset continuo eam inscriptionem ad auctorem

nostrum minimè pertinere. Illud idem Prisciani locum ob-
jicienti sibi pari jure dictum putet. Adde quod Romani
nobiles, ex quorum numero Gellium fuisse constat, quip-
pe qui in area Palatina sæpius opperiretur salutationem Cæ-
sarum, & viris ætatis suæ ornatissimis adeoque consularibus
familiariter uteretur. Nobiles, inquam, Romani cum plura
haberent nomina, si dicendus est Agellius, quale præno-
men fingetur? Ut hinc pateat recens natam de Agellii no-
mine opinionem, ut nulla veterum autoritate firmatur,
sic Romanorum moribus parum consentaneam videri. Id
autem viros alioquin eruditos induxit, ut notavit Barthius,
quod cum ad distinctionem Cn. Gellii historici à veteri-
bus identidem laudati, A. quæ littera Aulum significat,
hujus Gellii nomini præfigeretur, detracto subinde puncto
unum ex duobus nomen imprudentes Librarii conflaver-
int. Atque hæc satis de A. Gellii nomine. Quæ vitam
spectant ex ejus operibus deprompta paucis accipe.

A. Gellius nobilis Romanus, atque ut videtur Gellia
gente consulari oriundus, puer ante prætextam positam in
grammatica Apollinari Sulpicio, in rhetorica T. Castri-
cio & Antonio Juliano operam dedit. Neque iis sese con-
tinuit ætas tenera disciplinis; etiam adolescentulus non
modo Musonium Philosophum audit in scholis, sed
Frontonem Cornelium eloquentiæ Philosophiæque laude ce-
lebrem adibat visendi gratia, indeque cultior redibat & do-
ctior. Ex more Romanæ nobilitatis Athenas profectus est,
ibique celebrem illum Peregrinum vidit extra urbem in tu-
gurio diversantem: optimis artium liberalium magistris usus
Tauri philosophi & Herodis Attici viri consularis amici-
tiam præcipue sibi conciliavit. Hujus in villa longè amœ-
nissima quo invitatus fuerat, æger accedente febris rapida
decubuit, ac subinde ex morbo recreatus cum Tauro ad
Pythia conventumque totius ferme Græciæ visendum se
contulit. Ut sibi visus est ingenuis artibus sat liberaliter in-
stitutus, de reditu cogitavit, tumque in maximum incidit
vitæ discrimen. Cum à Cassiopeia Brundisium navigaret in
Ionio mari maxima tempestas subito coorta propè navem
evertit, sed sensim frangente se procella Brundisii portum
tenuit salvus & incolumis. In patriam reversus nihil remi-

fit de studiorum ardore, frequens in bibliothecis & eruditorum circulis; dum spatiaretur solus aut curru veheretur, subtilioribus sibi quaestionibus proponendis & solvendis intentus; ad mensam epulas facile parabiles erudita lectione condiebat. Etiam in hilarioribus conviviiis per Saturnalia ad demulcendum, ut ipse ait, animum, de sententia veteris poetæ lepide obscura, vel reconditiore historia, vel pronuntiato philosophico aut aliquo sophisma te inquirebat. Porro quæ legerat veterum in libris, ea memoriæ excolendæ gratia solebat animo recensere, & in suos, si quid dignum videretur, commentarios referre. Cæterum ita in se virtutes eorum qui chartis impallescent, expresserat, ut à vitiis vehementer refugeret: morositas nulla, nulla indolis austeritas: sæpe inter aulicos in area Palatina salutationem Cæsarum opperiri, cum Favorino Philosopho deambulare, à nobilibus ad cœnam invitari, cum doctissimis quibusque & clarissimis feriarum æstivarum tempore in agrum Faliscum, Ostiam, Tibur & Neapolim secedere, etiam in otio semper occupatus. Vix fuit ullum literarum genus, quod non vel scrutaretur, vel certe delibaret: par in utriusque linguæ facultate; in grammaticæ, poetices, rhetoricæ, historiæ, chronologiæ, medicinæ, philosophiæ, juris, ipsiusque geometriæ & astrologiæ studiis exercitatus. Ad tantam ingenii doctrinæque amplitudinem accessit singularis æquitas, qua perspecta ex privata domus tenebris in fori lucem prodiit. A Prætoribus inter Judices lectus est adolescens, ut judicia quæ apellantur privata susciperet: tumque in id præcipuè incubuit, ut ne quid in jure civili ignoraret. A consulibus deinde judex extra ordinem datus, pronunciare intra Kalendas jussus est; adeo ut ab arbitriis & negotiis vix vacaret. Hadriano imperante florere cœpit, scripsit post annum Christi cXLIII. quo Herodes Atticus consulatum gessit, ultra vigesimum librum Noctes Atticas producturus, nisi mors occupasset; quæ quo tempore potissimum acciderit, incertum est.

Testimonia de A. Gellio.

A Gellius vir elegantissimi eloquii, & multa ac facunde scientie. S. Augustinus lib. IX de Civitate Dei, cap. IV.

A. Gellius Noctium Atticarum inscripsit. Priscianus, lib. VII.

Gellii commentariis quibus nihil fieri potest neque eruditius, &c. Erasmus Adagiorum chiliade I. centuria IV.

Nefas est preterire hoc loco Aulum Gellium qui sexcenta Grammaticorum, Poetarum, Rhetorum, Philosophorum, Jurisconsultorum, dicta, facta, instituta usque eo non preterit, ut unus scriptor instar plurium haberi possit Neque audiendum ullo modo Gasparem Scioppium puto presidentem Grammaticum, qui ex quatuor Latini sermonis quasi atatibus, quas arbitrato suo distinguit, aurea, argentea, aenea, ferrea, Gellium in infima maximeque ignobili reponat etate, & ultimis scriptoribus annumeret; judicium, quantum existimare possum, omnis judicii expers. Franc. Vavassor. in lib. de ludicra dictione.

ERRATA.

P. paginam, G. Gellium, I. interpretationem, N. notas,
V. versum significat.

- P. Ag. 8. N. v. 5. anno Christi CXXXIX. lege CXLIII.
P. 21. N. v. 15. ante Christum CXCVII. l. CC.
P. 24. N. v. ult. Atheniense magnum, l. Corinthiacum.
P. 32. N. v. 24. ante Christi ortum Iocli. l. Ioccxiv.
P. 33. G. v. 8. libro XI. l. II.
P. 39. N. v. 5. facetimus, l. facetissimus.
P. 43. N. v. 4. appellans, l. appellant.
P. 68. N. v. 4. Olympiadis xlv. ante Christum Iocxviii. l. Olympiadis
xlv. ante Christum Iocxiv.
P. 87. N. v. 9. anhelitur, l. anhelitu.
P. 89. N. v. 16. eo, l. eos.
P. 90. N. v. 8. Septembris, l. Maio.
P. 128. N. v. 11. si libras, dele si.
P. 144. N. v. 21. anno U. C. ccclxiii. ante Christum cccxci. l. anno U. C.
cccxliv. ante Christum cccxc.
P. 200. N. v. ult. convivium, l. ad convivium.
P. 241. N. v. 32. decisi, l. decides.
P. 263. N. v. penult. cum studiosi, l. tum studiosi.
P. 272. N. v. penult. nstrates, l. nostrates.
P. 279. G. v. 13. incessuit, l. incessunt.
P. 312. N. v. ult. torulos, l. torulos.
P. 358. N. v. ult. xi. Maias, l. xi. kal. Maias.
P. 363. I. v. pugna te, l. pugnate.
P. 372. N. v. praesivi, l. praesciri.
P. 435. N. v. ult. vide re, l. videre.
P. 440. N. v. 1. speculo, l. speculo.
P. 446. N. v. 1. correptius, l. corruptius.
P. 453. N. v. 2. guttim, l. guttatim.
P. 469. N. v. 1. diologo, l. dialogo.
P. 473. N. v. 10. U. C. cccliv. l. cccc.
P. 474. N. v. 14. Charoneam, l. Charoneam.
P. 482. N. v. 3. refernatur, l. referantur.
P. 485. N. v. 2. Ut Ennii. l. Quod Ennii.
P. 526. N. v. 6. Tullius, l. Tullius.

Si qua praeterea nobis absensibus errata typographis exciderint Lector & ingeniosus per se ipse corriget. & benignus excusabit.



A. GELLII IN NOCTES ATTICAS PRÆFATIO.

FERTUNDIORA alia reperiri queunt. Ipse autem ad hoc scripsi, ^a ut liberis quoque meis parata istiusmodi remissiones essent; quando animus eorum, ^b interstitio aliqua negotiorum data, laxari ^c indulgerique potuisset. Vsi autem sumus ordine rerum fortuito, quem antea in excerpando feceramus. Nam proinde ut librum quemque in manus ceperam seu Græcum seu Latinum, vel quid memoratu dignum audieram, ita que libitum erat, cuius generis cumque erant indistincte atque promisce annotabam: eaque mihi ad subsidium memoria quasi quoddam litterarum ^d penus, recondebam; ut, ^e quando usus venisset, aut rei aut verbi, cuius me forte repens oblivio tenuisset, & libri, ex quibus ea sumseram, non adessent, ^f facile inde nobis inventu atque depromptu foret. Facta igitur est in his quoque Commentariis eadem rerum ^g disparilitas, qua fuit in illis annotationibus pristinis: quas brevi-



10

INTERPRETATIO.

^a UT mei filii possent se oblectare his commentariis legendis, ^b cessatione. ^c recreari. ^d receptaculum. ^e ut quando opus esset, aut alicujus rei vel verbi forte oblitus essem. ^f facile invenirem & haurirem ex his commentariis. ^g varietas.

NOTA.

1. Fertundiora alia.] Quam hic præfationem Gellii dicimus, ea velut appendix & peroratio in superioribus editionibus fere omnibus ad calcem ultimi libri rejecta fuerat. Id autem totius operis esse proœmium cum res ipsa docet, tum, vero convincit autoritas manuscripti codicis ex bibliotheca Regia longe optimæ notæ, quod annotavit Lambecius. Porro quas hic desideret fortasse aliquis notas de Dialectica, Geometria, Auguribus, Pontificibus, Aristophane & aliis id genus, reperiet lector consequentibus in libris, ubi videntur utiliores.

ter & indigeste & incondite² eruditionibus, lectionibusque variis feceramus. Sed quoniam longinquis, per hiemem, noctibus in agro, sicuti dixi, terræ Atticæ commentationes hæcæ ludere ac facere exorsi sumus: idcirco eas inscripsimus, Noctium Atticarum; nihil imitati festivitates inscriptionum, quas plerique alii utriusque linguæ scriptores in id genus libris fecerunt. Nam quia variam & miscellam & quasi confusaneam doctrinam conqui-
 5 siverant; eo titulos quoque ad eam sententiam exquisitissimos indiderunt. Namque alii Musarum inscripserunt; alii Silvarum; ille ^h Κυρίον, alius ^l Κέρας Αμαλθείας; quidam Lectionis suæ; alius Antiquarum Lectionum; atque alius ^k Πινυκίδιον & item alius ^l Εγγυκίδιον, Sunt etiam ⁶ qui Pan-
 10 dectas inscripserunt. Sunt autem qui, ^m Διατριβάς. Sunt adeo qui de Disciplina Regia & de Philosophia & de Natura humana. Est qui ⁿ Memoriales titulos fecerit. Est qui Studiosorum, & de ridiculis, & ^p Παιδικὰ Ποικίλα Ἱστορίας. Est item qui Historiæ naturalis. Est qui Βιβλιοθήκην;
 15 est præterea, qui Pratum; est item qui ^p Εποπιδίον. Est qui scripsit ^q Συγγραμμά. Sunt item multi, qui Conjectanea; neque item desunt, qui indices libris suis fecerint, aut Epistolarum Moralium, aut Epistolicarum Quæ-
 20 stionum aut ^r Confusarum; & quedam alia inscripta nimis lepida ^r multasque profus concinnitates redolentia. Nos vero, ^s ut captus
 20 noster est, incuriose & immeditate ac prope etiam subrustice ex ipso loco ac tempore hibernarum vigiliarum, Atticas Noctes, inscripsimus; tantum ceteris omnibus in ipsius quoque inscriptionis laude cedentes, quantum cessimus in cura & elegantia scriptionis. Sed ne consilium quidem in excerpendis
 25 & eorum maxime Græci, multa & varia lectitantes, in quas res cunque

INTERPRETATIO.

^h favum. ⁱ cornu Amalthea. ^k tabellam. ^l manuale. ^m dissertationes. ⁿ qui hunc titulum suis operibus præfixerit memorie. ^o de varia historia. ^p spectacu-

colorum. ^q historiam. ^r quæstionum miscellarum. ^s elegantiora & argutiora. ^t juxta ingenium nostrum.

NOTÆ.

2. Eruditionibus.] Ita ex manuscripto Regio legit idem Lambecius, cum prius inepte haberetur annotationibus tractationibus, sensus est, annotationes nostræ confectæ sunt ex iis, de quibus ab aliis eruditi sumus, & quas nos ipsi legimus.

3. Κέρας Αμαλθείας.] Cornu Amaltheæ, proverbium, quo rerum omnium abundantia significatur, a fabula traxit originem. Scilicet Jupiter a Nymphis Adræstea & Ida nutritus lacte Amaltheæ capræ, eam beneficii memor inter astra retulit, Nymphis autem cornu præcisum dedit, quod ex eo tempore vincis & fructiferis omnis generis arboribus abun-

dans cessit in proverbium. Vide Ovidium lib. V. Fastor.

4. Πινυκίδιον.] Tabella aut pugillaris erat, quo nomine opusculum inscripsit Cebes Thebanus.

5. Εγγυκίδιον.] Liber manualis, qui propter exiguam molem manufacile gestari possit: dicitur etiam pugio.

6. Πανδέκτας.] Πανδέκτα libri sunt in quibus omnia promiscue continentur. Græca vox est, πάν omne, & δίξμασσιν contineo.

7. Εποπιδίον.] Ita suos libros inscripsit Valerius Soranus, ut in suæ præfationis refert Plinius.

inciderent, ^u ⁸ alba, ut dicitur, linea sine cura discriminis, ^x solam copiam sectati convertebant: quibus in legendis ante animus ^y senio aut tædio langueret; quam unum alterumve repererit, quod sit aut voluptati legere, aut cultui legisse, aut usui meminisse. Ego vero, cum illud ⁹ Heraclii Ephesii viri summe nobilis verbum cordi haberem, quod profecto ita est: ^z ¹⁰ Πο- λυμάδιον νόον εἰ δὲ διὰ τῶν: ipse quidem volvendis, ^a transeundisque multis admodum voluminibus, per omnia semper negotiorum intervalla, in ^b quibus furari otium potui, exercitus defessusque sum: sed modica ex iis, eaque sola accepi, qua aut ingenia prompta expeditaque ad honestæ eruditionis cupidinem utiliumque artium contemplationem celeri facilique ^c compendio ducerent, aut homines aliis jam vita negotiis occupatos ^d a turpi certe agrestique rerum atque verborum imperitia vindicarent. Quæ erunt autem in his commentariis pauca quedam ^e scrupulosa & anxiosa, vel ex Grammatica, vel ex Dialectica, vel etiam ex Geometria, quæque erunt item paucula remotiora super augurio jure & pontificio; non oportet ea defugere quasi aut cognitu non utilia, aut perceptu difficilia. Non enim fecimus altos nimis & obscuros in his rebus questionum ^f sinus: sed ¹¹ primitias quasdam & quasi ^g ¹² libamenta ingeniarum artium dedimus; quæ virum ^h civiliter eruditum neque audisse unquam neque attigisse, si non inutile, at quidem certe indecorum est. Ab his igitur, si cui forte nonnunquam tempus voluptasque erit ¹³ lucubratiunculas istas cognoscere, petitum impetratumque volumus; ut in legendo, quæ pridem scierint, non aspernentur quasi nota

I N T E R P R E T A T I O.

^u simpliciter. ^x querentes solam multitudinem rerum congeriebant. ^y fatigatione, ^z confusa doctrina varietas intellectum non docet. ^a celeriter legendis. ^b in quibus seponere aliquam tem-

poris partem potui. ^c via. ^d impedirent, ne laborarent infami ac rustica rerum & verborum ignorantia. ^e difficiliora, & molesta. ^f ambages. ^g elementa. ^h ut decet cives. ⁱ opuscula.

N O T Æ.

⁸. *Alba linea.*] Id est, negligenter & simpliciter. Metaphora ducitur à pictoribus, qui priusquam tabellæ colores allinant, solent figuras creta delineare.

⁹. *Heracliti.*] Heraclitus philosophus cognomento σκοτεινός, seu tenebri-cosus, quod ad philosophorum solertiam exercendam stilum obscuraret; quoties domo pedem efferebat, lachrymis vanas hominum occupationes prosequabatur. Florebat circa Olymp. L X I X. ut refert Diogenes, annis ante Christum prope 100. Hunc bubulo se stercore oblitum exussisse tradit Tertullianus; narrant alii dum spretis medicorum consiliis hydropticus se bubulo sevo peranxisset, dum dormiret, a canibus discerptum obiisse.

¹⁰. *Πολυμάδιον.*] Ita locum hunc ex manuscripto Regio restituit Lambecius, cum prius] nullo sensu legeretur, quod profecto ita est: introite, nam & hic dii sunt.

¹¹. *Primitias.*] Proprie primitiæ sunt primi fructus, qui juxta morem veterum Romanorum a sacerdotibus offerebantur diis.

¹². *Libamenta.*] Libamentum seu libatio tum erat, cum sacerdos primoribus labris vinum degustabat, quod post immolatas victimas de more effundendum erat: primitiæ autem & libamenta ingeniarum artium per translationem dicuntur principia, elementa, aut tenuis cognitio scientiarum.

¹³. *Lucubratiunculas.*] Lucubrare est

4 A. GELLII IN NOCTES ATTICAS;

^k invulgataque. nam & quid tam remotum in litteris est, quin id tamen complurculi sciant? Et ^l satis hoc blandum est, non esse hæc neque in scholis decantata neque in commentariis protrita: quæ porro nova sibi ignotaque ^m offenderint; equum esse puto ut ⁿ sine vano obrectatu considerent, an minuta ista admonitiones paucillule nequaquam tamen sint vel ad alendum studium inhonestæ, vel ad oblectandum frigida fovendumque animum: sed ejus seminis generisque sint, ^o ex quo facile adolescant aut ingenia hominum vegetiora, aut memoria ^p adminiculatior, aut ratio solertior, aut sermo incorruptior, aut delectatior in otio, aut ^q in ludo liberalior. Quæ autem ^r parum plana videbuntur, aut minus plena instructaque; petimus, inquam, ut ea non docendi magis, quam admonendi gratia scripta existiment; & quasi demonstratione vestigiorum contenti persequantur ea post, si libebit, vellebris repertis vel magistris. Quæ vero putaverint reprehendenda; his, si audebunt, succenseant, unde ea nos accipimus: sed enim, quæ aliter apud alium scripta legerint, ne ^s jam statim temere obstrepant: sed tractationes rerum & auctoritates hominum ^t pensitent quos illi quosve nos secuti sumus. Erit autem id longe optimum, ut qui in lectitando, scribendo, commentando, nunquam voluptates, nunquam labores ceperunt, nullas hoc genus vigiliæ vigilarunt, ^u neque ullis inter ejusdem Musæ emulos certationibus disceptationibusque percunctando, scribendo, elimati sunt, ^x sed intemperiarum negotiorumque pleni sunt, abeant à Noctibus his procul; atque alia sibi oblectamenta querant. Vetus ^y adagium est, ¹⁴ nihil cum fidibus graculo, ¹⁵ nihil cum amaracino sui. Atque etiam, quo sit quorundam male doctorum hominum ^z scævitas & invidentia irritatior, mutuabor ex Aristophanis choro anapesta pauca; & quam ille homo festivissimus fabula sua spectanda legem dedit, eandem ego commentariis his legendis dabo; ut ea ne attingat, neve adeat ^a profe-

INTERPRETATIO.

ista. k communia. l id satis allicit ad legendum, quod hæc non sint vulgata in scholis, & obvia in libris. m repererint. n sine maledicentia inutili. o ex quo robustiora hominum ingenia facile crescant. p firmior q dignior homine libero in exercitatione. r non satis clara. s sine consideratione con-

demnent. t attendant. u nec inquirendo, componendo ullis eruditi sunt disputationibus & disertationibus, quæ habentur inter professores ejusdem artis. x prava indolis. y proverbium. z malignitas. a indoctum, & rude vulgus alienum ab occupationibus eruditis.

NOTÆ.

de nocte aliquid ad lucernam scribere, quod apud antiquos in more positum fuit: unde lucubrum a lucendo dictum est modicum lumen, quod tenui stupa & cera, vel oleo foveri solet.

14. Nihil cum fidibus graculo.] Proverbium est, quo significamus indoctis nihil convenire cum ingenuis artibus. Graculus

enim est avis inconcinna garrulitatis, quæ a musicis instrumentis alienissima est.

15. Nihil cum amaracino sui.] Hoc itidem proverbium indicat optima quæque stolidissimis displicere. Amaracinum enim unguentum pretiosum minime convenit cum rostro

stum & profanum vulgus, a ludo Musico diversum. Versus legis data hi sunt.

Ἐὐφρομένην καὶ καὶ ἕξασθαι τοῖς ἡμετέροις χοροῖσιν,
Ὅστις ἀπειρεῖς τῶν δὲ λόγων, ἢ γλώσσῃ μὴ καταρῦσαι
Ἡ γυναικῶν¹⁶ ὄργια μισῶν μὴτ' ἴδεσθαι, μὴτ' ἐχόμεναι.

Volumina commentariorum ad hunc diem viginti jam facta sunt. Quantum autem vita mihi deinceps deum voluntate erit, quantumque a tuenda re familiari, ^c procurandoque cultu liberorum meorum dabitur otium: ea omnia ¹⁷ subsiciva & subsecundaria tempora ad colligendas hujuscemodi memoriarum disceptatiunculas conferam. Progredietur igitur numerus libro-¹⁰rum, diis bene iuvantibus, cum ipsius vite, quantumlibet quique fuerint, progressibus. Neque longiora mihi dari spatia vivendi volo, quam dum ero ad hanc quoque facultatem scribendi commentandique idoneus.¹⁸ Capita rerum que cuique commentario insunt, exposuimus hic universa: ut jam statim declaretur, quid quoque in libro quari inveniri que possit. ¹⁵

INTERPRETATIO.

b Laudare oportet & decedere nostris
choris,

Quisquis imperitus sermonum est, aut
non est mente pura:

Aut nobilium orgia Musarum neque
vidit unquam, neque saltavit:

c & promovenda institutione meorum li-
berorum.

NOTÆ.

porcino, cui cœnum suaviter olet. Præterea notat Lucretius, fues ab amaracino tanquam ab acri veneno refugere.

16. *Orgia.*] Sciendum, inquit Servius, ὄργια dici apud Græcos sacra omnia sicut apud Latinos ceremonia dicuntur: sed jam abusive sacra Liberi sive Bacchi orgia vocant, vel ἀπό τῆς ὄργης, id est furore, vel ἀπό τῆς ὄργης, id est montibus.

17. *Subsiciva & subsecundaria tempora.*] Id est, tempora supervacanea, & quæ subducta rebus magis seriis videntur esse quasi secundi ordinis. Subsicivum tempus dicit Gellius, alii

subsicivum, nonnulli etiam succisivum.

18. *Capita rerum.*] Negat tamen & pernegat Henricus Stephanus eos, quos habemus capitum titulos a Gellio scriptos esse: multisque congestis titulis, qui vel inepte, vel nequaquam capitum summam exhibent, id convincere nititur.

Nos argumenta illa capitum inter alios in Gellium indices referenda esse duximus, ut quidquid investigare voluerit lector, ibi uno quasi aspectu repræsentetur.

A. GELLII

NOCTIUM ATTICARUM

COMMENTARIUS

LIBER PRIMUS.

CAPUT I.

Quali proportione, quibus collectionibus Plutarchus ratiocinatum esse Pythagoram philosophum dixerit, de comprehendendo corporis proceritate, qua fuit Hercules, cum vitam inter homines viveret.



PLUTARCHUS^b in libro quem scribit, ἐπὶ τῶν ψυχῶν καὶ σωμάτων ἀνθρώπων πρὸς εὐφροσύνην καὶ ἀφροσύνην διαφορά, scite subtiliterque ratiocinatum² Pythagoram philosophum dicit, in reperienda³ modulandaque staturae longitudinisque⁴ ejus præstantia. Nam

INTERPRETATIO.

^a Ad cognoscendam altitudinem corporis qua præditus fuit Hercules. ^b in libro quem inscripsit, quanta sit animorum & corporum in hominibus quoad

ingenium & virtutem differentia, dicit Pythagoram philosophum supputasse acute & subtiliter ad inveniendam & metiendam excellentiam staturæ & longi-

NOTÆ.

1. *Plutarchus.*] Philosophus Chæronensis omnibus disciplinis excultissimus, Trajani & Hadriani temporibus Romæ floruit, altero post Christum natum sæculo.

2. *Pythagoram philosophum.*] Is ex insula Samo oriundus post diuturnas peregrinationes Crotone confedit, in ea Italiæ parte, quæ magna Græcia dicta est; ibique incredibili concursu docuit. Quinquenne silentium, quod aliquando contraxit ad biennium, exigebat a discipulis, quibus nunquam licuit cum extraneis, hoc est non Pythagoricis de iis quæ didicissent loqui. docuit *μετεμύχουσι*, cælum & stellas stare, terram moveri credidit, ut ex Plutarcho colligimus. Philosophum se pri-

mus appellavit, cum prius rerum naturalium interpretes sibi Sophorum nomen arrogarent, atque ut cecinit Ovidius X V. Metamorph.

Mente deos adiit, & qua natura negavit,

Visibus humanis, oculis ea pectoris hausit.

Claruit ut autor est Diogenes Laërtius Olympiade LX. anno scilicet ante Christi ortum **IOXL**. Consule lib. I. cap. IX.

3. *Modulanda.*] Modulari est proprie aliquid cum mensura componere: modulos porro dicunt architecti eas partes, ad quas totum opus dirigere & metiri solent.

4. *Ejus.*] Herculis qui fuit Jovis

cum fere constaret, ⁵ curriculum stadii, quod est ⁶ Pisæ ⁷ ad Jovis Olympii, Herculem pedibus suis metatum; idque fecisse longum pedes sexcentos; cætera quoque stadia in terra Græcia, ab aliis postea instituta ^c pedum quidem esse numero sexcentum, sed tamen aliquantulum breviora: facile intellexit ^d modum spatiumque plantæ Herculis, ratione proportionis habita, tanto fuisse quam aliorum procerius, quanto Olympicum stadium longius esset quam cætera. Comprehensa autem mensura Herculani pedis, quanta longinquitas corporis ei mensuræ conveniret, ^e secundum naturalem membrorum omnium inter se competentiam modificatus: atque ita id collegit, quod erat consequens; tanto fuisse Herculem corpore excelsiorem quam alios; ^f quanto Olympicum stadium cæteris pari numero factis anteiret. 10

INTERPRETATIO.

sudinis Herculis. Nam cum vulgo certum esset, Herculem dimensum esse suis pedibus spatium stadii quod est Pisa prope templum Jovis Olympii: c longa quidem esse pedibus numero sexcentis, | *d mensuram, e computavit juxta naturalem membrorum omnium inter se proportionem, f quanto stadium Olympicum erat longius reliquis constantibus pari pedum numero.*

NOTÆ.

ex Alcmena filius: post purgatum montis terrarum orbem, ut fingunt Poetæ, deorum in numerum a Jove relatus est. Cum anno ætatis LII. ut scribit Eusebius, morbo pestilenti afflatus se se in rogam ardentem doloris impatiens immisisset, magnum dedit Poetarum fabulis argumentum. Ejus mortem referunt ad annum ante Christum circiter **CIOCCXXVII**.

^{5.} Curriculum stadii.] Curriculum est id spatium in quo certant athletæ, & equi a carceribus ad calcem usque decurrunt. Stadium autem proprie mensura est centum viginti passuum, hoc est pedum sexcentorum viginti quinque.

^{6.} Pisa.] Pisa urbs Elidis in Græcia, quæ deinde dicta est Olympia, ludis quinquennialibus celeberrima; longe differt a Pisis plurali numero, quæ urbs est Etruriæ in Italia.

^{7.} Jovem Olympicum.] Ille Divum pater atque hominum Rex, Jupiter dictus est quasi juvens pater; Olympius vero, quod magnificentissimi ludi ad ejus numen colendum ab Hercule fuisent ad Olympiam instituti.

CAPUT II.

Ab Herode Attico CL. V. a tempestive deprompta in quendam jaetabundum & gloriosum adolescentem specie tantum philosophia sectatorem verba Epicteti Stoici, quibus festiviter a vero Stoico sejunxit vulgus loquacium nebulonum, qui se Stoicos nuncuparent.

HERODES ^a Atticus, vir & Græca facundia & ^b consulari honore præditus, arcessebat sæpe nos, cum apud magistros Athenis essemus, in villas ei urbi proximas, me & CL. V. Servilianum, compluresque alios ^c nostrates, qui Roma in Græciam ad capiendum ingenii cultum concesserant. Atque ibi tunc, cum essemus apud eum in villa, cui nomen est ^d Cephisia, & æstu ^e anni & ^f sidere autumnii flagrantissimo, propulsabamus caloris incommoda ^g lucorum umbra ingentium, longis ambulacris & ^h mollibus ædium posticum refrigerantibus, lavacris nitidis & ⁱ abundis & collucentibus, totiusque ^j villæ

INTERPRETATIO.

a Opportune recitata. *b* Herodes Atheniensis illustris eloquentia Græca, & magistratu Consulis quem gesserat, advocabat sæpe nos, *c* qui erant e nostra urbe, qui venerant Roma in Græciam ad ingenium doctrinis excolendum. *d* per calorem anni & æstrum ardentissimum autumnii. *e* silvarum. *f* cum balnea deliciosa, splendida & abundantia frigeracerent posteriorem partem domus. *g & prædio jucundissimo resonante aquarum murmure & cantu avium.*

NOTÆ.

1. *Herodes.*] Nobilissimus Atheniensis, orator & sophista celebris habitus; Antonino Pio imperante Consulatum inivit cum Torquato collega anno Christi CXXXIX. Marathone in Achaia obiit annos natus LXXVI. *Philosyrat.*
2. *Atticus.*] Attica est Græciæ regio, ubi Athenæ.
3. *Consulari honore.*] Anno urbis conditæ CCXLV. pulsas Roma Regibus, bini deinde singulis annis creati sunt Consules, qui scilicet Reipublicæ consulerent. Per annos CCCCLXI. summum imperium tenere ad tempora Julii Cæsaris; ex quo Imperatoribus sibi supremam potestatem arrogantes, nomen sine autoritate retinuerunt. Longo deinde post intervallo, Consulatum nomen & potestas omnino Romæ sublata est anno Christi DXLI.
4. *Cephisia.*] Una est, ut ait Strabo, ex duodecim urbibus, quas Cecrops primus Atheniensium Rex populo incolendas assignaverat: sita est prope Athenas ad fluvium Cephisum, qui Atticam interfluit.
5. *Sidere autumnii flagrantissimo.*] Caniculam intelligit Gellius, quod sidus oritur XXII. Julii, nec nisi post mensem occidit: recte autem dicitur sidus autumnii, quod Athenienses, apud quos id scribebat Gellius, per id temporis autumnum agerent: solebant enim uno & dimidiato altero mense ante solstitium hibernum, quod cadit in XXII. Decembris ducere initium hiemis, quam auspicabantur circa VII. Novembris. Itaque tribus ante mensibus autumnii principia nono circiter Augusti numerabant, quo tempore conjuncta cum sole canicula æstum reddit ardentissimum.
6. *Abundis.*] Abundus vox est unius credo Gellii propria.

venustate aquis undique canoris atque avibus personante. Erat ibidem nobiscum simul adolescens philosophiæ sectator, ^h7 disciplinæ, ut ipse dicebat, Stoicæ, sed ⁱ loquacior impendio & promptior. is plerumque in convivio, sermonibus, qui post epulas haberi solent, multa atque immodica de philosophiæ doctrinis ^k intempestive atque insubide diserebat, ^l præque se uno cæteros omnis linguæ Atticæ principes ^m gentemque omnem ⁿ togatam, totumque ^o nomen Latinum, rudes esse & agrestes prædicabat: atque interea ^p vocabulis haud facile cognitis, syllogismorum ^q captionumque dialecticarum laqueis strepebat, ^r *οὐκ ἔστι τὰς ἀναλόγους διαίτας*, ^s aliosque id genus ^t griphos neminem posse dicens nisi se dissolvere: ^u ^v ^w ^x ^y ^z ^{aa} ^{ab} ^{ac} ^{ad} ^{ae} ^{af} ^{ag} ^{ah} ^{ai} ^{aj} ^{ak} ^{al} ^{am} ^{an} ^{ao} ^{ap} ^{aq} ^{ar} ^{as} ^{at} ^{au} ^{av} ^{aw} ^{ax} ^{ay} ^{az} ^{ba} ^{bb} ^{bc} ^{bd} ^{be} ^{bf} ^{bg} ^{bh} ^{bi} ^{bj} ^{bk} ^{bl} ^{bm} ^{bn} ^{bo} ^{bp} ^{bq} ^{br} ^{bs} ^{bt} ^{bu} ^{bv} ^{bw} ^{bx} ^{by} ^{bz} ^{ca} ^{cb} ^{cc} ^{cd} ^{ce} ^{cf} ^{cg} ^{ch} ^{ci} ^{cj} ^{ck} ^{cl} ^{cm} ^{cn} ^{co} ^{cp} ^{cq} ^{cr} ^{cs} ^{ct} ^{cu} ^{cv} ^{cw} ^{cx} ^{cy} ^{cz} ^{da} ^{db} ^{dc} ^{dd} ^{de} ^{df} ^{dg} ^{dh} ^{di} ^{dj} ^{dk} ^{dl} ^{dm} ^{dn} ^{do} ^{dp} ^{dq} ^{dr} ^{ds} ^{dt} ^{du} ^{dv} ^{dw} ^{dx} ^{dy} ^{dz} ^{ea} ^{eb} ^{ec} ^{ed} ^{ee} ^{ef} ^{eg} ^{eh} ^{ei} ^{ej} ^{ek} ^{el} ^{em} ^{en} ^{eo} ^{ep} ^{eq} ^{er} ^{es} ^{et} ^{eu} ^{ev} ^{ew} ^{ex} ^{ey} ^{ez} ^{fa} ^{fb} ^{fc} ^{fd} ^{fe} ^{ff} ^{fg} ^{fh} ^{fi} ^{fj} ^{fk} ^{fl} ^{fm} ^{fn} ^{fo} ^{fp} ^{fq} ^{fr} ^{fs} ^{ft} ^{fu} ^{fv} ^{fw} ^{fx} ^{fy} ^{fz} ^{ga} ^{gb} ^{gc} ^{gd} ^{ge} ^{gf} ^{gg} ^{gh} ^{gi} ^{gj} ^{gk} ^{gl} ^{gm} ^{gn} ^{go} ^{gp} ^{gq} ^{gr} ^{gs} ^{gt} ^{gu} ^{gv} ^{gw} ^{gx} ^{gy} ^{gz} ^{ha} ^{hb} ^{hc} ^{hd} ^{he} ^{hf} ^{hg} ^{hh} ^{hi} ^{hj} ^{hk} ^{hl} ^{hm} ^{hn} ^{ho} ^{hp} ^{hq} ^{hr} ^{hs} ^{ht} ^{hu} ^{hv} ^{hw} ^{hx} ^{hy} ^{hz} ^{ia} ^{ib} ^{ic} ^{id} ^{ie} ^{if} ^{ig} ^{ih} ⁱⁱ ^{ij} ^{ik} ^{il} ^{im} ⁱⁿ ^{io} ^{ip} ^{iq} ^{ir} ^{is} ^{it} ^{iu} ^{iv} ^{iw} ^{ix} ^{iy} ^{iz} ^{ja} ^{jb} ^{jc} ^{jd} ^{je} ^{jf} ^{jj} ^{jk} ^{jl} ^{jm} ^{jn} ^{jo} ^{jp} ^{jq} ^{jr} ^{js} ^{jt} ^{ju} ^{jv} ^{jw} ^{jx} ^{ky} ^{kz} ^{la} ^{lb} ^{lc} ^{ld} ^{le} ^{lf} ^{lg} ^{lh} ^{li} ^{lj} ^{lk} ^{ll} ^{lm} ^{ln} ^{lo} ^{lp} ^{lq} ^{lr} ^{ls} ^{lt} ^{lu} ^{lv} ^{lw} ^{lx} ^{ly} ^{lz} ^{ma} ^{mb} ^{mc} ^{md} ^{me} ^{mf} ^{mg} ^{mh} ^{mi} ^{mj} ^{mk} ^{ml} ^{mm} ^{mn} ^{mo} ^{mp} ^{mq} ^{mr} ^{ms} ^{mt} ^{mu} ^{mv} ^{mw} ^{mx} ^{my} ^{mz} ^{na} ^{nb} ^{nc} nd ^{ne} ^{nf} ^{ng} ^{nh} ⁿⁱ ^{nj} ^{nk} ^{nl} ^{nm} ⁿⁿ ^{no} ^{np} ^{nq} ^{nr} ^{ns} ^{nt} ^{nu} ^{nv} ^{nw} ^{nx} ^{ny} ^{nz} ^{oa} ^{ob} ^{oc} ^{od} ^{oe} ^{of} ^{og} ^{oh} ^{oi} ^{oj} ^{ok} ^{ol} ^{om} ^{on} ^{oo} ^{op} ^{oq} ^{or} ^{os} ^{ot} ^{ou} ^{ov} ^{ow} ^{ox} ^{oy} ^{oz} ^{pa} ^{pb} ^{pc} ^{pd} ^{pe} ^{pf} ^{pg} ^{ph} ^{pi} ^{pj} ^{pk} ^{pl} ^{pm} ^{pn} ^{po} ^{pp} ^{pq} ^{pr} ^{ps} ^{pt} ^{pu} ^{pv} ^{pw} ^{px} ^{py} ^{pz} ^{qa} ^{qb} ^{qc} ^{qd} ^{qe} ^{qf} ^{qg} ^{qh} ^{qi} ^{qj} ^{qk} ^{ql} ^{qm} ^{qn} ^{qo} ^{qp} ^{qq} ^{qr} ^{qs} ^{qt} ^{qu} ^{qv} ^{qw} ^{qx} ^{qy} ^{qz} ^{ra} ^{rb} ^{rc} rd ^{re} ^{rf} ^{rg} ^{rh} ^{ri} ^{rj} ^{rk} ^{rl} ^{rm} ^{rn} ^{ro} ^{rp} ^{rq} ^{rr} ^{rs} ^{rt} ^{ru} ^{rv} ^{rw} ^{rx} ^{ry} ^{rz} ^{sa} ^{sb} ^{sc} ^{sd} ^{se} ^{sf} ^{sg} ^{sh} ^{si} ^{sj} ^{sk} ^{sl} sm ^{sn} ^{so} ^{sp} ^{sq} ^{sr} ^{ss} st ^{su} ^{sv} ^{sw} ^{sx} ^{sy} ^{sz} ^{ta} ^{tb} ^{tc} ^{td} ^{te} ^{tf} ^{tg} th ^{ti} ^{tj} ^{tk} ^{tl} tm ^{tn} ^{to} ^{tp} ^{tq} ^{tr} ^{ts} ^{tt} ^{tu} ^{tv} ^{tw} ^{tx} ^{ty} ^{tz} ^{ua} ^{ub} ^{uc} ^{ud} ^{ue} ^{uf} ^{ug} ^{uh} ^{ui} ^{uj} ^{uk} ^{ul} ^{um} ^{un} ^{uo} ^{up} ^{uq} ^{ur} ^{us} ^{ut} ^{uu} ^{uv} ^{uw} ^{ux} ^{uy} ^{uz} ^{va} ^{vb} ^{vc} ^{vd} ^{ve} ^{vf} ^{vg} ^{vh} ^{vi} ^{vj} ^{vk} ^{vl} ^{vm} ^{vn} ^{vo} ^{vp} ^{vq} ^{vr} ^{vs} ^{vt} ^{vu} ^{vv} ^{vw} ^{vx} ^{vy} ^{vz} ^{wa} ^{wb} ^{wc} ^{wd} ^{we} ^{wf} ^{wg} ^{wh} ^{wi} ^{wj} ^{wk} ^{wl} ^{wm} ^{wn} ^{wo} ^{wp} ^{wq} ^{wr} ^{ws} ^{wt} ^{wu} ^{wv} ^{ww} ^{wx} ^{wy} ^{wz} ^{xa} ^{xb} ^{xc} ^{xd} ^{xe} ^{xf} ^{xg} ^{xh} ^{xi} ^{xj} ^{xk} ^{xl} ^{xm} ^{xn} ^{xo} ^{xp} ^{xq} ^{xr} ^{xs} ^{xt} ^{xu} ^{xv} ^{xw} ^{xx} ^{xy} ^{xz} ^{ya} ^{yb} ^{yc} ^{yd} ^{ye} ^{yf} ^{yg} ^{yh} ^{yi} ^{yj} ^{yk} ^{yl} ^{ym} ^{yn} ^{yo} ^{yp} ^{yq} ^{yr} ^{ys} ^{yt} ^{yu} ^{yv} ^{yw} ^{yx} ^{yy} ^{yz} ^{za} ^{zb} ^{zc} ^{zd} ^{ze} ^{zf} ^{zg} ^{zh} ^{zi} ^{zj} ^{zk} ^{zl} ^{zm} ^{zn} ^{zo} ^{zp} ^{zq} ^{zr} ^{zs} ^{zt} ^{zu} ^{zv} ^{zw} ^{zx} ^{zy} ^{zz} ^{aa} ^{ab} ^{ac} ^{ad} ^{ae} ^{af} ^{ag} ^{ah} ^{ai} ^{aj} ^{ak} ^{al} ^{am} ^{an} ^{ao} ^{ap} ^{aq} ^{ar} ^{as} ^{at} ^{au} ^{av} ^{aw} ^{ax} ^{ay} ^{az} ^{ba} ^{bb} ^{bc} ^{bd} ^{be} ^{bf} ^{bg} ^{bh} ^{bi} ^{bj} ^{bk} ^{bl} ^{bm} ^{bn} ^{bo} ^{bp} ^{bq} ^{br} ^{bs} ^{bt} ^{bu} ^{bv} ^{bw} ^{bx} ^{by} ^{bz} ^{ca} ^{cb} ^{cc} ^{cd} ^{ce} ^{cf} ^{cg} ^{ch} ^{ci} ^{cj} ^{ck} ^{cl} ^{cm} ^{cn} ^{co} ^{cp} ^{cq} ^{cr} ^{cs} ^{ct} ^{cu} ^{cv} ^{cw} ^{cx} ^{cy} ^{cz} ^{da} ^{db} ^{dc} ^{dd} ^{de} ^{df} ^{dg} ^{dh} ^{di} ^{dj} ^{dk} ^{dl} ^{dm} ^{dn} ^{do} ^{dp} ^{dq} ^{dr} ^{ds} ^{dt} ^{du} ^{dv} ^{dw} ^{dx} ^{dy} ^{dz} ^{ea} ^{eb} ^{ec} ^{ed} ^{ee} ^{ef} ^{eg} ^{eh} ^{ei} ^{ej} ^{ek} ^{el} ^{em} ^{en} ^{eo} ^{ep} ^{eq} ^{er} ^{es} ^{et} ^{eu} ^{ev} ^{ew} ^{ex} ^{ey} ^{ez} ^{fa} ^{fb} ^{fc} ^{fd} ^{fe} ^{ff} ^{fg} ^{fh} ^{fi} ^{fj} ^{fk} ^{fl} ^{fm} ^{fn} ^{fo} ^{fp} ^{fq} ^{fr} ^{fs} ^{ft} ^{fu} ^{fv} ^{fw} ^{fx} ^{fy} ^{fz} ^{ga} ^{gb} ^{gc} ^{gd} ^{ge} ^{gf} ^{gg} ^{gh} ^{gi} ^{gj} ^{gk} ^{gl} ^{gm} ^{gn} ^{go} ^{gp} ^{gq} ^{gr} ^{gs} ^{gt} ^{gu} ^{gv} ^{gw} ^{gx} ^{gy} ^{gz} ^{ha} ^{hb} ^{hc} ^{hd} ^{he} ^{hf} ^{hg} ^{hh} ^{hi} ^{hj} ^{hk} ^{hl} ^{hm} ^{hn} ^{ho} ^{hp} ^{hq} ^{hr} ^{hs} ^{ht} ^{hu} ^{hv} ^{hw} ^{hx} ^{hy} ^{hz} ^{ia} ^{ib} ^{ic} ^{id} ^{ie} ^{if} ^{ig} ^{ih} ⁱⁱ ^{ij} ^{ik} ^{il} ^{im} ⁱⁿ ^{io} ^{ip} ^{iq} ^{ir} ^{is} ^{it} ^{iu} ^{iv} ^{iw} ^{ix} ^{iy} ^{iz} ^{ja} ^{jb} ^{jc} ^{jd} ^{je} ^{jf} ^{jj} ^{jk} ^{jl} ^{jm} ^{jn} ^{jo} ^{jp} ^{jq} ^{jr} ^{js} ^{jt} ^{ju} ^{jv} ^{jw} ^{jx} ^{ky} ^{kz} ^{la} ^{lb} ^{lc} ^{ld} ^{le} ^{lf} ^{lg} ^{lh} ^{li} ^{lj} ^{lk} ^{ll} ^{lm} ^{ln} ^{lo} ^{lp} ^{lq} ^{lr} ^{ls} ^{lt} ^{lu} ^{lv} ^{lw} ^{lx} ^{ly} ^{lz} ^{ma} ^{mb} ^{mc} ^{md} ^{me} ^{mf} ^{mg} ^{mh} ^{mi} ^{mj} ^{mk} ^{ml} ^{mm} ^{mn} ^{mo} ^{mp} ^{mq} ^{mr} ^{ms} ^{mt} ^{mu} ^{mv} ^{mw} ^{mx} ^{my} ^{mz} ^{na} ^{nb} ^{nc} nd ^{ne} ^{nf} ^{ng} ^{nh} ⁿⁱ ^{nj} ^{nk} ^{nl} ^{nm} ⁿⁿ ^{no} ^{np} ^{nq} ^{nr} ^{ns} ^{nt} ^{nu} ^{nv} ^{nw} ^{nx} ^{ny} ^{nz} ^{oa} ^{ob} ^{oc} ^{od} ^{oe} ^{of} ^{og} ^{oh} ^{oi} ^{oj} ^{ok} ^{ol} ^{om} ^{on} ^{oo} ^{op} ^{oq} ^{or} ^{os} ^{ot} ^{ou} ^{ov} ^{ow} ^{ox} ^{oy} ^{oz} ^{pa} ^{pb} ^{pc} ^{pd} ^{pe} ^{pf} ^{pg} ^{ph} ^{pi} ^{pj} ^{pk} ^{pl} ^{pm} ^{pn} ^{po} ^{pp} ^{pq} ^{pr} ^{ps} ^{pt} ^{pu} ^{pv} ^{pw} ^{px} ^{py} ^{pz} ^{qa} ^{qb} ^{qc} ^{qd} ^{qe} ^{qf} ^{qg} ^{qh} ^{qi} ^{qj} ^{qk} ^{ql} ^{qm} ^{qn} ^{qo} ^{qp} ^{qq} ^{qr} ^{qs} ^{qt} ^{qu} ^{qv} ^{qw} ^{qx} ^{qy} ^{qz} ^{ra} ^{rb} ^{rc} rd ^{re} ^{rf} ^{rg} ^{rh} ^{ri} ^{rj} ^{rk} ^{rl} ^{rm} ^{rn} ^{ro} ^{rp} ^{rq} ^{rr} ^{rs} ^{rt} ^{ru} ^{rv} ^{rw} ^{rx} ^{ry} ^{rz} ^{sa} ^{sb} ^{sc} ^{sd} ^{se} ^{sf} ^{sg} ^{sh} ^{si} ^{sj} ^{sk} ^{sl} sm ^{sn} ^{so} ^{sp} ^{sq} ^{sr} ^{ss} st ^{su} ^{sv} ^{sw} ^{sx} ^{sy} ^{sz} ^{ta} ^{tb} ^{tc} ^{td} ^{te} ^{tf} ^{tg} th ^{ti} ^{tj} ^{tk} ^{tl} tm ^{tn} ^{to} ^{tp} ^{tq} ^{tr} ^{ts} ^{tt} ^{tu} ^{tv} ^{tw} ^{tx} ^{ty} ^{tz} ^{ua} ^{ub} ^{uc} ^{ud} ^{ue} ^{uf} ^{ug} ^{uh} ^{ui} ^{uj} ^{uk} ^{ul} ^{um} ^{un} ^{uo} ^{up} ^{uq} ^{ur} ^{us} ^{ut} ^{uu} ^{uv} ^{uw} ^{ux} ^{uy} ^{uz} ^{va} ^{vb} ^{vc} ^{vd} ^{ve} ^{vf} ^{vg} ^{vh} ^{vi} ^{vj} ^{vk} ^{vl} ^{vm} ^{vn} ^{vo} ^{vp} ^{vq} ^{vr} ^{vs} ^{vt} ^{vu} ^{vv} ^{vw} ^{vx} ^{vy} ^{vz} ^{wa} ^{wb} ^{wc} ^{wd} ^{we} ^{wf} ^{wg} ^{wh} ^{wi} ^{wj} ^{wk} ^{wl} ^{wm} ^{wn} ^{wo} ^{wp} ^{wq} ^{wr} ^{ws} ^{wt} ^{wu} ^{wv} ^{ww} ^{wx} ^{wy} ^{wz} ^{xa} ^{xb} ^{xc} ^{xd} ^{xe} ^{xf} ^{xg} ^{xh} ^{xi} ^{xj} ^{xk} ^{xl} ^{xm} ^{xn} ^{xo} ^{xp} ^{xq} ^{xr} ^{xs} ^{xt} ^{xu} ^{xv} ^{xw} ^{xx} ^{xy} ^{xz} ^{ya} ^{yb} ^{yc} ^{yd} ^{ye} ^{yf} ^{yg} ^{yh} ^{yi} ^{yj} ^{yk} ^{yl} ^{ym} ^{yn} ^{yo} ^{yp} ^{yq} ^{yr} ^{ys} ^{yt} ^{yu} ^{yv} ^{yw} ^{yx} ^{yy} ^{yz} ^{za} ^{zb} ^{zc} ^{zd} ^{ze} ^{zf} ^{zg} ^{zh} ^{zi} ^{zj} ^{zk} ^{zl} ^{zm} ^{zn} ^{zo} ^{zp} ^{zq} ^{zr} ^{zs} ^{zt} ^{zu} ^{zv} ^{zw} ^{zx} ^{zy} ^{zz} ^{aa} ^{ab} ^{ac} ^{ad} ^{ae} ^{af} ^{ag} ^{ah} ^{ai} ^{aj} ^{ak} ^{al} ^{am} ^{an} ^{ao} ^{ap} ^{aq} ^{ar} ^{as} ^{at} ^{au} ^{av} ^{aw} ^{ax} ^{ay} ^{az} ^{ba} ^{bb} ^{bc} ^{bd} ^{be} ^{bf} ^{bg} ^{bh} ^{bi} ^{bj} ^{bk} ^{bl} ^{bm} ^{bn} ^{bo} ^{bp} ^{bq} ^{br} ^{bs} ^{bt} ^{bu} ^{bv} ^{bw} ^{bx} ^{by} ^{bz} ^{ca} ^{cb} ^{cc} ^{cd} ^{ce} ^{cf} ^{cg} ^{ch} ^{ci} ^{cj} ^{ck} ^{cl} ^{cm} ^{cn} ^{co} ^{cp} ^{cq} ^{cr} ^{cs} ^{ct} ^{cu} ^{cv} ^{cw} ^{cx} ^{cy} ^{cz} ^{da} ^{db} ^{dc} ^{dd} ^{de} ^{df} ^{dg} ^{dh} ^{di} ^{dj} ^{dk} ^{dl} ^{dm} ^{dn} ^{do} ^{dp} ^{dq} ^{dr} ^{ds} ^{dt} ^{du} ^{dv} ^{dw} ^{dx} ^{dy} ^{dz} ^{ea} ^{eb} ^{ec} ^{ed} ^{ee} ^{ef} ^{eg} ^{eh} ^{ei} ^{ej} ^{ek} ^{el} ^{em} ^{en} ^{eo} ^{ep} ^{eq} ^{er} ^{es} ^{et} ^{eu} ^{ev} ^{ew} ^{ex} ^{ey} ^{ez} ^{fa} ^{fb} ^{fc} ^{fd} ^{fe} ^{ff} ^{fg} ^{fh} ^{fi} ^{fj} ^{fk} ^{fl} ^{fm} ^{fn} ^{fo} ^{fp} ^{fq} ^{fr} ^{fs} ^{ft} ^{fu} ^{fv} ^{fw} ^{fx} ^{fy} ^{fz} ^{ga} ^{gb} ^{gc} ^{gd} ^{ge} ^{gf} ^{gg} ^{gh} ^{gi} ^{gj} ^{gk} ^{gl} ^{gm} ^{gn} ^{go} ^{gp} ^{gq} ^{gr} ^{gs} ^{gt} ^{gu} ^{gv} ^{gw} ^{gx} ^{gy} ^{gz} ^{ha} ^{hb} ^{hc} ^{hd} ^{he} ^{hf} ^{hg} ^{hh} ^{hi} ^{hj} ^{hk} ^{hl} ^{hm} ^{hn} ^{ho} ^{hp} ^{hq} ^{hr} ^{hs} ^{ht} ^{hu} ^{hv} ^{hw} ^{hx} ^{hy} ^{hz} ^{ia} ^{ib} ^{ic} ^{id} ^{ie} ^{if} ^{ig} ^{ih} ⁱⁱ ^{ij} ^{ik} ^{il} ^{im} ⁱⁿ ^{io} ^{ip} ^{iq} ^{ir} ^{is} ^{it} ^{iu} ^{iv} ^{iw} ^{ix} ^{iy} ^{iz} ^{ja} ^{jb} ^{jc} ^{jd} ^{je} ^{jf} ^{jj} ^{jk} ^{jl} ^{jm} ^{jn} ^{jo} ^{jp} ^{jq} ^{jr} ^{js} ^{jt} ^{ju} ^{jv} ^{jw} ^{jx} ^{ky} ^{kz} ^{la} ^{lb} ^{lc} ^{ld} ^{le} ^{lf} ^{lg} ^{lh} ^{li} ^{lj} ^{lk} ^{ll} ^{lm} ^{ln} ^{lo} ^{lp} ^{lq} ^{lr} ^{ls} ^{lt} ^{lu} ^{lv} ^{lw} ^{lx} ^{ly} ^{lz} ^{ma} ^{mb} ^{mc} ^{md} ^{me} ^{mf} ^{mg} ^{mh} ^{mi} ^{mj} ^{mk} ^{ml} ^{mm} ^{mn} ^{mo} ^{mp} ^{mq} ^{mr} ^{ms} ^{mt} ^{mu} ^{mv} ^{mw} ^{mx} ^{my} ^{mz} ^{na} ^{nb} ^{nc} nd ^{ne} ^{nf} ^{ng} ^{nh} ⁿⁱ ^{nj} ^{nk} ^{nl} ^{nm} ⁿⁿ ^{no} ^{np} ^{nq} ^{nr} ^{ns} ^{nt} ^{nu} ^{nv} ^{nw} ^{nx} ^{ny} ^{nz} ^{oa} ^{ob} ^{oc} ^{od} ^{oe} ^{of} ^{og} ^{oh} ^{oi} ^{oj} ^{ok} ^{ol} ^{om} ^{on} ^{oo} ^{op} ^{oq} ^{or} ^{os} ^{ot} ^{ou} ^{ov} ^{ow} ^{ox} ^{oy} ^{oz} ^{pa} ^{pb} ^{pc} ^{pd} ^{pe} ^{pf} ^{pg} ^{ph} ^{pi} ^{pj} ^{pk} ^{pl} ^{pm} ^{pn} ^{po} ^{pp} ^{pq} ^{pr} ^{ps} ^{pt} ^{pu} ^{pv} ^{pw} ^{px} ^{py} ^{pz} ^{qa} ^{qb} ^{qc} ^{qd} ^{qe} ^{qf} ^{qg} ^{qh} ^{qi} ^{qj} ^{qk} ^{ql} ^{qm} ^{qn} ^{qo} ^{qp} ^{qq} ^{qr} ^{qs} ^{qt}

permitte, inquit, philosophorum amplissime, quoniam respondere nos tibi non quimus, quos idiotas & rudes vocas, recitari ex libro, quid de hujuscemodi magniloquentia vestra senserit dixeritque ¹⁴ Epictetus Stoicorum vel maximus. iussitque proferri ² dissertationum Epicteti digestarum ¹⁵ ab Arriano secundum librum : in quo ille venerandus senex juvenes, qui se Stoicos appellabant, neque ^a frugis neque operæ probæ, se in theorematibus tantum nugilibus & puerilium isagogarum commentationibus oblectantes, objurgatione justa incessivit. Lecta igitur sunt ex libro, qui prolatus est, ea quæ addidit. Quibus verbis Epictetus severe simul ac festiviter se junxit, atque divisit a vero atque sincero Stoico, qui esset proculdubio ^b ἀκαλύτος, ἀνεκτίματος, ἀπαρεμπόδιος, ἐλδοδερὸς, ἔυπορος, ὀδοίμων, vulgus aliud nebulonum hominum, qui se Stoicos nuncuparent; ^c atque verborum & argutiarum fuligine ob oculos audientium jacta sanctissimæ disciplinæ nomen ementirentur.

¹⁵ ^d Εἰπέ μοι περὶ ἀγαθῶν ἢ κακῶν. Ακουε.
¹⁶ Ἰλιόθεν με φέρον ἀνεμος Κικόνεσι πέλασεν.
 Τῶν ὄντων τὰ μὲν ἐστὶν ἀγαθὰ, τὰ δὲ κακὰ, τὰ δ' ἀδιάφορα. ἀγαθὰ μὲν ἐν αἰσθητοῖς ἢ τὰ μετέχοντα αὐτῶν. κακὰ δὲ, κακίαι, ἢ τὰ μετέχοντα κακίας. ἀδιάφορα δὲ, τὰ μεταξύ τούτων, πλοῦτος, ἰσχύς, ζῆλος, δόξα, ἡδονή, πόνος.
²⁰ πόθεν οἶδας; ἔπος ¹⁷ Ἑλληνικός λέγει ἐν τοῖς Αἰγυπτιακοῖς. τί γὰρ διαφέρει τοῦτο

INTERPRETATIO.

patere nos, quos imperitos & signaros vocas, respondere tibi. 2 librum secundum disputationum Epicteti quas disposuit ordine Arrianus. a quos merita reprehensione vituperavit neque probitate, neque virtute praditos, sed temere solum se delectantes speculationibus vanis & introductionibus ad doctrinas puerilibus quas sunt meditati. b tenax propositi, inexpugnabilis, minime impeditus, liber, dives, beatus, c implicitis vocabulis & obscuris sophismatis positus ante oculos falso se di-

cerent sequi sectam augustissimam. d dic mihi de bonis & malis. Audi.

Troja me ferens ventus ad Ciconas advexit.

Alia sunt bona, alia mala, alia indifferentia, bona igitur sunt virtutes, & quæ accedunt ad eas. Mala vero sunt vitia, & quæ ad vitium accedunt: indifferentia autem, quæ medium locum tenent, ut divitia, sanitas, vita, mors, voluptas, labor. Vnde nostri? Sic Hellenicus loquitur in Ægyptiacis. Quid vero interest

NOTÆ.

14. Epictetus Stoicorum maximus.] Is Hierapoli in Phrygia natus, servus conditione, moribus fuit integerrimis totamque philosophiam duobus verbis complexus est ἀνεξ & ἀπίχς, id est, sustine, & abstine. Claruit Domitiani temporibus, a quo Roma cum cæteris ejectus Nicopolim, quæ urbs est in Epiro, secessit.

15. Ab Arriano] Arrianus philosophus idem & historicus Nicomedia Bithyniæ urbe oriundus, Hadriano imperante paucis post Epictetum annis floruit Romæ. Photius & Suidas.

16. Ἰλιόθεν Κικόνεσι πέλασεν.] E Troja

Ciconas advexit. Proverbium est, quo aliquem significamus in pejorem statum adductum esse: Cicones enim populi sunt Thraciæ ferocissimi. Is sensus verborum Herodis Attici; ut miseri sunt, quos ex urbe Troja in Ciconum litus tempestas impulit, ita & deteriores fiunt qui Stoicam doctrinam simulate profitentur.

17. Ἑλληνικός.] Hellenicus historicus patria Mitylenæus quo tempore vixerit, explicat ipse Cellius ex Phamphilæ libro II. Hellenicus initio belli Peloponnesiaci quinquæ & sexaginta annos natus videtur. Initium autem belli Peloponne-

εἶπεν, ἢ ὅτι¹⁸ Διογένης ἐν τῇ ἠδικίᾳ, ἢ¹⁹ Χρύσιππος, ἢ²⁰ Κλεάνθης; βεβα-
 αίνως οὖν αὐτὸ, καὶ δόγμα σαυτῷ πιπίηται. δείκνυε πῶς εἰσάδας ἐν πλοῖα χει-
 μάζεσθαι. μέμνησαι ταύτης τῆς διαίρεσεως, ὅταν φορήσῃ τὸ ἴσιον, καὶ ἀνακαυ-
 γάσωσιν σοι εἴαν τις κακόρολος. Ὁ δὲ ἄσπας εἶπεν, λέγε μοι σὺ πρὸς τοὺς θεοὺς, ἀπράω
 ἔλεγες, μὴ κακία ὄσιν τὸ ναυαγήσου; μὴ π κακίας μετέχοι; ἐκ ἀρα ζυλον ἐν-
 στίσεις αὐτῷ; τί ἡμῖν καὶ σοι ἀνδραπέ; ἀπολλύμεθα, καὶ σὺ δέλων πύζεις. ἀν δέ
 σε ὁ Κεῖσαρ μεταπέμψεται κεντροεὐμβρον, μέμνησαι τῆς διαίρεσεως. ἀν τίς σοι
 εἰσιόντι καὶ ἁλιῶντι ἀμα καὶ τρέμοντι ποροσελῶν εἶπεν, τί τρέμεις ἀνθρώπε; ἀεὶ πίνων σοι
 ἐστὶν ὁ λόγος; μὴ π ἔσω ὁ Κεῖσαρ ἀρετῶν καὶ κακίαν τοῖς εἰσερχομένοις δίδωσι; τί μοι
 ἐμπύζεις καὶ σὺ πρὸς τοῖς ἐμοῖς κακοῖς; ἔμωσ φιλόσοφε εἶπέ μοι, τί τρέμεις;
 ἐχθὲ θάνατος ὄσιν τὸ κεντροεὐμβρον, ἢ δεσποτῆειον, ἢ πένθος τῶ σώματος, ἢ
 φυγή, ἢ ἀδοξία; τί γὰρ ἄλλο; μὴ μετέχον κακίας; σὺ οὐδὲ πῖνα ταῦτα ἔλεγες;
 τί ἐμοὶ καὶ σοι ἀνδραπέ; ἀρκεῖ ἐμοὶ τὰ ἐμά κακὰ, καὶ χαλῶς λέγεις. ἀρκεῖ γὰρ σοι
 τὰ σὰ κακὰ, ἢ ἀγνεία, ἢ δειλία, ἢ ἀλαζονεία, καὶ ἀλαζονείου ἐν τῇ χορῇ καδμήου.
 τί τοῖς ἀλλοτέοις ἐκαλλωπίζεις; τί Στωϊκὸν ἔλεγες σαυτὸν; πρεῖτε οὐ πῶς εἰ-
 ποὺς ἐν οἷς ἐπερώσατε, καὶ δέχητε πῖνθος εἰς αἰρέσεως. τοὺς πλείους ὑμῶν Ἐπικου-
 ρεῖοις δέχησθε, ὀλίγοις πῖνας Περὶπατητικοῖς καὶ πύτοις ἐκλελυμένοις.

INTERPRETATIO.

Hoc dixerim, an vero Diogenes in morali
 philosophia, aut Chrysippus aut Clean-
 thes? Exquisivisti igitur illud, & decre-
 tum tuum fecisti. Ostende quomodo soleas
 in navi tempestatem ferre. An memini-
 sti ejus divisionis, quando stridet velum
 & crepat. Si quis forte male otiosus assi-
 stens, dum vociferaris, tecum ita loqua-
 tur, dic mihi tu per deos qua prius dice-
 bas. Num malum est naufragium facere?
 Num ad malum accedit? Non tu sustem
 illi impinges in caput? Quid mecum tibi
 est, o homo? perimus, & tu ludis ultro.
 Si vero te Caesar advocet accusatum, re-
 cordar e hujus divisionis, si quis tibi in-
 gradienti & pallenti simul & trementi oc-
 currens dicat: quid tremis homo? De qui-

bus tibi est sermo? An intus Caesar vir-
 tutem & vitium ingredientibus dat? Quid
 & tu insultas meis malis? Tamen philoso-
 phe, dic mihi quid tremis? Nonne mor-
 tis est periculum, aut carceris, aut laboris
 corporis, aut exilii, aut ignominia?
 An istud vitium? An assine vitio? Tu
 igitur quid de his dixisti? Quid mihi te-
 cum est homo? Sufficiunt mihi mea mala.
 Et recte dicis, sufficiunt enim tibi tua
 mala, ignobilitas, timiditas, super-
 bia, qua superbis in schola sedens. Quid
 alienis ornabaris? Quid Stoicum dicebas
 te ipsum? Observate igitur vos in iis qua
 facitis, & inveniatis cujus sitis secta. Ple-
 rosque vestrum Epicureos inveniatis, pau-
 cos aliquos Peripateticos, & eos dissolutos.

NOTÆ.

fiaci refertur ad annum primum Olym-
 piadis LXXXV. ante æram Christi
 ccccxxxii. Librum scripsit de antiquis-
 simis gentium principibus, primisque
 urbium conditoribus, quem ut refert
 Stephanus κλειος ἐθῶν καὶ πόλεων inscripsit.
 Hunc in multis arguit mendacii Ephorus
 ipse a consequentibus historicis falsi re-
 prehensit.

18. Διογένης.] Diogenes Cynicus, An-
 tisthenis discipulus, austeritate, & re-
 rum humanarum despicientia clarus, ta-
 dio vitæ cum spiritum diutius continuif-
 fet, suffocatus est. Senex erat, ut notat

Laertius, Olympiade cxlii. scilicet an-
 no ante Christum cccxxviii.

19. Χρύσιππος.] Chrysippus natus So-
 lis Ciliciæ oppido; Stoicus & Zenonis
 auditor celebris fuit Athenis. Mortuus
 est Olympiade cxliiii. anno ante Chi-
 stum ccviii. ætatis lxxiii. ut refert ex
 Appollodoro Laertius.

20. Κλεάνθης.] Cleanthes Assi Æolidis
 urbe natus, alter Hercules dictus ob la-
 bore, Stoicæ philosophiæ scholam ape-
 ruit Athenis an. ante Christum cclxxii.
 Olympiade cxxvii. Vixit annos lxxx-
 teste Laertio.

His ille auditis insolentissimus adolescens obtulit; tanquam si ea omnia non ab Epicteto in quosdam alios, sed ab Herode in eum dicta essent.

CAPUT III.

Quod Chilo Lacedæmonius consilium^a anceps pro salute amici cepit, quodque est circumspicere &^b anxie considerandum, an pro utilitatibus amicorum delinquendum aliquando sit: notataque inibi & relata qua Theophrastus & M. Cicero super ea re scripserunt.

Lacedæmonium¹ Chilonem, unum ex illo inlyto numero sapientium, scriptum est in libris eorum qui vitas resque gestas clarorum hominum & memoriæ mandaverunt, cum die vitæ suæ postremo eum inibi mors occuparet, ad circumstantes amicos sic locutum: Dicta mea, inquit, factaque in ætate longa pleraque omnia fuisse non pœnitenda, forsitan vos etiam sciatis. Ego certe in hoc quidem tempore non fallo me, nihil esse quicquam commissum a me, cujus memoria rei aliquid pariat ægritudinis: nisi profecto illud unum sit, ^d quod rectene an perperam fecerim, nondum mihi plane liquet. ^e Super amici capite iudex cum duobus aliis fui. Lex ita fuit uti eum hominem condemnari necesse esset. Aut amicus igitur ^f capitali perdendus, aut adhibenda fraus legi fuit. ^g Multa cum animo meo ad casum tam ancipitem medendum consultantis visum est esse id quod feci, præ hoc quod erant alia, toleratu facilius. tacitus ad condemnandum sententiam tuli: his, qui simul iudicabant, ut absolverent persuasi. ^h sic mihi & iudicis & amici officium in re tanta salvum fuit. Sed hanc capio ex eo facto molestiam, quod metuo ne ⁱ a perfidia & culpa non abhorreat in eadem re eodemque tempore, inque communi negotio, quod mihi optimum factu duxerim, diversum ejus aliis suavisse. Hic autem Chilo, ¹ præstabilis homo sapientia, quonam usque debuerit contra legem contraque jus pro amico progredi, dubitavit; eaque res in fine quoque vitæ ipso animum ejus anxio. Et alii deinceps multi philosophiæ

INTERPRETATIO.

^a Ambiguum. ^b sollicite. ^c scriptis retulerunt. ^d quod nondum omnino mihi certum est utrum bene an male fecerim. ^e cum agebatur de amici vita. ^f supplicio capitali. ^g plurima mecum revoluens ut occurrerem eventui tam periculoso, putavi id quod egi, mitius esse ratione habitacorum qua facere poteram. ^h ita consului officio iudicis & amici. ⁱ ne sit aliquid fraudis & peccati. ¹ vir insignis sapientiæ.

NOTA.

1. Chilonem.] Chilo Lacedæmonius Philosophus, unus e septem Græciæ sapientibus, jam senior erat circa Olympiadem LII. sive annum ante Christum circiter DLXXII. Cum Pisæ filium in ludis Olympicis victorem amplecteretur præ gaudio expiravit, ut refert Laertius. Nomen habuit a magnitudine labiorum *χείλη* enim labrum significat: Chilo igitur Græce idem est quod Labeo Latine.

sectatores, ut in libris eorum scriptum est, satis ^m inquisite satisque sol-
 licite quæsierunt, ut verbis, quæ scripta sunt, ipsis utar, ⁿ *ei dei bonæiv*
πὸ φίλῳ πρὸς τὸ δίκαιον, καὶ μέγιστον, καὶ ποῖα. Ea verba significant quæsisse
 eos, an nonnunquam contra jus contrave morem faciendum pro amico sit,
 & in qualibus, & in quibus causis, & quemnam adusque modum. Super
 hac quæstione cum ab aliis, sicuti dixi, multis, tum vel diligentissime a
² Theophrasto disputatur, viro in ³ philosophia Peripatetica modestissimo
 doctissimoque. Eaque disputatio scripta est, si recte meminimus, in libro ejus
 de amicitia primo. Eum librum ⁴ M. Cicero videtur legisse, cum ipse quo-
 que librum de amicitia componeret. Et cætera quidem, quæ sumenda a
 Theophrasto existimavit, ut ingenium, facundiaque ejus fuit, sumit &
 transposuit commodissime aptissimeque. Hunc autem locum, ^o de quo satis
 quæsitum esse dixi, omnium rerum aliarum difficillimum ^p strictim atque
 cursim transgressus est: ^q neque ea, quæ a Theophrasto pensum atque
 enucleate scripta sunt, exsecutus est; ^r sed, anxietate illa & quasi mo-
 rosoitate disputationis prætermittit, genus ipsum rei tantum paucis verbis
 notavit: ea verba Ciceronis, si recensere quis vellet, apposui. ^f *His*
igitur finibus utendum esse arbitror, ut, cum emendati mores amicorum
sunt, tum sit inter eos omnium rerum, consiliorum, voluntatum, sine ulla
exceptione communitas: ^g ut, etiam si qua fortuna acciderit ut minus justæ
voluntates amicorum adjuvanda sint, in quibus eorum aut caput agatur aut
fama, declinandum de via sit, modo ne summa turpitudine sequatur. ^u est enim

INTERPRETATIO.

m diligenter & studiose. n an oportet sub-
 venire amico contra jus, & ad quem us-
 que modum, & quali in re. o quem dixi
 cadere maxime in disputationem. p tracta-
 vit paucis & leviter. q neque ea explicavit
 qua Theophrastus composuit diligenter &
 clare, r sed evitans molestiam ac velut fa-
 stidium hujus dissertationis locutus est so-
 lum generaliter de hac quæstione. f sentio

igitur hunc adhibendum esse modum, ut
 quando proba est indoles amicorum tunc
 reperitur inter eos communitas omnium
 rerum, &c. t ita ut si quo casu evenerit,
 ut obsequendum sit non tam aquis amico-
 rum desiderii in ea re, in qua subeunt pe-
 riculum vita & honoris, recedendum sit
 ab æquitate. u sunt enim certa occasiones,
 in quibus parcendum est amicis si fecerint

NOTÆ.

2. Theophrasto.] Is philosophus ex
 urbe Ereſſo in Insula Lesbo oriundus, ob
 sermonis suavitatem, quasi divina tan-
 tum loqueretur, Theophrastus est ab
 Aristotele appellatus, cum prius Tyrtam-
 us diceretur. Post mortem Aristotelis
 ejus scholam rexit Athenis, Olympiade
 cxiv. ante Christum cccxxiv. Laertius,
 Tzetzes & Suidas. Tanto omnium plau-
 su docuit ut ad eum audiendum discipuli
 circiter bis mille confluerent, quod Laer-
 tius & Hesychius referunt. Vixit Hiero-
 nymo teste cvii. annos.

3. Philosophia Peripatetica.] Peripate-
 tici sectæ Aristotelicæ philosophi sic di-

cti ἀπὸ τοῦ περιπατεῖν circumambulare,
 quod inambulantes disputarent in Ly-
 ceo. Cic. Acad. I.

4. M. Cicero.] Eloquentiæ Romanæ
 princeps, postquam consulatum, & am-
 plissimos in Republica magistratus cum
 summa dignitate gessisset, a satellitibus
 Antonii in quem declamaverat, truci-
 datus est anno ætatis lxiv. Urbis conditæ
 dccxi. ante Christum xlv. Omnia
 incrementa sua, ut ait Velleius, sibi de-
 buit vir novitatis nobilissima, & ut vita
 clarus, ita ingenio maximus, qui effecit
 ne quorum arma Romani vicerant, eorum
 ingenio vincerentur.

enim quatenus amicitia venia dari possit. Cum agetur, inquit, aut caput amici, aut fama, declinandum est de via, ut etiam iniquam voluntatem illius adjuvemus. Sed cujusmodi declinatio ista esse debeat, qualisque ad adjuvandum digressio, & in quanta voluntatis amici iniquitate, non dicit. Quid autem refert scire me in huiusmodi periculis amicorum, si non magna me turpitudine secutura est, de via recta esse declinandum, nisi id quoque me docuerit, quam putet magnam turpitudinem, & cum decessero de via, quousque degredi debeam? Est enim, inquit, quatenus dari amicitia venia possit. Hoc immo ipsum est, quod maxime discendum est, quodque ab his, qui docent, minime dicitur, quatenus quoque sine dari amicitia venia debeat. Chilo ille sapiens, de quo paulo ante dixi, conservandi amici causa de via declinavit. Sed video quousque progressus est. Falsum enim pro amici salute consilium dedit. Idipsum tamen in fine quoque vitæ, an jure posset reprehendi culpæque dubitavit. *Contrapatriam*, inquit Cicero, *arma pro amico sumenda non sunt*. Hoc profecto nemo ignoravit, etiam priusquam Theognis, ut Lucilius ait, nasceretur. sed id quæro, id desidero: cum pro amico contra jus & contra quam licet, salva tamen libertate atque pace, faciendum est; & cum de via, sicut ipse ait, declinandum est: quid & quantum, & in quali causa, & quonam usque id fieri debuit. Pericles ille Atheniensis egregius vir ingenio, bonisque omnibus disciplinis ornatus, in una quidem specie sed planius tamen quid existimaret professus est. nam cum amicus eum rogaret ut pro re causaque ejus falsum deieraret: his ad eum verbis usus est, *δέϊ μὲ συμ- ποσῆν τοῖς φίλοις, ἀλλὰ μέγχι θεῶν*. Theophrastus autem, quo dixi libro inquisitionis quidem super hac re ipsa & exactius pressiusque quam Cicero differit. sed is quoque in docendo non de unoquoque facto singillatim existimat, neque certis exemplorum documentis, sed generibus rerum summam universamque utitur; ad hunc ferme modum. Parva, inquit, & tenuis vel turpitudine, vel infamia subeunda est, si ea re magna utilitas amico quæri potest. rependitur quippe & compensatur leve damnum de-

INTERPREATIO.

contra æquitatem. x qua occasione & ad quem usque modum. y exceptis occasio-
bus in quibus agitur libertas & tranqui-
litas publica. z instructus omnibus doctri-
nis. a in uno exemplo exposuit quid sen-
tiret sed clarius. b oportet me obsequi ami-

ci, sed usque ad deos. c disputavit de hac
quaestione accuratius, diligentius & bre-
vius quam Cicero. d non declarat actio-
nes omnes particulares, in quibus liceat
violare æquitatem. e alia virtus amplior
& excellentior quæ est in ferenda ope ami-

NOTÆ.

5. Et priusquam Theognis nasceretur.]
Proverbium est, quo significamus rem
esse antiquissimam. Theognis poeta
vetustissimus Megaræ in Sicilia natus
floruit Olympiade LVIII. ut autor est
Eusebius, ante Christum DCLVIII.

6. Lucilius.] C. Lucilius Eques Ro-
manus, primus poeta satyricus, Aruncæ
quæ urbs est Aufoniæ in Italia, natus est

Olymp. CLVIII. ante Christi ortum an-
no circiter CXLVIII. Neapoli mortuus
ætatis anno XLVI. & publico funere ela-
tus est, ut refert Hieronymus in Chro-
nico.

7. Pericles.] Athenis Remp. per XL
annos administravit anno II. celebris il-
lius belli Peloponnesiaci pestilentia mor-
tuus est, annis ante Christum ccccxxxiv.

libatæ honestatis majore alia gravioreque in adjuvando amico honestate :
 † minimaque illa labes & quasi lacuna famæ imminentis partarum amico
 utilitatum ratione solidatur. Neque nominibus, inquit, moveri nos oportet,
 quod paria genere ipso non sunt honestas meæ famæ & rei amici utilitas. §
 ponderibus hæc enim potestatibusque præsentibus, non vocabulorum
 appellacionibus neque dignitatibus generum dijudicanda sunt. Nam
 cum in rebus aut paribus aut non longe secus utilitas amici & honestas
 nostra consistit : honestas proculdubio ^h præponderat. Cum vero amici utilitas
 nimio est amplior ; honestatis autem nostræ in re non gravi levis ja-
 ctura est : tunc quod utile amico est, id primum illo, quod honestum no-
 bis est, fit plenius. sicuti magnum pondus æris parva lamina auri fit pre-
 ciosius. Verba adeo ipsa Theophrasti super ea re adscripti. ⁱ οὐκ οἶδ' εἴ-
 που τίτῃ τῷ ἡδὺ πικρώτερον ἢ δὴ, καὶ ὅπουδ' ἂν ἡ μέγας τοῦτου πρὸς τὸ πηλίκον
 διατρεῖν συνκινεῖσθαι, αἰρετὸν ἔσται. λέγω δ' ὅτι, οὐ καὶ χρυσίον πικρώτερον χαλ-
 κῶ, καὶ πηλίκον τῷ χρυσίῳ πρὸς τὸ πηλίκον χαλκῶ μέγας ἀντιπαρακαλλόμενοι,
 πλέον δὲξεί, ἀλλὰ ποιήσει πᾶσι ῥοπήν καὶ τὸ πηλίκον καὶ τὸ μέγας. ⁸
 Favorinus quoque philosophus ¹ hujuscemodi indulgentiam gratiæ tempestivius, la-
 xato paulum remissoque subtili justitiæ examine, his verbis definiuit,
 ἢ ἡ χαλαρὴ χάρις παρὰ τοῖς ἀνθρώποις τίτῃ ἐστὶν ὑφ' ἑσὶ ἀκελεύειας ἐν δέοντι.
 post deinde idem Theophrastus ad hanc ferme sententiam disseruit. ²⁰
 ἢ Has tamen, inquit, parvitates rerum & magnitudines atque has omnes
 officiorum existimationes alia nonnunquam momenta extrinsecus
 atque alia quasi appendices personarum & causarum & temporum &
 circumstantiæ ipsius necessitates, quas includere in præcepta difficile
 est, moderantur & regunt & quasi gubernant, & nunc ratas efficiunt
 nunc irritas. Hæc taliaque Theophrastus caute & sollicitè & religiose
 causa differendi magis disputandique diligentia quàm cum decernendi

INTERPRETATIO.

so, tollit minus probrum diminuta honesta-
 tis. Exigua illa macula & veluti fama
 ruentis precipitium excusatur pretextu
 commoditatis collata in amicum. § nam
 de eis rebus judicandum est secundum
 vim, non autem secundum nomina &
 honestatem quæ est in genere. h primum te-
 net locum. i Nescio sane quid in hoc ge-
 nere sit præstantius, & utrum quacunque,
 pars alicujus rei cum quacunque parte
 alterius comparata præferenda sit: exempli
 gratia aurum pretiosius est ære, & tan-
 ta pars auri cum tanta æris parte collata
 præstantior videtur. Sed faciet aliquod
 discrimen & numerus & magnitudo.
 Imitigato severiore justitiæ rigore obse-
 quens occasione descripsit his vocibus hanc
 facilitatem in concedenda gratia. m quæ
 vocatur gratia ab hominibus, est remissio
 rigoris in jure cum indiget amicus. n Ni-
 hilominus, inquit Theophrastus, alia
 rationes extrinsecæ, & alia veluti addita-
 menta personarum. & causarum & tem-
 porum, & adjuncta necessaria quæ vix con-
 tinentur præceptionibus, metuntur, diri-
 gunt, ac prope definiunt parvitatem re-

NOTA.

8. Favorinus Philosophus. J Cujus sæpe
 Gellius noster meminit : is Arelate in
 Gallia natus est Hermaphroditus sive
 utriusque sexus compos, ut narrat Phi-
 lostratus. Unde tria de se tanquam ad-
 mirabilia dictabat, se Callum loqui
 Græcè, Eunuchum adulterii causam age-
 re, & privatum Imperatoris (is fuit Ha-
 drianus cujus ætate claruit) inimicum
 vivere : Herodi sophistæ fuit familiaris.

sententia atque fiducia, disseruit. ° quoniam profecto causas scientiæ, corporum varietates, disceptationumque differentiam ignorantes directum atque perpetuum distinctumque in rebus singulis præceptum, quod ego nos in prima tractatus istius parte desiderare dixeram, non capiunt. Eius autem Chilonis, à quo disputatiunculæ hujus initium fecimus, cum alia quædam sunt monita utilia atque prudentia, tum id maxime exploratæ utilitatis est, quod duas ferocissimas affectiones amoris atque odii intra modum tantum coercuit. *Hac, inquit, fini ames, tanquam forte fortuna osurus: hac itidem tenus oderis, tanquam fortasse postamaturus.* Super hoc eodem Chilone Plutarchus philosophus in libro περὶ ψυχῆς primo ita scripsit, χείλων ὁ παλαιὸς, ἀκούσας πρὸς λέγοντι, μὴδὲν ἔχει ἐχθρὸν, ἠεὶ φησεν εἰ καὶ μὴδὲν φίλον ἔχει· νομίζων εἰς ἀνάσκειν ἐπακολουθεῖν καὶ συνεπάγει φιλίας καὶ ἀπεχθείας.

INTERPRETATIO.

rum atque magnitudinem, & hac omnia judicium officiorum, qua nunc reddunt justa nunc injusta. ° quia nescientes causas scientia, diversitates corporum, & discrimen controversiarum, non intelligunt agendi rationem bonam, constantem & diversam in singulis occasionibus, quod ego dixeram nos requirere in prima parte hujus capituli. p ita scripsit in libro de anima. Chilo senior cum audisset aliquem dicentem se nullum habere inimicum, interrogavit utrum & nullum amicum haberet, ratus necessario sequi & conjungi simul amicitias & inimicitias.

CAPUT IV.

Quam tenuiter curiosèque exploraverit Antonius Julianus in oratione M. Tullii verbi ab eo mutati argutiam.

Antonius Julianus rhetor perquam fuit honesti atque amœni ingenii; doctrina quoque ista utiliore ac delectabili, veterumque elegantiarum cura & memoria multa fuit: ad hoc scripta pleraque omnia antiquiora tam curiosè spectabat, aut virtutes pensabat, aut vitia rimabatur, ut judicium esse factum examussim diceret. Is Julianus super eo enthymemate, quod est in oratione M. Tullii, qua pro Cn. Plancio dixit, ita existimavit. sed verba prius, de quibus ab eo judicium factum est, ipsa ponam. *Quamquam dissimilis est pecunia debitis & gratiæ. Nam*

INTERPRETATIO.

a Subtiliter. b vel ponderabat vim, vel inquirebat defectus. c ut dixisset ejus judicium fuisse perfectissimum. d De hac argumentatione qua est in oratione M.

NOTÆ.

1. Antonius Julianus.] Fuit auditor Crassæti genere Surrentini, qui Romæ grammaticæ ludum aperuit, Gellio ætate suppar.

2. Examussim.] Proverbium est, quo

ut quidquid est maxime absolutum, ita examussim & ad amussim illud factum esse dicimus: regula enim ad quam aliquid exæquatur, autore Festo, dicitur amussim.

qui pecuniam dissolvit; statim non habet id, quod reddidit: qui autem debet, ^c et retinet alienum: gratiam autem & qui refert, habet; & qui habet, in eo ipso quod habet, refert. Neque ego nunc Plancio desinam debere, si hoc solvero: nec minus ei redderem voluntate ipsa, si hoc molestia non accidisset. ^f Crispum sane, inquit, agmen orationis rotundumque, ac modulo ipso numerorum venustum, ^g sed quod cum venia legendum sit verbi paulum ideo immutati, ut sententiæ fides salva esset. ^h namque debiti gratiæ & pecuniæ collata verbum utrobique servare posset. ita enim recte opposita inter se se gratiæ pecuniæque debitiõ videbitur, si & pecunia quidem deberi dicatur & gratia. Sed quid eveniat in pecunia debita solutave, quid contra in gratia debita redditave, debitionis verbo utrimque servato differatur. Cicero autem, inquit, cum gratiæ pecuniæque debitionem dissimilem esse dixisset, ejuisque sententiæ rationem redderet, verbum *debet* in pecunia ponit; in gratia subjicit *habet*, pro *debet*. Ita enim dicit, *Gratiam autem & qui refert habet, & qui habet, in eo ipso quod habet, refert.* sed id verbum, *habet*, cum proposita comparatione non satis convenit: debitiõ enim gratiæ; non habitio, cum pecunia confertur. atque ideo consequens quidem fuerat sic dicere: *& qui debet, in eo ipso quod debet, refert.* Quod absurdum & nimis coactum foret, si nondum redditam gratiam eo ipso redditam diceret, quia debetur. Immutavit ergo, inquit, ⁱ & subdidit verbum ⁱ ei verbo, quod omiserat, finitimum; ut videretur & sensum debitionis collatæ non reliquisse, & concinnitatem sententiæ retinuisse. Ad hunc modum Julianus ^l enodabat dijudicabatque veterum scriptorum sententias, quas apud eum adolescentes ^m lectitabant.

INTERPRETATIO.

Tullii pro Cn. Plancio hujusmodi sententiam tulit. e retinet pecuniam alterius. ^f floridum genus orationis volubile atque elegans ipso verborum ambitu. ^g sed quod legi debet ita ut excusetur verbum aliquantulum immutatum, ut par sit utro-

bique dicti ratio. h nam cum comparet inter se debitionem gratiæ & pecuniæ, posset retineri utrobique vocabulum debitiõ. i accedens ad id verbum quod præterierat, l explicabat. m sapius legebant.

CAPUT V.

Quod Demosthenes rhetor cultu corporis atque vestitu probris obnoxio, infamique munditia fuit: quodque item Hortensius orator ob ejusmodi munditias gestumque in agendo histrionicum Dionysia saltatricula cognomento compellatus est.

Demosthenem tradunt & vestitu cæteroque cultu corporis nitido venustoque & nimis accurato fuisse. Hinc etiam ^a κομῆ illa χλαυῆς ἔχουσα

INTERPRETATIO.

a Compta illa vestis & molles tunicula.

NOTA.

i. Demosthenem.] Is ignobili loco natus ad amplissimos magistratus aditum sibi fecit ingenii & maxime eloquentiæ laude. Philippo Macedonia Regi sum-

κῶι χρωῖμοι ab æmulis, adversariisque probro data. ^b Hinc etiam turpi-
 bus indignisque in eum verbis non temperatum, quin parum vir, ore quo-
 que polluto, diceretur. Ad eundem modum ² Hortensius omnibus ferme
 oratoribus ætatis suæ, ^c nisi M. Tullio, clarior, quod multa mundicia &
 5 circumspēcte compositæque indutus & amictus esset, ^d manusque ejus in-
 ter agendum forent argutæ admodum & gestuosæ, maledictis ³ compell-
 tionibusque probrosis jactatus est; multaque in eum, quasi in histrio-
 nem, in ipsis causis atque judiciis dicta sunt. Sed cum L. ⁴ Torquatus,
 10 subagresti homo ingenio & infestivo, gravius acerbiusque apud consilium
 judicum, cum de causa Sullæ quæreretur, non jam histriorem eum esse
 diceret, sed gesticulariam ⁵ Dionysiamque eum notissimæ saltatriculæ no-
 mine appellaret: tum voce molli atque demissa Hortensius, *Dionysia*, in-
 quit, *Dionysia malo equidem esse, quam quod tu, Torquate*, ^e ἀνοῦσθ
^f Ἀναπόδῖσθ κ' ἀπεσοδόνουσθ.

INTERPRETATIO.

^b non abstinerunt a gravibus & as- | mandum essent mobiliores, & plures ge-
 perioribus in eum contumeliis. ^c excepto | stus agerent. e quam ignarus, incultus &
 Cicerone. ^d & manus ejus inter decla- | ineptus, ut ipse es Torquate.

NOTÆ.

mum sibi jus in Græciam usurpanti acri-
 ter restitit: patriæ libertatis vindex in
 manus Antipatri tyrannidem affectantis
 ne veniret, venenum hausit anno ante
 Christum cccxxi. *Plutarch.*

2. *Hortensius.*] Celebris orator ætate
 Ciceroni suppar.

3. *Compellationibus probrosis.*] Legunt
 alii propositis, sed inepte, alii cum Lip-
 sio prope Oscis sive obsœenis. Porro
 Oscii populi sunt in Italia qui Campa-
 niæ maritimos fines incolere, sic dicti
 ab oris foeditate quæ abiit in prover-
 bium, unde verba obscœna dicuntur
 Osca quasi Oscena.

4. *Torquatus.*] Torquati cognomen
 Tito Manlio primum est impositum a
 torque, quem occiso Gallo detraxit.

5. *Dionysiam.*] Famosa saltatricula,

cujus nomen in gestuosum Hortensium
 ideo videbatur belle convenire, quod in
 brachiorum gestibus, & inflexione la-
 certorum ad numeros veterum saltatio
 maxime consisteret.

*Si vox est, cantu; si mollia brachia,
 salta.* Ovid.

Unde refert Tullius in libro de Claris
 Oratoribus Sex. Titium oratorem tam
 solum & mollem in gestu fuisse, ut
 saltatio quædam inde nasceretur, cui sal-
 tationi Titius nomen esset.

6. *Ἀναπόδῖσθ, & ἀπεσοδόνουσθ.*] Hanc
 lectionem verissimam ex MS. Regio re-
 ponit Lambecius. Neque vero inelegan-
 ter ad Dionysia nomen tacite alludens
 Hortensius Torquatum ἀπεσοδόνουσθ
 appellat. Prius legebatur, sed corrupte,
 ἀπεσοδῖσθ & ἀπῖσθ.

CAPUT VI.

Verba ex oratione Metelli Numidici, quam dixit ad populum in censura, cum eum ad uxores ducendas adhortaretur: eaque oratio quam ob causam reprehensa, & quem contra in modum defensa sit.

MUltis & eruditis viris audientibus legebatur oratio ¹ Metelli Numidici, gravis ac disertus viri, quam ² in censura dixit ad populum de ducendis uxoribus, cum eum ad matrimonia capessenda adhortaretur. In ea oratione ita scriptum fuit, *Si sine uxore, ³ Quirites, possemus esse: omnes ea molestia careremus. Sed quoniam ita natura tradidit, ut nec cum illis satis commode, nec sine illis ullo modo vivi possit; saluti perpetuae potius quam brevi voluptati consulendum.* Videbatur quibusdam Metellum censo-rem, cui consilium esset ad uxores ducendas populum hortari, non oportuisse neque de molestia incommodisque perpetuis ^a rei uxoriæ confiteri; ^b neque adhortari magis id esse, quam dissuadere, absterre-
reque: sed contra in illud potius orationem debuisse sumi dicebant, ut & nullas plerun-
que esse in matrimoniis molestias asseveraret, & si quæ tamen accide-
re nonnumquam viderentur, parvas & leves facilesque esse toleratu di-
ceret; majoribusque eas emolumentis & voluptatibus ^c obliterari: eas-
demque ipsas neque omnibus neque naturæ vitio, sed quorundam mari-
torum culpa && injustitia evenire. ⁴ Titus autem Castricius recte atque
condigne Metellum esse locutum existimabat. Aliter, inquit, censor loqui
debet, aliter rhetor. Rhetori concessum est sententiis uti falsis, audaci-
bus, subdolis, captiosis, si modo verisimiles sunt & possunt ad moven-

INTERPRETATIO.

^a Matrimonii. ^b eam orationem non magis ad matrimonium impellere, quam ab eo avocare & avertere. ^c compensari.

NOTÆ.

1. *Metelli Numidici.*] Q. Cæcilius Metellus anno Urbis conditæ DCXIV. ante Christum CIX. Consul creatus, fracto & præliis commissis & urbibus expugnatis Jugurtha Numidiæ Rege in Africa, Numidici cognomentum adeptus est.

2. *In censura.*] Institutus est hic magistratus anno Urbis conditæ CCCX. cum variis dissenti negotiis consules censere populum non possent. Censorum auctoritati par erat severitas, ut solebant in singulorum vitam & mores diligentius inquirere, ita eis & civem ignominia notare, & loco movere Senatorem, & Equiti equum & anulum adimere lice-

bat, si quid honestati contrarium deprehenderent. Hinc vulgo magistri morum appellabantur. Duo tantum ad hunc magistratum ut plurimum consulares quinto quoque anno eligebantur.

3. *Quirites.*] Quiritium nomen Romanis imposuit Romulus a Curibus Sabinorum urbe, quos Romæ receptos ut sibi devinceret; Romanorum Sabinorumque gentem uno nomine Quirites appellavit.

4. *T. Castricius.*] Hic imperante Hadriano Rhetoricam docuit Romæ, eoque se doctore usum Gellius alibi testatur.

doshominum animos^d qualicumque astu irrepere. Præterea turpe esse ait
 rhetori si quid in mala causa destitutum atque ^e impugnatum relinquit.
 Sed enim Metellum, inquit, sanctum virum illa gravitate & fide prædi-
 tum, cum tanta honorum atque vitæ dignitate, apud populum Romanum
 loquentem nihil decuit aliud dicere, quam quod verum sibi esse atque
 5 omnibus videbatur: præsertim cum super ea re diceret, quæ quotidia-
 na intelligentia & communi pervulgatoque vitæ usu comprehenderetur.
 De molestia igitur cunctis hominibus est notissima confessus; eaque con-
 fessione ^f fidem sedulitatis veritatisque commeritus; tum denique facile
 10 & procliviter, quod fuit rerum omnium validissimum atque verissimum,
 persuasit civitatem salvam esse sine matrimoniorum frequentatione non
 posse. Hoc quoque aliud ex eadem oratione Metelli dignum esse existi-
 mavimus assidua lectione, non ^g hercle minus, quam quæ a gravissimis
 Philosophis scripta sunt. Verba Metelli hæc sunt, *Di immortales pluri-*
 15 *um possunt; sed & non plus velle nobis debent, quam parentes. At pa-*
rentes, si pergimus errare, suis bonis nos exheredant. Quid ergo nos a diis
immortalibus divinitus expectemus, nisi errationibus finem faciamus? iis-
dem deos propitios esse æquum est, qui sibi adversarii non sunt. Di im-
mortales virtutem approbare, non ^h adhibere debent.

INTERPRETATIO.

d quacunque subtilitate inseri. e non mu-
 nitum validis argumentis. f meruit habe-
 ri vir accuratus in loquendo & veridi-
 cus. g non debent esse magis benevoli erga
 nos quam sunt parentes nostri. h nobis
 conferre.

NOTA.

5. Hercle.] Hercle, sive Hercule jurandi adverbium, quasi dicatur per Her-
 culem: idem significat quod certe.

CAPUT VII.

20 *In hisce verbis Ciceronis ex oratione quinta in Verrem, hanc sibi rem spe-*
rant præsidio futurum, neque ^a mendam esse nec vitium, errareque istos,
qui bonos violant libros, & , futuram scribunt: atque inibi de quodam
alio Ciceronis verbo dictum, quod probe scriptum ^b perperam mutatur:
 25 *& ^c adpersa pauca de ^d modulis numerisque orationis, quos Cicero avide*
sectatus est.

IN oratione Ciceronis quinta ¹ in Verrem, in libro ^e spectatæ fidei ² Ti-
 roniana cura atque disciplina facto, ita scriptum fuit, *Homines tenues*

INTERPRETATIO.

a Erratum. b vitiose. c inserta. d periodis. e in libro non suppositio, vulgato

NOTA.

1. *In Verrem.*] Civis fuit Romanus, | culis repetundarum postulatus, accusan-
 qui cum prætor in administranda Sici- | te Cicerone damnatus est.
 lia, avare & crudeliter se gessisset, à Si- | 2. *Tironiana Cura.*] Tiro Ciceronis

obscurulo loco nati navigant : adeunt ad ea loca , que numquam ante adie-
rant ; ubi neque noti essent , quo venerunt ; neque semper cum ^f cognitori-
bus esse possunt. Hac ^v una tamen fiducia civitatis , non modo apud nostros
magistratus , qui [&] legum [&] existimationis periculo continentur , neque
apud civis solum Romanos , qui [&] sermonis [&] juris [&] multarum rerum
societate juncti sunt , fore se tutos arbitrantur , sed quocumque venerint
hanc sibi rem presidio sperant futurum. Videbatur compluribus in extre-
mo verbo menda esse. debuisse enim scribi non futurum , sed futuram :
neque dubitabant quin liber emendandus esset , ne , ut in ³ Plauti ⁱ comœdia
Mœchus (¹ sic enim mendæ suæ illudebant) ira in Ciceronis oratione ⁴ So-
lœcismus esset manifestarius. Aderat forte ibi amicus noster , homo le-
ctione multa exercitus ; cui pleraque omnia veterum literarum quæsitæ ,
meditata , evigilataque erant. Is libro inspecto ait nullum esse in eo verbo
neque mendam neque vitium : Ciceronem probe ac venuste locutum. nam
futurum , inquit , non refertur ad rem , sicut legentibus ^m temere & in-
curiose videtur ; neque pro participio positum est : sed verbum est inde-
finitum , quod Græci appellant *ἀπερίμετρον* , neque ⁿ numeris neque ge-
neribus præserviens , sed liberum undique & ^o impromiscum est. Quali
C. ⁵ Gracchus verbo usus est in oratione , cujus titulus est , DE QUINTO
POPILIO CIRCUM CONCILIABULA , in qua ita scriptum est ,
Credo ego inimicos meos hoc dicturum. Inimicos , inquit , dicturum , &
non , dicturos. videtur ne ea ratione positum esse apud Gracchum , di-
cturum , qua est apud Ciceronem , futurum ? Sicut in Græca oratione ,
sine ulla vitii suspitione , omnibus numeris generibusque sine discrimine
attribuuntur hujuscemodi verba ^p *ποιήσαν* , *ἔσονται* , *λέξεν* , & similia. ⁶ In Cl. 25

INTERPRETATIO.

opera [&] studio Tironis. f cum iis qui pra-
sentis negotium suscipiant. g solo freti ti-
tulo civium Romanorum. h confidunt
hanc dignitatem civis Romani sibi futu-
rum propugnaculum. i Comœdia cui titu-
lus est Mœchus. l sic fovebant erratum.
m cursim [&] negligenter. n neque anne-
xum numeris singulari vel plurali , ne-
que generibus masculino , fœminino , aut
neutro. o separatum. p facturum , futu-

NOTÆ.

primum servus , deinde libertus fuit ;
vir acerrimi Judicii , cujus censuræ lu-
cubrationses suas submittere Tullius ipse
non dubitabat. Ad centesimum annum
ætate proventus , Eusebio teste , conse-
nuit.

3. Plauti comœdia.] Sarcinæ in Um-
bria natus est. M. Accius Plautus co-
mœdiarum scriptor facetissimus : primum
poeta , deinde mercator , postremo ur-
gente necessitate in magna annonæ diffi-
cultate operam pistori locavit. Plauti
nomen a planitie pedum deductum est.
Mortuus est Olympiade cxlv. anno ur-
bis conditæ dlv. ante Christum cxvii.

4. Solœcismus.] Quid sit fufius expli-
catur libro V. cap. XX.

5. Gracchus.] De quo sic Tullius in
orat. de harusp. respons. C. Gracchus
quo ingenio ! quanta vi ! quanta gravi-
tate dicendi ! ut dolerent boni omnes non
illa tanta ornamenta ad meliorem men-
tem voluntatem que esse conversa. Tibe-
rii fratris qui seditione commota in Ca-
pitolio fuerat occisus , vestigiis insi-
stens , ab Opimio Consule oppressus est
anno U. C. dcccxxii. ante Christum
cxxxii.

6. Cl. Quadrigarii.] Is Romanæ hi-
storiæ scriptor fuit , quem saepe Gellius

quoque Quadrigarii tertio annali verba hæc esse dixit, *Dum ii conciderentur; hostium copias ibi occupatas futurum.* In duodevicesimo annali ejusdem Quadrigarii principium libri sic scriptum, *Si pro tua bonitate, & nostra voluntate tibi valetudo suppetit; est quod speremus deos bonis bene facturum.* Item in 7 Valerii Antiatii quarto vicefimo simili modo scriptum:

¶ *Si hæc res divina facta riteque perlitata essent, haruspices dixerunt omnia ex sententia processurum esse.* Plautus etiam in Casina, cum de puella loqueretur, occisurum dixit, non occisuram, his verbis,

¶ *Etiamme habet Casina gladium? Habet, sed duos,*

30 *Quibus, altero te occisurum ait, altero villicum.*

Item 8 Laberius in Gemellis.

Non putavi, inquit, hoc eam facturum.

Non ergo isti omnes Solæcismus quid esset ignoraverunt. Sed & Græchus, dicturum, & Quadrigarius, futurum, & benefacturum; & Plautus,

15 *occisurum; & Antias, processurum; & Laberius, facturum, indefinito modo dixerunt. ¶ qui modus neque in numeros, neque in personas, neque in genera, neque in tempora distrahitur, sed omnia isthæc una eademque declinatione complectitur: sicuti M. Cicero dixit, futurum, non*

20 *virili genere neque neutro (Solæcismus enim foret plane,) sed verbo usus est ab omni necessitate generum absoluto. Idem autem ille amicus noster in ejusdem M. Tullii Ciceronis 9 oratione, quæ est de imperio Cn. Pompeii, ita scriptum esse a Cicerone dicebat, atque ipse ita lectitabat:*

Cum vestros portus, atque eos portus, quibus vitam ac spiritum ducitis, in prædonum fuisse potestatem sciatis. Neque Solæcismum esse aiebat, in

25 *potestatem fuisse, ut vulgus semidoctum putat, sed ratione dictum certa & proba contendebat, qua & Græci ita uterentur: & Plautus verborum Latinorum conservator elegantissimus in Amphitryone dixit,*

INTERPRETATIO.

rum, dicturum. q si sacrificia facta, & rite fuissent absoluta. r In comœdia quæ inferibitur Casina. ¶ an nunc Casina habet ensem? Habet & quidem duos, quorum uno dicit se illaturum tibi mortem, altero se villico. t qua locutio neque numeris, neque personis, neque generibus, neque temporibus alligatur. u in comœdia

NOTÆ.

laudat, ex cujus annalibus non pauca desumpsit Livius. Fuit, ut indicat Paternulus, vetustior Sisenna Historico, qui floruit circa annum U. C. 1341. Vocatus est Quintus Claudius Quadrigarius, ut habetur inferius l. IX. c. I. Unde hic locus quibusdam in exemplaribus inepte sic legitur: *In centesimo quinquagesimo quoque Quadrigarii libro annali.* cum sit ita legendus ex MS. Regio: *In CL. quoque Quadrigarii tertio annali.* Error inde ortus, quod C. & L, notæ aliquando numerales, centum & quinquaginta significant. Quod Lam-

becius annotavit.

7. *Valerius Antias.*] Q. Valerius Antias Romanus historicus ex urbe Antio oriundus, qui Latinorum est portus in Italia: ætate suppar fuit Quadrigario.

8. *Laberius.*] Eques Romanus Julii Cæsaris familiaris: in scribendis mimis, quæ solutiora sunt poemata lasciviam imitantia, summam laudem etiam iudicio M. Tullii consecutus est. Minus tamen probatur Horatio. Claruit Olymp. CLXXXI. anno U. C. 1333.

9. *Oratione qua est de imperio Cn.*

¶ 10 *Numero mihi in mentem fuit.* Non, ut dici solitum est, *in mente.* Sed enim præter Plautum, cujus ille in præsentis exemplo usus est, multam nos quoque apud veteres scriptores locutionum talium copiam offendimus; atque his v. vulgo annotamentis inspersimus. Ut rationem autem istam z missam faciamus & auctoritates: sonus tamen & positura ipsa verborum satis declarant, id potius ἐπιμελεία ἢ λέξεων modulamentis orationis M. Tullii convenisse, ut, quoniam utrumvis dici Latine posset, *potestatem* dicere mallet, non *potestate.* b Illud enim sic compositum jucundius ad aurem complexiusque; insuavius hoc imperfectiusque est; c si modo ita explorata aure homo sit, non surda nec jacenti: sicuti est hercle quod, *explicavit*; dicere maluit, quam *explicuit*: quod esse jam usitatus cœperat. Verba sunt hæc ipsius ex oratione, quam de imperio Cn. Pompeii habuit. *Testis est Sicilia, quam multis undique cinctam periculis non terrore belli, sed consilii celeritate d explicavit.* At si, *explicuit*, diceret, imperfecto & debili numero verborum sonus clauderetur.

INTERPRETATIO.

cui nomen *Amphitryo.* x *opportune mihi* vox cum litera adjungitur sonat auri-
fuit in animum. y & *passim in hæc notas* bus suavior & plenior. c *modo quis eru-*
retulimus. z *omittamus.* a *delectui ver-* ditas aures habeat, non hebetes atque ob-
borum ac numeris orationis. b *Illam enim* tufas. d *liberavit.*

NOTÆ.

Pompeii.] Inscribitur oratio pro lege Manilia, seu de Imperatore adversus Mithridatem Pompeio deligendo; quod ejus in gratiam legem promulgasset C. Manlius Tribunus plebis.

10. *Numero.*] Adverbium veteres olim pro cito dicebant: idem significat hoc loco quod tempestive & opportune.

11. *Sicilia.*] Celebris ad Italiam insula, quæ a figura dicta est Triquetra, & Trinactia.

CAPUT VIII.

Historia in libris Sotionis philosophi reperta super Laide meretrice & Demosthene rhetore. 15

¶ SOTION ex Peripatetica a disciplina haud sane ignobilis vir fuit. Is librum multæ variæque historiæ b refertum composuit; eumque inscrip-
e sit, Κίεγς Αμαλθείας, ea vox hoc ferme valet, tamquam si dicas, *cornucopia.* In eo libro super Demosthene rhetore & Laide meretrice historia 20

INTERPRETATIO.

a *secta.* b *plenum.* c *cornu Amaltheæ.*

NOTÆ.

1. *Sotion.*] Fuit primum Platonis, deinde Xenocratis discipulus, tum ad eloquentiam se contulit: iisdem quibus Demosthenes temporibus claruit, scilicet anno ante Christum cccxxx.

2. *Κίεγς Αμαλθείας.*] De cornu Amaltheæ vide notas in Gellii proœmium.

hæc scripta est. ³ Lais, inquit, Corinthia ob elegantiam venustatemque formæ grandem pecuniam ^d demerebat: ^e conventusque ad eam ditiorum hominum ex omni Græcia celebres erant: neque admittebatur, nisi qui dabat quod poposcerat, poscebat autem illa nimium quantum. Hinc ait ^f natum esse illud frequens apud Græcos dictum ^g adagium. ^h οὐ παντός ἀνδρός ἐς Κόρινθον ἔσθ' ὄπισθε. Quod frustra iret Corinthum ad Laidem qui non ^h quiret dare quod posceretur. Ad hanc ille Demosthenes clanculum adit; & ⁱ ut sibi sui copiam faceret, petit. at Lais ¹ ⁵ μνείας δραχμῶν ⁶ ἢ τάλαντον poposcit. Hoc facit ^m ⁷ numi nostratis ⁸ denariūm decem millia. ¹⁰ Tali petulantia mulieris atque pecuniæ magnitudine ⁿ ictus expavidusque Demosthenes ^o avertit; & discedens, Ego, inquit, pœnitere tanti non emo. Sed Græca ipsa, quæ fertur dixisse, lepidiora sunt, ^p ἔκ ἀνδρῶν, inquit, μνείων δραχμῶν μεταμέλειαν.

INTERPRETATIO.

d lucrabatur. e opulentissimi quique viri ex tota Græcia ad eam vulgo conveniebant. f proverbium. g non cuiusvis est viri Corinthum navigare. h posset. i postulat ut ejus libidini se permitteret. l decem millia drachmarum aut talentum. m pecunia Romanæ nostratis. n percussus & territus. o alio se convertit. p non emo decem drachmarum millibus pœnitentiam.

NOTÆ.

3. Lais Corinthia.] Corinthia non genere, sed habitatione; erat enim Sicilia.

4. Corinthum.] Corinthus urbs est Achaia in angustiis Isthmi Peloponnesiaci sita: veterum historiis fuit olim celeberrima, nunc pristinae dignitatis rudera tantum exhibet; hodieque dicitur Corintho.

5. Μνείας δραχμῶν.] Græci in se numaria usi sunt drachmis, minis, & talentis. Drachma Attica, quæ centesima pars est minæ, plus minusve denario Romano aliquando valuit: si ad nostros calculos reducat, æstimanda est tribus assibus & semis nostratis: quam ergo summam decem millium drachmarum Lais petebat, ea conficit libras Francicas circiter cixccc.

6. ἢ τάλαντον.] Talentum Ægineticum & Atheniense magnum erat centum mi-

narum; seu decem millium drachmarum: Atticum minarum tantummodo sexagenūm, sive sex millium drachmarum.

7. Numi.] Numus, ut hoc loco, aliquando generale nomen est, & sumitur pro qualibet pecunia sive area sive argentea. Numus rudis & informis, quod æs grave dicebatur, fuit primum in usu; tum æs signatum nota pecudum adhibitum est sub VI. Rege Servio: unde & pecunia appellata; deinde argentum signatum anno Urbis conditæ DLXXXV. Ærarium dictum est ille locus in quo servabantur thesauri, nimirum nondum percusso argenteo numo; hinc & milites dicebantur ære merere.

8. Denariūm.] Denarius apud Romanos, primum decem assibus sive IV. sestercii valuit; deinde fuit senūm denūm assium.

CAPUT IX.

Qui modus fuerit quis ordo & disciplina Pythagorica; quantumque temporis imperatum observatumque sit dicendi simul ac tacendi.

ORdo atque ratio¹ Pythagoræ, ac deinceps familiæ successionis ejus, recipiendi instituendique discipulos hujuscemodi fuisse traditur. Jam a principio adolentes, qui sese ad discendum obtulerant, ⁵ *ἔφροσυναμοίσι*. Id verbum significat mores naturasque hominum, conjectatione quadam de oris & vultus^d ingenio deque totius corporis^e filo atque habitu, ^f sciscitari. eum, qui exploratus ab eo idoneusque fuerat inventus, ^g recipi in disciplinam statim jubebat, quin & tempus certum ¹⁰ statuebat, ut tacerent; non in omnes idem, sed aliud aliis tempus^h pro existimato capta solertiæ. Is autem qui tacebat, quæ dicebantur ab aliis, audiebat; neque percunctari, si parum intellexerat, ⁱ neque commentari quæ audierat, fas erat. Sed non minus quisquam tacuit quam biennium. hi profus appellabantur intra tempus tacendi audientique ¹⁵ *ἀκουστικοί*. Ast ubi res didicerant rerum omnium difficillimas tacere audireque; atque esse jam cœperant silentio eruditi, cui erat nomen^m *ἔχεμυθία*: tum verba facere & quærere, quæque audissent scribere, & quæ ipsi opinarentur expromere potestas erat. hi dicebantur in eo tempore *μαθηματικοί*; ab his scilicet artibus, quas jam discere atque meditari inceptaverant: quoniam ²⁰ ³ Geometriam & ⁴ Gnomonicam, Musicam, ceterasque item disciplinas altiores *μαθηματικά* veteres Græci appellabant. Vulgus autem, quos gentilitio vocabulo ⁵ Chaldæos dicere oportet, ⁶ mathematicos dicit. Exinde

INTERPRETATIO.

a Secta. b dicunt talem extitisse consuetudinem & institutionem Pythagoræ, ac deinde ejus scholæ superstitis, in admittendis & formandis auditoribus, c ex aspectu oris judicabat qui futuri essent. d forma. e lineamentis. f investigare. g admitti suam in sectam. h prout judicabat eos vel plus vel minus solertes. i nec licebat disputare de iis quæ audierat. l auditores. m taciturnitas. n appellat.

NOTÆ.

1. *Pythagoræ.*] De Pythagora diximus in notis ad Caput I.
 2. *ἔφροσυναμοίσι.*] Scientia est Physiognomia quæ ex corporis habitu, maximeque vultus lineamentis hominum mores colligit; in qua plus inesse solet ostentationis quam veritatis.
 3. *Geometriam.*] Hæc ars est qua tum locorum intervalla, tum rerum quæ sub aspectum cadunt longitudinem & latitudinem, altitudinem ac profunditatem dimetimur.
 4. *Gnomonica.*] Gnomon est stilus horologii solaris, cujus umbra diversas horas indicat. Unde Gnomonica est pars astrologiæ per quam recte disposito stilo, horas umbræ beneficio novimus.
 5. *Chaldæos.*] Chaldæi, ut ait Tullius, Assyriorum magi ex gentis vocabulo dicti sunt qui diuturna observatione siderum, scientiam putantur effecisse, ut prædici posset quid cuique eveniturum, & quo fato natus esset. Chaldæam aliqui dicunt Arabiæ conterminam esse regionem. Verum Chaldæorum nomen plerumque non tam gentis est quam artis & professionis. Ita quippe Mathematicos & Genethliacos vulgo nominant.
 6. *Mathematicos.*] Mathematicos, si

his scientiæ studiis ornati ad perspicienda mundi opera & principia naturæ procedebant : ac tunc denique nominabantur *φυσικοί*. Hæc eadem super Pythagora noster 7 Taurus cum dixisset : Nunc autem inquit , isti ,
 5 ° qui repente 8 pedibus illotis ad philosophos devertunt , non est hoc satis , quod sunt omnino *αδελφῆτοι* , *αμύστοι* , *ἀγαμέμνονες* ; sed legem etiam dant , qua philosophari discant. Alius ait ; hoc me primum doce. Item alius ; hoc volo , inquit , discere , istud nolo : hic a 9 symposio Platonis incipere gestit 10 propter Alcibiadis commestationem , ille a 11 Phædro propter Lysiæ orationem. Est etiam , inquit , pro Jupiter ! qui Platonem legere postulet , non vitæ ornandæ , sed linguæ P orationisque comendæ gratia , nec ut modestior fiat , sed ut lepidior. Hæc Taurus dicere solitus novitio philosophorum sectatores cum veteribus Pythagoricis 9 pensitans. Sed id quoque non prætereundum est , quod omnes simul , qui a Pythagora 7 in cohortem illam disciplinarum recepti erant , quod quisque familiæ pecuniæ-
 10 que habebat , 4 in medium dabant ; & coibatur societas insparabilis , tanquam illud fuerit antiquum consortium , quod re erat 12 atque verbo appellabatur 5 *κωνόσιον*.

INTERPRETATIO.

latione gentis propria. o qui se tradunt philosophia a doctrinis omnibus imparati non solum sunt omnino destituti speculatione , scientia , & geometria. p ad exornandam orationem , ut fiat elegantior. q comparans. r admissi erant in communem illam philosophia scholam. s communitabant cum ceteris. t vita communitas.

NOTÆ.

unam nominis vim attendamus , cum significat , qui doctrinam aliquam tenet (mathematicus enim *ἀπὸ τῆς μαθηματικῆς* a discendo dicitur) proprie tamen mathematici nomen in eos cadit , qui in disciplinis astrologiæ , geometriæ , arithmetiæ , musicæ , &c. versantur , quod illa scientiæ certissimis demonstrationibus innitantur.

7. *Taurus.*] Philosophus ex urbe Beryto in Phœnicia oriundus , Gellio familiaris.

8. *Pedibus illotis.*] Pedibus illotis ingredi proverbium est , quod in imperitos , imprudentes & temerarios usurpatur. Deductum est a sacrorum ceremoniis in quibus omnia pura , lotaque jubebantur exhiberi.

9. *Symposio Platonis.*] Plato divinus ille philosophus , quem ex aëria mente susceptum a patre ferunt , cujus in cunis parvulo dormienti apes in labellis confederunt , singularis in dicendo suavitatis prælagium , natus est Athenis anno primo Olympiadis LXXXVIII. qui

ante Christum est cccxxvi. Socrati primum VII. annos operam dedit : tum longinquis in peregrinationibus alios alibi audivit. Reversus in patriam Aristotelem habuit discipulum. Obiit ætatis anno LXXXVI. *Laertius, &c.*

Symposium autem dialogus est Platonis in quo convivas inducit de amoris natura , vi , & effectis differentes. *συμπόσιον* , idem est , quod compositio.

10. *Propter Alcibiadis commestationem.*] Alcibiades unus e convivis symposii , cujus ebrietatem & violentiam describit Plato.

11. *Phædro.*] Phædrus est dialogus Platonis de pulchro (*φαιδρος* Græce blaudus) hic habetur oratio Lysiæ oratoris copiosa & elegans , in qua quid sit non pulchrum , ac deinde quid pulchrum egregie explicat.

12. *Quod re atque verbo.*] Hic locus ita legitur in quibusdam editionibus , quod re atque verbo appellabatur *κωνόσιον* ; sed minus recte.

CAPUT X.

Quibus verbis compellaverit Favorinus philosophus adolescentem ² 1 casce nimis & vetuste loquentem.

Favorinus philosophus adolescenti veterum verbōrum cupidissimo & plerasque voces nimis priscae & ignotissimas in quotidianis communibusque sermonibus expromenti, ² Curius, inquit, & Fabricius, & Coruncanus antiquissimi viri nostri, & his antiquiores ³ Horatii illi ^b trigemini plane ac dilucide cum suis ^c fabulati sunt: neque ⁴ Auruncorum, aut Sicanorum, aut Pelasgorum, qui primi incoluisse Italiam dicuntur, sed ætatis suæ verbis locuti sunt. Tu autem, proinde quasi cum matre ⁵ Evandri nunc loquere, sermone ab hinc multis annis jam ^d desito uteris, quod scire atque intelligere neminem vis, quæ dicas. Nonne, homo inepte, ut quod vis abunde consequaris, taceres? Sed antiquitatem tibi placere ais, quod honesta & bona & sobria & modesta sit. Vive ergo moribus præteritis; loquere verbis præsentibus: atque id, quod a C. Cæsare excellentis ingenii ac prudentiæ viro, in primo de Analogia libro, scriptum est, habe semper in memoria atque in pectore, ut tamquam scopulum, sic fugias inauditum atque ^e insolens verbum.

INTERPRETATIO.

a. Prisce. b. tres fratres uno partu editi. c. locuti sunt. d. obsoleto. e. inusitatum.

NOTÆ.

1. *Casce.*] Quod nos vetus appellamus, veteres dicebant Cascum, idque lingua Sabinorum, quæ ad Oscam usque linguam radices egerit, quæ *Casnar* senex dicitur. *Varro lib. VI. de Ling. Lat.*

2. *Curius, Fabricius, Coruncanus.*] Viri primis Reipublicæ Romanæ temporibus celeberrimi.

3. *Horatii.*] Sub III. Rege Tullo Hostilio, cum bellum Romanos inter & Albanos arderet, placuit utrisque paucorum certamine decerni utri jura darent. Tres Horatii fratres Romani cum Curiatiiis commisi patriæ suæ imperium asseruere. *Livius, &c.*

4. *Auruncorum, aut Sicanorum, aut Pelasgorum.*] Aurunci incolebant Ausoniam, quæ pars Italiæ inter Campanos & Volscos ad mare vergit.

Sicani sunt iidem qui & Siculi.

Pelasgi ex Thessalia & Epiro in Italiam profecti sese cum Aboriginibus conjunxerunt cæcæ. circiter ante Christum annis.

5. *Evandri.*] Antiquissimi tegis Italiæ in quam ex Arcadia navigavit, & expulsis Aboriginibus veteribus incolis, Pallantium extruxit regnante Fauno in Italia annis ante excidium Trojæ LX. ante Christum CCCCXVI. *Dionys. Halic.*

CAPUT XI.

Quod Thucydides historia scriptor inclutus Lacedæmonios in ^a acie non tuba sed tibiis esse usos dicit : verbaque ejus super ea re posita : quodque Herodotus Halyatten regem fidicinas ¹ in procinctu habuisse tradit : atque inibi quadam notata de Gracchi fistula concionatoria.

- 5 **A**uctor historiae Græcæ gravissimus ² Thucydides ³ Lacedæmonios summos bellatores, non ^b cornuum tubarumve signis, sed tiliarum modulis in præliis usos esse refert; non prorsus ex ^c aliquo ritu religionum, neque rei divinæ gratia, neque etiam ut excitarentur atque ^d evibrarentur animi, quod cornua & litui ^e moliantur; sed contra, ut moderatiores ^f modulatioresque fierent; quod tibicinis numeris temperatur.
- 10 nihil ^g adeo in congregiendis hostibus atque in principiis præliorum ad salutem virtutemque aptius rati; quam si permulcti sonis mitioribus non immodice ferocirent. Cum ^h procinctæ igitur classes erant, & instructæ acies, cœptumque in hostem progredi: tibicines inter exercitum ⁱ positi canere incœptabant. Ea ibi præcentione tranquilla & delectabili atque
- 15 adeo venerabili, ⁱ ad quandam quasi militaris musicæ disciplinam vis & impetus militum, ne sparsi dispalatique prouerent, cohibebatur. Sed ipsius illius egregii scriptoris uti verbis libet, quæ & dignitate & fide graviora sunt. ¹ καὶ μετὰ ταῦτα ἡ εὐνοίας ἦν. Ἀργεῖοι γὰρ καὶ οἱ ἑλλημαρχοὶ ἐρ-
 20 τόνος καὶ ὄργῃ χερσύντες; Λακεδαιμόνιοι δὲ βασιλέας καὶ ὑπὸ ἀλλήτῳ πολλῶν, νόμο ἐστρατεύσαντων. οὐ τὸ θεῖον χάριν, ἀλλ' ἵνα ὁμαλῶς μετὰ ρυθμοῦ βαίνοντες περὶ σὺνδοίον, καὶ μὴ διαπαδεῖν αὐτοῖς ἡ τάξις. ὅπερ φιλεῖ μαζὰ ἀστυπέδα ποιεῖν

INTERPRETATIO.

a In præliis. b non strepitu classicorum aut lituorum, sed concentu tiliarum. c non propter aliquam ceremoniam aut cultum deorum. d acuerentur ad pugnam e præstant. f modum magis tenerent. g arbitrati in invadendis hostibus, & in primo conflictu, nihil esse magis idoneum ad vitam & fortitudinem militum conservandam, quam si suaviori cantu delimiti ferocia modum ponerent. h erant parata ad prælium. i ad quosdam veluti

numeros bellica musica coercebatur violentia & temeritas militum, ne erumpèrent diffuso, & errabundi. l & post hæc conflictus fuit. Argivi quidem & commilitones vehementer & acri impetu processerunt. Lacedæmonii autem lentius & ad concentum tibicinum qui multi erant ex lege interpositi, non rei divina causa, sed ut aequaliter ad numerum progrederebantur, ne distraherentur ipsorum ordines, quod solet magnis exercitibus in primo

NOTÆ.

1. In procinctu.) In ipso apparatu bellico qui dicitur procinctus; quæ loquendi formula desumitur a consuetudine Romanorum qui aliquid aggressuri, togam fluentem solebant altius succingere, quo minus essent impediti.
2. Thucydides.] Is fuit Olori filius, qui ad bellum Peloponnesiacum scribendum

excitatus est, cum Herodotum libros suos recitatum audisset. xl. annos erat natus anno i. Olympiadis lxxxvii. ante Christi ortum ccccxxxii.

3 Lacedæmonios.] Lacedæmon urbs Laconica in Peloponneso, antea Sparta dicebatur.

ἐν ταῖς ἀεσοδοῖς. 4 Cretenses quoque in praelia ingredi solitos ^m memoria datum est præcinente ac præmoderante cithara gressibus. 5 Halyattes autem rex terræ Lydiæ, more atque luxu barbarico præditus, cum bellum ⁶ Milefis faceret, ut ⁷ Herodotus in historiis tradit, concinentes fistulatores & fidicines, atque feminas etiam tibicinas in exercitu atque in procinctu habuit, lascivientium delicias conviviorum. Sed enim ⁸ Achæos ⁹ Homerus pugnam ⁿ indipisci ait non fidicularum tibiærumque concentu, sed mentium animorumque conspiratu tacito nitibundos.

Ἦ Ὅι δ' ἀρ' ἴσαν σιγῇ μένεα πρῶτοντες Ἀχαιοί,

Ἐν θυμῷ μεμαῶτες ἀλέξερθαι ἀλλήλοισιν.

Quid ille vult ardentissimus clamor militum Romanorum, quem in congressibus præliorum fieri solitum scriptores annalium memoravere? Contrane institutum fiebat ^q antiquæ disciplinæ? Utrumque probabile. Nam tum etiam gradu clementi & silentio est opus, cum ad hostem itur in conspectu longinquo procul distantem. Cum vero prope ad manus ventum est, tum jam e propinquo hostis & impetu propulsandus & clamore terrendus est? Ecce autem ¹⁰ ^r pro tibiæna Laconica, ¹¹ tibiæ quoque illius concionatoris in mentem venit, ^f quam ¹² C. Graccho cum populo agenti præisse ac præmonstrasse modulos ferunt. Sed nequaquam sic est, ut a vulgo dicitur, canere tibia solitum, qui ^t pone eum loquentem staret, variisque modis tum demulcere animum actionemque ejus, ^u tum intendere. quid enim foret ista re ineptius, si, ut ^x ¹³ planipedi saltanti, ita Graccho concionanti numeros & modos & ^y frequentamenta quædam

INTERPRETATIO.

congressu evenire. ^m scriptis traditum est. ⁿ dicit victoria potiri non ad numerum cithara & fistula, sed silentio simul deflexos. ^p igitur venerunt silentio robur spirantes Achivi animo parati auxiliari invicem. ^q An id fiebat contra morem

veteris militia. ^r fistulis Lacedæmoniis. ^s quam dicunt præcinuisse ^t significasse varios vocis sonos C. Graccho, cum diceret apud populum. ^u retro. ^v excitare. ^x comædo. ^y vocum discrimina.

NOTÆ.

4. Cretenses.] Cretæ incolæ, quæ maris mediterranei insula Jovis incubinabilis, & centum urbibus celebris fuit. Hodie Candia dicitur, de qua plura Lib. II. cap. II.

5. Halyattes.] Hic anno ante Christi ortum 1027 VIII. in Lydia Asiæ minoris regione regnare cœpit, cui post LIII. annos successit Cræsus. Herodot.

6. Milefis.] Urbis Mileti in Caria incolis.

7. Herodotus.] Patria Halicarnasseus, ut ipse testatur: Thurius deinde appellatus, quod, ut ait Strabo, socium se deducendæ in Thuriis coloniæ præbuisset. Historiæ pater floruit Olympiade LXXXIV. ante Christum ccccxlii.

8. Achæos.] Sive Achivos, ex Achaia

regione Peloponnesi oriundos.

9. Homerus.] Poetarum princeps ætate fuit cæteris omnibus longe superior, jam tum ab ipsis Salomonis temporibus illustris, annis ante Christum cixxvi. Vide quæ inferius de ejus patria dicturi sumus.

10. Pro tibiæna Laconica.] Legendum censet Lambecius per tibiænia Laconica.

11. Tibia in mentem venit.] In mentem venit cum genitivo, loquendi modus elegans, nec semel usurpatus a Cicerone.

12. C. Graccho.] De quo supra c. VII.

13. Planipedi saltanti.] Planipedes comædorum genus infimum dicebatur, quod non cothurnis, ut tragædi; non soccis, ut alii comici, sed planis sive nudis pedibus in scenam prodirent.

varia tibicen incineret? Sed qui hoc compertius memoriae tradiderunt,
 stetit in circumstantibus dicunt occultius, qui fistula brevi sensim gra-
 viusculum sonum ^a inspiraret ad deprimendum sedandumque impetum
 vocis ejus. ^a effervescente namque impulsu & instinctu extraneo natu-
 5 ralis illa Gracchi vehementia indignis non, opinor, existimanda est.
 Marcus tamen Cicero fistulatore istum utrique rei adhibitum esse a
 Graccho putat; ut sonis tum placidis tum citatis aut demissam jacen-
 temque orationem ejus erigeret, ^b aut ferocientem saevientemque cohi-
 beret. Verba ipsius Ciceronis appofui. *Itaque idem Gracchus, quod po-*
 10 *tes audire, Catule, ex Licinio cliente tuo literato homine, quem servum*
sibi ^c habuit ille ad manum, cum eburnea solitus est habere fistula, qui
staret post ipsum occulte cum concionaretur, peritum hominem; qui infla-
ret celeriter eum sonum, qui illum aut remissum excitaret, aut a contentione
 15 *revocaret. Morem autem illum ingrediendi ad tibicinum modulos praelii*
institutum esse a Lacedaemoniis ¹⁴ Aristoteles in libris problematum scripsit;
 quo manifestior fieret exploratiorque militum securitas & alacritas. nam
^d diffidentiae, inquit, & timori cum ingressione hujuscemodi minime con-
 venit: & moesti atque formidantes ab ^e hac tam intrepida ac tam decora
 incedendi modulatione alieni sunt. Verba pauca Aristotelis super ea re
 20 appofui. ^f *Ἐπι τῆν ἐπι δὲ ἀν πολέμειν μέλλωσι, αὐτὸν αὐτὸν ἐμβάλλουσιν; ἵνα τῶν δει-*
λοῖς ἀρχιμονῶντας γινώσκωσιν.

INTERPRETATIO.

^z inflaret. ^a non putandum est, ut arbitror, ardorem illum Gracchi a natura insitum eguisse commotione & impulsione extrinseca qua inflammaretur. ^b asperiozem & acriorem temperaret. ^c habuit scribam suum. ^d primus enim, ut ait, in praelio *conflictus nequaquam consentit cum diffidentia & metu. e* ab hoc audaci & eleganti ad praelium ingressu qui fit ad contentum. *f* cur cum pugnare debent, ad tibiam incedunt? Scilicet ut timidos turpiter agentes dignoscant.

NOTA.

¹⁴. *Aristoteles.*] Philosophorum hic princeps Stagiræ in Macedonia natus post datam magistro Platoni operam, Alexandro magno doctor accitus est. Post mortem Alexandri, conjiciunt historici eum ne in potestatem Antipatri Tyranni veniret, manus sibi violentas attulisse. Fabulae ferunt, cum Euripi æstum non posset comprehendere, in mare se precipitem egisse. Ejus mors incidit in annum ante Christum cccxx.

CAPUT XII.

^a *Virgo Vestæ quid ætatis, ex quali familia, & quo ritu quibusque ceremoniis & religionibus, & quo nomine a² Pontifice Maximo capiatur: & quo statim jure esse incipiat simulatque capta est: quodque, ut Labeo dicit, nec illa intestato cuiquam, nec ei intestata quisquam jure hæres est.*

Qui de Vestali virgine capienda scripserunt, quorum diligentissime scripsit, ³ Labeo Antistius, minorem quam annos VI. majorem quam annos X. natam negaverunt capi fas esse. item quæ non sit ⁴ patrima & matrима: item, quæ lingua debili ^b sensuve aurium deminuta, ^c aliave qua corporis labe insignita sit: item quæ ipsa aut cujus pater ⁵ emancipatus sit; etiam si vivo patre in avi potestate sit: item cujus parentes alter ambove servitutem servierunt, aut in ^d negotiis sordidis divertantur. Sed eam, cujus soror ad id ^e sacerdotium lecta sit, ^f excusationem mereri aiunt: item cujus pater ⁷ flamen, aut ⁸ augur, aut

INTERPRETATIO.

^a *Virgo Vestalis qua ætate eligatur ex quali, &c. b paulo surdior. c aut alio corporis vitio laboret. d aut illiberalibus exercitiis occupantur. e electa. f exclusionem.*

NOTÆ.

1. *Virgo Vestæ.*] Virgines dictæ sunt Vestales quod Vestæ sacra curarent: longe ante Romam conditam Lavinii & Albæ colebantur. Variæ sunt de Vestæ nomine sententiæ, sic dictam plerique cum Tullio putant a nomine Græco *istia focus*, quod focos arasque præcipue domesticas, quasi Dea tueatur.

2. *Pontifice Maximo.*] Pontifices totius religionis apud Romanos & rerum divinarum arbitri ita sunt appellati, quod possent facere, id est, sacrificare. Qui Maximus dicebatur, cæteris summa auctoritate præerat, nec nisi in maximis rebus quæ religionem spectabant, versabatur. Pontifices Maximi auctoritate valuerunt ad tempora C. Julii Cæsaris, post quem reliqui Cæsares hanc dignitatem usurparunt.

3. *Labeo.*] Labeo Antistius juris & legum Romanarum scientia sub Augusto claruit.

4. *Patrima & matrима.*] Patrimus & matrimum dicitur, qui patrem & matrem adhuc viventes habet.

5. *Emancipatus.*] Is dicitur qui ex potestate patris excessit & sui juris factus est.

6. *Sacerdotium.*] Sacerdotium erat dignitas eorum, qui ad facienda sacrificia Deo se consecrabant.

7. *Flamen.*] Flamines sacerdotes a filo quasi filamines nomen habuerunt; quod enim licio in capite velati semper erant, & caput cinctum habebant filo, flamines dicti sunt: scilicet nudis capitibus incedere nefas erat; creabantur a populo, a Pontifice Maximo inaugurabantur.

8. *Augur.*] Ex avium volatu, cantu & pastu futura prædicebant augures. Inter alia auspiorum genera celebre fuit tripudium solistimum, de quo sic Tullius lib. II. de Divinat. *Quia, cum pascuntur aves, necesse est aliquid cadere & terram pavire, quod est ferire, terripavium primo, post terripudium dictum est. Hoc quidem jam tripudium dicitur.* Id Batavum Cellii interpretem fugit, qui scripsit, *si pulli oblatam pulcem avide comederent, solistimum tripudium dicitur.* Atqui avide comedebant aliquando pulli, si tamen nulla offæ particula ex ore ipsius excideret, nullum censebatur esse tripudium.

9 xv. vir sacris faciundis, aut qui ¹⁰vii. vir Epulonum aut ¹¹ Salius est. Sponsa quoque pontificis & ¹² tibicinis sacrorum filia & vacatio a sacerdotio isto tribui solet. Præterea Capito ¹³ Ateius scriptum reliquit, neque ejus legendam filiam, qui domicilium in Italia non haberet, & ¹⁴ excusandam
 5 ejus qui liberis treis haberet. Virgo autem Vestalis simul est capta atque in atrium Vestæ deducta & pontificibus tradita; eo statim tempore sine emancipatione ac ¹⁵ sine ¹⁶ capitis minutione e patris potestate exit, & ius testamenti faciendi adipiscitur. De more autem ritumque capiundæ virginis literæ quidem antiquiores non exstant, nisi quæ capta prima est a
 10 ¹⁷ Numa rege esse captam. Sed Papiam legem invenimus; quæ ¹⁸ cavetur, ut pontificis maximi arbitratu virgines e populo viginti legantur: ¹⁹ sortitioque in concione ex eo numero fiat; & , cujus virginis ducta erit, ut eam pontifex maximus capiat, eaque Vestæ fiat. Sed ea sortitio ex lege Papiæ non necessaria nunc videri solet. Nam, si quis honesto loco natus adeat Pont. max. atque offerat ad sacerdotium filiam suam, cujus
 15 diuntaxat ²⁰ salvis religionum observationibus ratio haberi possit, ²¹ gratia Papiæ legis per senatum fit. Capi autem virgo propterea dici videtur, quia pontificis maximi manu prehensa ab eo parente, in cujus potestate

INTERPRETATIO.

g non solent in sacrum Vestalium ordinem admitti. h recusandam. i prioris status mutatione. k jungitur. l ex eo numero in comitiis sorte deligantur. m servatis rerum divinarum ceremoniis. n id per vim Papiæ legis fixum censetur.

NOTÆ.

9. *Quindecimvir sacris faciundis.*]

Cum libros aliquot Sibyllinos summo pretio redemisset ab externa quadam muliere Tarquinius Superbus, Duumviros sacerdotes creavit, quorum officium esset eos diligenter custodire. Tum anno Urbis cccclxxxviii. Decemviri: denique L. Syllæ temporibus electi Quindecimviri, penes quos librorum Sibyllinorum esset custodia. Perseveravit id sacerdotii genus ad Theodosii tempora & annum post Christum cccxcii.

10. *Septemvir Epulonum.*] Pontificum munus erat Jovi caterisque Diis epulas instruere. Sed cum ipsis propter sacrificiorum multitudinem tot apparare convivia non vacaret, anno Urbis conditæ cclviii. Triumviri ac deinde Septemviri Epulones creati sunt, ad quos ea pars curæ Sacerdotalis derivaretur.

11. *Salius.*] Salii sacerdotes erant Martis, sic dicti quod, dum ferebant ancilia, solerent saltare. Ancile autem brevius erat scutum, quod e cœlo delapsum cum esset ad salutem Romæ fatale,

ne forte subriperetur curavit Numa secundus Rex Romanorum, ut undecim alia omnino similia fabricarentur.

12. *Tibicinis sacrorum.*] Tibicinum cantus adhibebantur in sacrificiis, ne quid infaustum audiretur.

13. *Capito Ateius.*] Jurisconsultus Ciceroni fuit ætate suppar.

14. *Sine capitis minutione.*] Capitis diminutio erat prioris status mutatio; fuitque triplex, maxima, minor & minima: maxima capitis diminutio, cum aliquis simul & libertatem & civitatem amittebat: minor, cum civitas quidem amittebatur, libertas vero retinebatur: minima, cum & civitas retinebatur & libertas, sed status hominis commutabatur.

15. *A Numa Rege.*] Is fuit Rex secundus qui Romanos bello ferociore ad humaniorem vitam supersticiosa religionis specie transtulit. Regnum quod xliii. annos tenuit, auspiciatus est annis ante Christi ortum cclxi. Livius, Florus, &c.

est,

est, veluti bello capta abducitur. In libro primo¹⁶ Fabii Pictoris, quæ verba pontificem maximum dicere oporteat, cum virginem capit, scriptum est. Ea verba hæc sunt. ^o SACERDOTE M. VESTALEM. QUÆ. SACRA. FACIAT. QUÆ. IOVIS. SIET. SACERDOTE M. VESTALEM. FACERE. PRO. POPOLO. ROMANO. QUIRITIBUS. Q. UTBI. QUOD. OPTUMA. LEGE. FIAT. ITA. TE.¹⁷ AMATA. CAPIO. Plerique autem capi virginem solam debere dici putant. Sed¹⁸ flamines quoque Diales, item pontifices & augures capi dicebantur. ¹⁹ L. Sylla rerum gestarum libro XI. ita scripsit. *P. Cornelius, cui primum cognomen Syllæ impositum est, flamen Dialis captus.* ²⁰ M. Cato de Lusitanis, cum Ser. Galbam accusavit, eum dicit jus pontificium discere noluisse. *Ego me nunc volo jus pontificium optime scire. jam ne ea causa pontifex capiar? Si volo augurium optime tenere, & quis me ob eam rem augurem capiat?* Præterea in commentariis Labeonis, quæ ad²¹ duodecim tabulas composuit, ita scriptum est. *Virgo Vestalis neque hæres est. cuiquam²² intestato, neque intestata quis-*

INTERPRETATIO.

^o Amata capio te tanquam Virginem Vestalem, qua cures sacra, qua pro jure suo Virgo Vestalis cures pro populo Roma-

no, & Quiritibus: ita hoc rite fiat, & omnia succedant feliciter.

NOTÆ.

16. *Fabii Pictoris.*] Fabii clarissima gens teste Plinio lib. XXXV. cap. IV. Pictorum nomen ex eo traxerunt quod princeps ejus cognominis ipse ædem Salutis pinxit anno ccccl. Ex Fabiis Pictoribus alius Salutis ædem pinxit, alius Consulatum gessit cum Ogulnio; alius jurisconsultus: alius de quo jam agimus historicus fuit, si Livio credimus, scriptorum antiquissimus, cui prænomen erat Quintus, ut ex Appiano recte colligit Vossius. In Romanos plus æquo propensus in describendo bello Punico Carthaginienis gloriam sæpe deterit. In quo reprehenditur a Polybio. Floruit anno U. C. 1033. ante Christi ortum cccxiii.

17. *Amata.*] Fuit id nomen proprium quibusdam mulieribus, ut indicat Latinæ mater apud Virgilium.

18. *Flamines Diales.*] Flamen Dialis est dictus à πῶς & Διὸς qui Jupiter est, ut sacra Dijsvi assidue faceret: a Numa institutus an. ante Christum 1000.

19. *L. Sylla.*] L. Cornelius Sylla maximis præliis perfunctus consulatum adeptus est anno U. C. 1016. Mario infensus Urbem occupat & dictator re-

nunciatur anno 1016. tribus post annis se se abdicat, & sequenti obiit ex morbo pediculari anno, ante Christum LXXVII. Eum ait Velleius dissimilem fuisse bellatorem ac victorem, dum vincit justissimo leniorem, post victoriam audito crudeliorem extitisse. Librum quem de rebus suis imperfectum reliquerat, ejus libertus Epicadus teste Suetonio supplevit.

20. *M. Cato.*] Consule lib. XIII. cap. XIX. in quo agitur de genere & nominibus familiæ Porciæ, ejus princeps fuit hic M. Porcius Cato Censorius.

21. *Ad duodecim tabulas.*] Sublatis regum decretis, & populo per xx. annos nullis legibus astricto, constituti sunt anno U. C. ccciii. ante Christum ccclii. Decemviri qui a Græcis leges peterent; quas acceptas tabulis decem aëris inscribere. Cum autem in primis legibus aliquid desideraretur, anno sequenti alias duas adjecere tabulas: unde & dictæ sunt leges duodecim tabularum.

22. *Intestato.*] Intestatus dicitur qui nullo testamento factus mortuus est.

quam: sed bona ejus in publicum redigi aiunt. Id quo jure fiat, quaritur. Amata inter P capendum a Pont. Max. appellatur, quoniam, quæ prima capta est, hoc fuisse nomine traditum est.

INTERPRETATIO.

p dūm apprehenditur a Pontifice.

CAPUT XIII.

5 *Quæsitum in philosophia quidnam foret in recepto mandato rectius, id ne omnino facere quod mandatum est, an nonnunquam etiam contra, si id spes ei, qui mandavit, utilius fore: superque ea questione expositæ diversæ sententiæ.*

10 **I**N officiis ^a capiendis, censendis, judicandisque, quæ Græce ^b καὶ δίκοντα philosophi appellant, quæri solet an negotio tibi dato & quid omnino faceres definito, contra quid facere debeas, si eo facto videri possit
15 res eventura prosperius, exque utilitate ejus, qui id tibi negotium mandavit. Anceps quæstio & in utramque partem a prudentibus viris ^c arbitrata est. Sunt enim non pauci ^d qui sententiam suam una in parte defixerint, &, re semel statuta deliberataque ab eo, ^e cujus negotium id pontificiumque esset, nequaquam putaverint contra dictum ejus esse faciendum, etiamsi repentinus aliquis casus rem commodius agi posse polliceretur; ne, si spes fefellisset, ^f culpa imparientiæ & pœna indeprecabilis subeunda esset: si res forte melius vertisset; diis quidem gratia habenda, sed exemplum tamen intromissum videretur, ^g quo bene consultata consilia religione mandati soluta corrumpenterent. Alii existimaverunt incommoda prius, quæ metuenda essent si res gesta aliter foret quam
20 imperatum est, cum emolumento spei ^h pensitanda esse: &, si ea leviora minoraque; utilitas autem contra gravior & amplior spe quantum potest firma ostenderetur: tum posse adversum mandata fieri censuerunt; ne oblata divinitus rei bene gerendæ occasio amitteretur. Neque timendum
25 exemplum non parendi crediderunt, si rationes hujuscemodi duntaxat non adessent. Cum primis autem respiciendum putaverunt ingenium naturamque illius, ⁱ cuja res præceptumque esset; ne ferox, durus, indomitus, inexorabilisque sit; qualia fuerunt ^k Posthumiana imperia & Manliana.

INTERPRETATIO.

^a Admittendis, asimandis. ^b convenientia. ^c disceptata. ^d qui in opinione sua uni parti adhaeserint. ^e ad quem id negotium, & autoritas pertineat, ^f teneatur crimine inobedientia, & ^g supplicio non remittendo afficiendus esset. ^h quo data rectissime consilia violantur neglecta præcepti observantia. ⁱ comparari debere. ^k qui negotium & mandatum committeret.

NOTA.

[I. Posthumiana Imperia & Manliana.] contra Aequos & Volcos prospere gestis, filium qui contra suum jussum pug-

Nam si tali ^k præceptori ratio reddenda sit; nihil faciendum esse monuerunt aliter, quam præceptum est. ^l Instructius deliberatiusque fore arbitramur theorematium hoc de mandatis hujuscemodi obsequendis, si exemplum quoque ² P. Crassi Muciani clari ac illustri viri apposuerimus. Is Crassus a Sempronio Asellione & plerisque aliis historiæ Romanæ scriptoribus traditur quinque habuisse rerum bonarum maxima & præcipua; quod esset ditissimus, quod nobilissimus, quod eloquentissimus, quod jurisconsultissimus, quod pontifex maximus. Is, cum in consulatu obtineret Asiam provinciam, & circumfidere oppugnareque ³ Leucas oppidum pararet; opusque esset firma atque procera trabe, qui ⁴ arietem faceret quo muros ejus oppidi quateret: scripsit ad magistrum ^m ἀρχιτέκτονα ⁵ Elæatensum sociorum amicorumque populi Romani, ut ex malis duobus, quos apud eos vidisset, uter major esset, eum mittendum curaret: tum magister ἀρχιτέκτονα, comperto quamobrem malum desideraret, non, uti jussus erat majorem, sed, quem esse magis idoneum aptioremque faciendo arieti facilioremque portatu existimabat, minorem misit. Crassus eum vocari jussit; & cum interrogasset cur non quem jusserat misisset, causis rationibusque quas dicitabat spretis, vestimenta detrahi imperavit; virgisque multum cecidit; ⁿ corrumpi atque dissolvi officium omne imperantis ratus, si quis ad id, quod facere jussus est, non obsequio debito, sed consilio non desiderato respondeat.

INTERPRETATIO.

^k imperanti. ^l putamus hanc commentationem de talibus jussis exequendis fore pleniorē & certiorē. ^m fabricatorē. ⁿ arbitratus minui & labefactari autoritatem jubentis.

NOTÆ.

naverat securi percussit anno Urbis condita cccxxiii. ante Christum cccxxxi. Huic historiæ fidem abrogat Livius. T. Manlius filium etiam victorem, quod injussu suo cum hoste certasset capite multavit anno urbis condita ccccxiv. ante Christum cccxxxix.

2. P. Crassi Muciani.] Publius Crassus Mucii filius valde probatus orator Cicerone puero florebat.

3. Leucas.] Leucæ in Ionia, teste Strabone, inter Smyrnæ & Phocæam.

Pomponio dicitur Leuca.

4. Arietem.] Aries machina bellica, est trabs prægrandis, quæ ferro in formam arietis præfixa est. Suspenditur ex altissima trabe firmissimis, utrimque tignis suffulta, tum magna vi libratus aries & impulsus muros labefactat & evertit.

5. Elæatensum.] Ita legendum censent nonnulli, cum in antiquis codicibus habeatur Molatensum. Est autem Elæa urbs Æolidis in Asia minore.

CAPUT XIV.

Quid dixerit feceritque ¹ C. Fabricius magna vir gloria magnisque rebus gestis, sed familia pecuniaque inops; cum ei ² Samnites tamquam indigenti grave aurum donarent.

³ Julius Hyginus, in libro de vita rebusque illustrium virorum sexto; ⁴ legatos dicit a Samnitibus ad C. Fabricium ⁵ Imperatorem populi Romani venisse; & memoratis multis magnisque rebus, quæ bene ac benivole post redditam pacem Samnitibus fecisset, obtulisse dono grandem pecuniam; orasseque uti acciperet utereturque: atque id facere Samnites dixisse, quod viderent multa ad splendorem domus atque virtus ^a deferri; neque pro magnitudine dignitateque ^b lautum paratum esse: tum Fabricium planas manus ab auribus ad oculos, & infra deinceps ad nates, & ad os & ad gulam, atque inde porro ad ventrem imum deduxisse; & legatis ita respondisse; dum illis omnibus membris, quæ attigisset, obistere atque imperare posset, nunquam quicquam defuturum: ¹⁵ propterea pecuniam, ^c qua nihil sibi esset usus, ab iis, quibus eam sciret usui esse, non accipere.

INTERPRETATIO.

^a Deesse. ^b splendidum & ornatum esse. ^c qua sibi non erat opus.

NOTÆ.

1. C. Fabricium.] C. Fabricii virtus potissimum enituit in bello Samnitico, quod gestum est anno post Urbem conditam ccccl. ante Christum cccrv. Eum Pyrrhus admirans aliquando dixit: ille est Fabricius qui difficilius ab honestate, quam sol a cursu suo averti potest. Eutrop.

2. Samnites.] Samnium est Italiae Regio, quæ dicitur hodie Abruzzo, in Regno Neapolitano.

3. Iulius Hyginus.] C. Iulius Hyginus Augusti libertus, natione Hispanus, etsi nonnulli Alexandrinum putant, & a Cesare Romam advectum capta Alexan-

dria . . . quem propter antiquitatis notitiam Polyhistorum multi, quidam historiam vocabant. Ita Suetonius lib. de Illustribus Grammaticis. C. Julius vocatus est quod C. Julii Caesaris cliens esset.

4. Legatos.] Legati sunt qui principum mandata perferunt, inde videntur nomen desumpsisse, quod solerent mandata legere.

5. Imperatorem.] Ante Augusti tempora dicti sunt imperatores, qui rei militari præessent; postea ita sunt appellati qui totam Rempub. summa & perpetua autoritate administrarunt.

CAPUT XV.

Quam importunum vitium sit plenumque odii futilis inanisque loquacitas, & quam multis in locis a principibus utriusque lingua viris detestatione justa culpata sit.

Qui sunt leves & fuitiles & importuni locutores, quique nullo rerum pondere innixi^a verbis humidis & lapsantibus diffluunt; eorum orationem bene existimatum est in ore nasci non in pectore. Linguam autem debere aiunt non esse liberam nec vagam, sed vinclis de pectore imo ac de corde aptis moveri & quasi gubernari. Sed enim videas quosdam sic^b scaterere verbis sine ullo iudicii negotio cum securitate multa & profunda, ut loquentes plerumque videantur loqui sese nescire. Ulyssēm contra Homerus virum sapienti facundia præditum, vocem mittere ait non ex ore sed ex pectore. quo^c scilicet non ad sonum magis habitumque vocis quam ad sententiarum penitus conceptarum altitudinem pertineret: petulantiaque verborum coercendæ vallum esse oppositum dentium luculente dixit: ut loquendi temeritas non cordis tantum custodia atque vigilia cohibeatur, sed & quibusdam quasi excubiis in ore positis sapiatur. Homericæ, de quibus supra dixi, hæc sunt,

^c ΑΛΛ' ὅτε δὴ ῥ' ὄπα τε μεγάλην ἐν στήθεσσι.

Τέννον ἐμὸν, πῶϊόν σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων;

M. Tullii quoque verba posui, quibus stultam & inanem dicendi copiam graviter & vere detestatus est. Dummodo, inquit, hoc constet, neque infantiam ejus qui rem norit, sed eam explicare dicendo non queat, neque inscitiam illius cui res non suppetat verba non desint, esse laudanda. Quorum si^e alterum sit optandum: malim equidem^b indisertam prudentiam, quam stultam loquacitatem. Item in libro de Oratore primo verba hæc posuit. Quid enim est tam furiosum quam verborum vel optimorum atque ornatissimorum sonitus inanisⁱ nulla subjecta sententia nec scientia? Cum-

INTERPRETATIO.

^a Inanium verborum sonitu obstrepunt. ^b tot sermones effundere, ^c nempe quod non tantum attenderet ad rectam pronuntiationem verborum, quantum ad gravitatem sententiarum, quas ex animo expromebat. ^d & dixit egregie flumini verborum sistendo aggerem dentium esse oppositum.

^e Sed quando sane vocem magnam ex

pectore misit.

Fili mi, quale tibi verbum effugit septimum dentium?

^f modo inquit id certum sit neque inopiam ejus qui rem intelligat, verum eam non possit verbis exprimere: neque ignorantiam illius, qui rem non noverit, & verbis abundet debere extolli. ^g alterutrum. ^h infacundam. ⁱ nulla innixus sententia.

NOTA.

I. Ulyssēm.] Famofus hic fuit Græcorum Heros, filius Laertæ, Ithaca oriundus. Ejus dolis potius quam Græcorum armis expugnata est Troja. Va-

riis in reditu perfunctus periculis, quæ in Odyssæa fufe refert Homerus, incolumis ad sua reversus est anno ante Christum CIOCLXXXIII,

primis autem ² M. Cato atrocissimus hujuscemodi vitii insectator est. Namque in oratione quæ inscripta est, **SI. SE. COELIUS. TRIB. PLEB. APPELLASSET.** Nunquam, inquit, tacet, quem morbus tenet loquendi, ^k tanquam ³ veternosum bibendi atque dormiendi. ⁴ Quod si non conveniant; tamen convocari jubet. Ita est ¹ cupidus orationis, ut conducatur, qui auscultet. Itaque auditis non ^m auscultatis tanquam pharmacopolam. nam ejus verba audiuntur: verum ei se nemo committit, si aeger est. Idem Cato in eadem oratione eidem M. Cælio trib. pl. ⁿ vilitatem opprobrians non loquendi tantum, verum etiam tacendi, *Frusto*, inquit, *panis conducere potest vel uti taceat vel uti loquatur.* Neque non merito Homerus unum ex omnibus ⁵ Therfiten, ^o ἀμετροσπῆ, ἀκειτόμυδον appellat: modo verba illius multa, & ^p ἀκοσμα strepentium sine modo graculorum similia esse dicit. Quid enim est aliud ^q ἀμετροσπῆς ἐκολώζω? ⁶ Eupolidis quoque versus de id genus hominibus ^r consignatissime factus est. ^f λαλεῖν ἄριστος, ἀδυνατώτατος λέγειν. Quod ⁷ Sallustius noster imitari volens, *loquax*, inquit, *magis quam faciundus.* Quapropter ⁸ Hesiodus poetarum prudentissimus linguam non ^t vulgandam sed recondendam esse dicit proinde ut thesaurum: ejusque esse in ^u promendo gratiam plurimam, si modesta & parca & ^x modulata sit.

²⁰ Ὑ Γλώσσης τοι θησαυρὸς ἐν ἀνθρώποισιν ἄριστος
Φιλῶλης· πλείστη δὲ χάρις καὶ μέτρον ἴσους.

INTERPRETATIO.

^k quemadmodum hydropticum & lethargicum tenet bibendi & dormiendi perpetua cupiditas. ^l tam vehementer desiderat loqui, ut pretio redimat auditores. ^m Non ipsi creditis sicut nec pharmacopola, n ipsi obijciens suam indignitatem non solum in dicendo, sed & in silendo. ^o immoderatum in loquendo, temerarium in sermone, ^p inornata. ^q immoderatus in lo-

quendo tumultuabatur. & aptissime ^r garrire optimus, maxime impos dicere. & communicandam. u cum solvitur. x & moderata sit.

^y Lingua certe thesaurus inter homines optimus

^z Parce loquentis: multa vero gratia ad mensuram mittentis voces.

NOTÆ.

2. M. Cato.] Jam monuimus confutandum esse lib. XIII. cap. XIX.

3. Veternosum.] Veternosus is est qui lethargo laborat: Veternosus enim morbus est, qui occupato frigidis humoribus cerebro dormiendi necessitatem inducit; idem Cato hydropticum appellat veternosum.

4. Quod si non conveniant.] Hunc locum ex MS. Regio sic putat legendum Lambecius: Quod si non conveniat, cum convocari jubet, ita est cupidus orationis, ut conducatur qui auscultent.

5. Therfiten.] Therfiten deformitate apud Græcos insignis, quem Achilles insolenter convitiantem ictu pugni occidit. Homerus.

6. Eupolidis.] Eupolis Atheniensis, poeta comicus jam tum ab anno ætatis XVII. florere cœpit. In Helleponto submersus est tempore belli Peloponnesiaci ante Christum anno circiter ccccxl.

7. Sallustius.] Crispus Sallustius historicus de quo vere dixit Martialis:

Crispus Romana primus in historia.
Natus est anno U. C. DCLXIX. ante Christi ortum LXXXIV.

8. Hesiodus.] Hesiodus poeta antiquissimus ex Ascra vico Bœotix ætate Homeri paulo fuit inferior, vel etiam, ut aliqui contendunt, æqualis. Itaque natus est, annis ante Christum circiter cxxxvi. de hujus ætate alibi Gellius.

z Epicharmium quoque illud non inscite se habet;

a Οὐ λέγειν δεῖνός, ἀλλὰ σιγῆν ἀδύνατος.

Ex quo profecto hoc sumptum est;

Qui cum loqui non posset; tacere non poterat.

Favorinum ego audiui dicere versus istos ¹⁰ Euripidi;

b Ἀρχαίων σομάτων

Ἀνόμου τε ἀφροσύνας

Τὸ τέλθ' δυσυχία.

Non de iis tantum factos accipi debere, qui impia aut illicita dicerent; sed vel maxime de hominibus quoque posse dici stulta & immodica ^c blaterantibus; quorum lingua tam prodiga infrænisque sit, ut fluat semper ^d æstuetque colluvione verborum teterrima: quod genus homines a Græcis significantissimo vocabulo ^e λάλους appellatos. Valerium Probum grammaticum illustrem ex familiari ejus docto viro comperi Sallustianum illud, *Satis eloquentia, sapientia parum*, brevi antequam vita decederet, sic legere cœpisse, & sic a Sallustio relictum affirmasse; *Satis loquentia, sapientia parum*. Quod *loquentia* novatori verborum Sallustio maxime congrueret; *eloquentia* cum insipientia minime conveniret. Hujuscemodi autem loquacitatem verborumque turbam magnitudine inani ^f vastam facetissimus poeta ¹¹ Aristophanes insignibus vocabulis denotavit in his ver- ²⁰ sibus.

z Ἀνδρῶπων ἀγροποιὸν, αὐθαδέσομον,

Ἐχόντ' ἀρχαίων, ἀνεστῆς, ἀπόλων σῶμα,

Ἀπειλάλητον, κομποκαλοῖρήμονα.

Neque minus insigniter veteres quoque nostri hoc genus homines ^h in ²⁵ verba projectos locutuleios, & blaterones, & lingulacas dixerunt.

INTERPRETATIO.

z Epicharmi. a non ad dicendum aptus, sed ad tacendum impos.

b Effractorum orium

Et ex legis insipientia

Finis infelicias.

c temere loquentibus. d agitetur ineptissimo verborum concursu, e audiui vocatos

esse loquaces. frumentem.

g Hominem agrestem, ore contumaci,

Habentem effratarum, impotens, sine

porta

Os, blateronem, inanibus verbis obstrepentem.

h effundentes verba inconsiderate.

NOTE.

9. Epicharmium.] Epicharmus poeta fuit comicus Siculus & Pythagoræ auditor. Claruit Olympiade LXXXIV. ante Christum anno circiter CDXIIV.

10. Euripidis.] Poeta Græcus Euripides tragædiis celeberrimus, æqualis & æmulus Sophoclis poetæ pariter tragici. Mortem utriusque in annum tertium Olympiadis xci. ante Christum ccccxix. refert Diodorus Siculus. Quanquam nonnulli, teste Suida, Sophoclem Euripidi

sexennio superstitem fuisse tradidere.

11. Aristophanes.] Hunc alii Rhodium, alii Æginetam dicunt, quidam etiam Ægyptium. Fuit certe, autore Tullio, *facetissimus poeta veteris comædiæ Græcæ*: inimicitias exercuit cum Socrate, cujus personam in comædiis affatim deridendam multitudini præbet. Celebris extitit, ut testatur Eusebius, anno iv. Olymp. LXXXV. annis ante Christum ccccxvii.

CAPUT XVI.

Quod verba isthac Quadrigarii ex *Annali tertio*, ibi mille hominum occiditur, non licentia, neque de poetarum figura, sed ratione certa & proba grammatica disciplina dicta sunt.

5 **Q**uadrigarius in tertio Annalium ita scripsit: *Ibi occiditur mille hominum. Occiditur*, inquit, non *occiduntur*. Item Lucilius in tertio Satyrarum;

Ad^a portam mille, a porta est sex inde¹ Salernum:

Mille, inquit, est, non mille sunt² Varro in octavodecimo Humanarum

10 *Ad Romuli initium plus mille & centum annorum est.* M. Cato in *i.* Originum. *Inde est ferme mille passuum.* M. Cicero in *b* sexta in *4* Antonium, *Itane⁵ Ianus medius in L. Antonii clientela est? qui unquam in illo Iano inventus est,* *c* qui L. Antonio *6* mille nummum *7* ferret expensum? In his atque multis aliis, mille, numero singulari dictum est. Neque hoc, ut quidam putant, vetustati concessum est, aut per figurarum concinnitatem

INTERPRETATIO.

a Ex eo loco mille passuum est ad portam, & inde a porta est sexies mille passuum usque Salernum. b in sexta Philippica in Antonium. c qui vellet commo-

NOTÆ.

1. *Salernum.*] Urbs Italiae in Campania, quæ hodie pars est regni Neapolitani.

2. *Varro.*] M. Terentius Varro Senator Romanorum omnium doctissimus, qui, ut refert Tullius lib. I. *Academ. Quest.* ætatem patriæ, descriptiones temporum, domesticam bellicamque disciplinam, sedem regionum & locorum, omnium divinarum, humanarumque rerum nomina, genera, officia, causas aperuit: *Tam multa legit*, inquit Terentianus apud S. August. lib. VI. de civit. cap. II. *ut aliquid ei scribere vacasse miremur; tam multa scripsit, quam vix quemquam legere potuisse credamus.* Obiit prope nonagenarius Olymp. CLXXXVIII. anno I. ante Christum XXVIII.

3. *Ad Romuli initium plus mille.*] Ab orbe condito scilicet ad Romulum sunt plus mille anni: imo a peritissimi Chronologis tres mille ducenti & amplius recensentur; nam ab ætate Varronis ad Romulum sunt tantum 1000.

4. *In Antonium.*] M. Antonius Consul, post occisum a Bruto & Cassio Ju-

lium Cæsarem, cum multa per tyrannidem moliretur, plurimos cives sibi resistentes maximeque Ciceronem proscript. Post Actiacam pugnam qua delatus est, fugiens in Ægyptum, Alexandria circumfessus ab Octavio se se ipse teste Velleio, non segniter interimit, adeo ut multa desidia crimina morte redimeret. Id accidit anno U. C. Iocccxxiii. ante Christum xxx.

5. *Ianus medius.*] Is locus quo Romæ solebant convenire fœneratores Janus ideo dictus est, quod ibi simulacra Jani collocata essent. Superior pars illius loci summus Janus, inferior imus Janus, interjacens spatium Janus medius appellabatur. Horat. lib. I. ep. I.

hæc Ianus summus ab imo

Perdocet.

6. *Mille nummum.*] De Nummis ac sestertiis agemus paulo post, ubi commodior erit locus.

7. *Ferret expensum.*] Expensum ferre est in tabulas redigere, & scribere quam pecuniæ summam alteri mutuam datus.

admissum

admissum est: sed sic videtur ratio poscere. mille enim non pro eo ponitur, quod Græce χίλιοι dicitur, sed quod χιλιάς. Et sicuti una χιλιάς & duæ χιλιάδες; ita unum mille & duo millia certa atque directa ratione dicitur. Quamobrem id quoque recte & probabiliter dici solitum, mille denarium in arca est, & mille equitum in exercitu est. Lucilius autem, præter quod supra posui, alio quoque in loco id manifestius demonstrat. Nam in libro quintodecimo ita dicit.

^d Hunc milli passum qui vicerit atque duobus,

⁸ Campanus sonipes subcursor nullus sequetur
Majore spatio; ac diversus videbitur ire.

Item alio in libro nono:

^c Tu milli nummum potes uno querere centum.

Milli passum dixit, pro mille passibus, & uno milli nummum, pro, unis mille nummis; aperteque ostendit mille & vocabulum esse, & singulari numero dici, ejusque plurativum esse, millia, & casum etiam capere ablativum; neque ceteros casus requiri oportere, cum sint alia pleraque vocabula quæ in singulos tantum casus, quædam etiam quæ in nullum declinentur. Quapropter nihil jam dubium est, quin M. Cicero in oratione, quam scripsit pro Milone, ita scriptum reliquerit: Ante fundum Clodii quo in fundo, propter insanas illas subtractiones, facile mille hominum versabatur valentium: non, versabantur. Quod in libris minus accurate scriptis est. Alia enim ratione, mille hominum, alia, mille homines, dicendum est.

INTERPRETATIO.

<p>dare mille sestertios L. Antonio. d Nul- lus equus Campanus post currens asse- quetur eum qui antecesserit tribus pas- sum millibus, quod intervallum est majus; imo tam lente ambulabit ut non</p>	<p>videatur eandem viam insistere, & prio- ris vestigia premere e tu uno milli num- morum potes acquirere centum millia. f immensa illa adificia.</p>
--	---

NOTÆ.

<p>2. Campanus.] Ex Campania Italia. 9. Milone.] T. Annius Milo civis Romanus, cum occidisset Clodium a Cicerone frustra defensus, Massiliam in exilium est relegatus. Compsum in Hirpinis oppugnans, (ut refert Velleius) ictusque lapide, tum P. Clodio, tum pa- tria quam armis petebat, pœnas dedit,</p>	<p>vir iniques & ultra fortem temerarius. 10. Clodii.] Clodius vir turbulentus, sceleratis libidinibus turpissimus, malorū propositorum executor acerrimus, in- fensus Ciceroni, quem tribunus plebis in exilium ejecerat. Occisus est a Mi- lone anno U. C. ICCCII. ante Christum</p>
--	---

CAPUT XVII.

Quanta cum animi aequitate toleraverit Socrates uxoris ingenium intratabile : atque inibi quid M. Varro in quadam Satyra de officio mariti scripserit.

X Anthippe¹ Socratis philosophi uxor morosa admodum fuisse fertur & jurgiosa :² irarumque & molestiarum muliebrium per diem perque noctem satagebat. ^b Has ejus² intemperies in maritum³ Alcibiades demiratus, interrogavit Socratem quamnam ratio esset cur mulierem tam acerbam domo non^c exigeret. Quoniam, inquit Socrates, cum illam domi talem perpetior, insuesco & exerceor, ut ceterorum quoque^d foris petulantiam & injuriam facilius feram. Secundum hanc sententiam quoque Varro in⁴ satyra Menippea, quam de officio mariti scripsit, *Vitium*, inquit, *uxoris aut tollendum, aut ferendum est. Qui tollit vitium; uxorem commodiorem praestat. Qui fert; sese meliorem facit.* Hæc verba Varronis, *tollere*, & *ferre*,^e lepide quidem composita sunt: sed, *tollere*, apparet dictum pro *corrigere*. Id etiam apparet ejusmodi vitium uxoris, si corrigi non possit, ferendum esse Varronem censuisse; quod ferri scilicet a viro honeste potest. Vitia enim flagitiis leviora sunt.

INTERPRETATIO.

a Diu noctuque quarebat occasiones irascendi, & exhibenda molestia, quam possunt mulieres. *b* hunc illius furorem. *c* expelleret. *d* extra domum. *e* festive conjuncta sunt.

NOTÆ.

1. *Socratis.*] Philosophiæ parens Socrates, Apollinis oraculo sapientissimus hominum appellatus, natus est Athenis Olymp. LXXVII. an. IV. ante Christi ortum cccclxix. Eodem semper vultu visus est *ἰππῶν* nominaretur: quod de Diis male sentiret, a judicibus damnatus venenum intrepidus hausit anno ætatis LXX. *Laertius, &c.*

2. *Intemperies.*] Intemperie dicebantur *Deæ*, quibus erat nocendi vis: ut autem *Furiæ* furorem, sic intemperie

censebantur insaniam immittere, quæ ab intemperie cerebri calida oritur. *Larva hunc atque intemperia agitant senem.* Plaut. Intemperia & intemperies Latine dicitur, sicut materia & materies.

3. *Alcibiades.*] Philosophus Socrati familiaris, quem in suis dialogis loquentem inducit Plato.

4. *Satyra Menippea.*] Ita Varro satyram inscripsit mordacissimam, quam edidit ad imitationem Menippi philosophi Cynici, cujus epistolæ jocos asperioribus plenissimæ tunc extabant.

CAPUT XVIII.

Quod M. Varro in quartodecimo Humanarum, L. Ælium magistrum suum ^a μετ' ἐτυμολογίας differentem falsa reprehenderit: quodque idem Varro in eodem libro furis ^b ετυμωσεν dicit falsum.

IN quartodecimo Humanarum libro M. Varro doctissimum tunc civitatis hominem L. Ælium errasse ostendit; quod vocabulum Græcum vetus traductum in linguam Romanam, proinde atque si primitus Latine fictum esset, resolverit in voces Latinas ^c ratione etymologica falsa. Verba ipsa super ea re Varronis posuimus. In quo L. Ælius noster literis ornatus ^b memoria nostra erravit aliquotiens. Nam aliquot verborum antiquorum Græcorum, perinde atque essent propria nostra, reddidit causas falsas. Non enim leporem dicimus, ut ait, quod est levipes: sed quod est vocabulum antiquum Græcum. Multa enim vetera illorum ignorantur, quod, pro iis, aliis nunc vocabulis utantur; & illorum esse plerique ignorant Græcum, quod nunc nominant ^c ἐλλωα; puteum, quod vocant ^d φρεσ; leporem, quod ^e κελων dicunt. In quo non modo Ælii ingenium non reprehendo; sed industriam laudo. ² Successum enim fortuna, experientiam laus sequitur. Hæc Varro in primore libro scripsit de ratione vocabulorum scitissime, de usu utriusque linguæ peritissime, de ipso Ælio clementissime. Sed in posteriore ejus libri parte dicit, furem ex eo dictum, quod veteres Romani furvum atrum appellaverint; & fures per noctem, quæ atra sit, facilius furentur. Nonne sic videtur Varro de fure errasse, tanquam Ælius de lepore? Nam quod a Græcis nunc ^f κλέπτης dicitur, antiquiore Græca lingua, ^f φῶς, est dictum. Hinc per affinitatem literarum, qui φῶς Græce, Latine fur est. Sed ea res fugeritne tunc Varronis memoriam; an contra aptius & cohærentius putarit furem a furvo, id est, nigro appellari; in hac re de viro tam excellentis doctrinæ non meum iudicium est.

INTERPRETATIO.

^a De verborum explicatione. ^b nostris temporibus. ^c Græcum. ^d puteum. ^e leporem. ^f fur.

NOTÆ.

1. Ratione etymologica.] Verborum explicationem, inquit Tullius, qua de causa quæque essent ita nominata etymologiam appellans: ετυμωσεν, & λέγεις sermo, hanc vocem componunt.

2. Successum enim fortuna, &c.] Cujus sententiæ hic est sensus. Si quis hujusmodi vocum origines recte investiget, felix est: si tentet investigare, etiam si minus ingeniose versetur, conatus ipse laudabilis est.

CAPUT XIX.

Historia super libris Sibyllinis, ac de Tarquinio Superbo rege.

IN antiquis annalibus ^a memoria super ¹ libris Sibyllinis hæc prodita est. Anus ^b hospita atque incognita ad ² Tarquinium Superbum regem adiit, novem libros ferens, quos esse dicebat divina oracula: eos velle venundare. Tarquinius precium percunctatus est. Mulier ^c nimium immensum poposcit. Rex, quasi anus ^d ætate desiperet, derisit. Tum illa foculum coram cum igni apposuit; & tres libros ex novem deussit: & ecquid reliquos sex eodem precio emere vellet, regem interrogavit. Sed enim Tarquinius id multo risit magis; dixitque anum jam proculdubio delirare, mulier ibidem statim tres libros alios exussit; atque idipsum denuo placide interrogavit an tres reliquos eodem precio emat. Tarquinius ore jam serio atque attentiore animo fit: eam constantiam confidentiamque non ^e insuper habendam intelligit: libros tres reliquos mercatur nihilo minore precio quam quod erat petatum pro omnibus. Sed eam mulierem tunc a Tarquinio digressam postea nusquam loci visam constitit. Libri tres in sacrum conditi Sibyllini appellati. Ad eos, quasi ad oraculum, xv. viri adeunt, cum dii immortales publice consulendi sunt.

INTERPRETATIO.

a Hoc scriptis traditum est de libris. b peregrina. c petiit enorme pretium. d propter senectutem. e contemnendam.

NOTÆ.

1. *Libris Sibyllinis.*] Libri in quibus vaticinationes Sibyllarum continebantur. Sibyllæ autem quæ priscis temporibus, quasi *σποδαί*, id est, dei consiliariæ, Oracula enunciabant, virgines fuere, quæ cum alia, tum vero plurima Christianæ religionis mysteria, multis ante sæculis prædixere: id in castitatis præmium deo concedente, ut ait Hieronymus lib. I. adversus Jovinianum. Quamquam ut ingenue fatear, quæ jam pro Sibyllarum oraculis venditantur carmina, ea vel supposititia, vel, si vera sint, mirifice interpolata doctissimis quibusque videntur. Altum enim hic silentium de Gentilium ritibus, quos ut ex Livio, &c. constat, Sibyllæ commendabant, puta Æsculapium ab Epidaurio, matrem Idæam a Pessinunte Romam esse accersendam. Præterea longe apertius quam in sacris codicibus, hic proditur natu-

ram humanam assumendam a Verbo, Christum turpi ac crudeli morte afficiendum, triduo post excitandum a mortuis, &c. Fidem autem omnem superat quod Ethnicis major de nostris mysteriis lux affulserit quam Prophetis a deo missis. Denique quod Sibylla lib. I. dicat se tempore diluvii cum marito & Noe in arca fuisse, lib. III. elapsos ab initio regni Græcorum annos mille quingentos numeret, & lib. V. referat se vidisse incendium secundum templi Vestæ, quod imperante Commodo accidit, haud scio an cuiquam probari possit.

2. *Tarquinius Superbum.*] Is ultimus Romanorum Rex ex moribus & factis Superbi cognomen traxit. Anno regni xxiv. a L. Bruto primo Romanæ libertatis vindice Roma pulsus est anno urbis conditæ ccxlv. ante Christum DIX.

CAPUT XX.

Quid Geometra dicant schemata, quibusque omnia ista Latinis vocabulis appellentur.

Figurarum, quæ *ἡμετέρα* geometrae apellant, genera sunt duo; planum & solidum. Hæc ipsi vocant *ἐπιπέδον* & *στέρεον*. Planum est; quod in duas parteis solum lineas habet, ^a qua latum est & qua longum: qualia sunt ^b triquetra & quadrata, quæ in ^c area fiunt, sine altitudine. *Solidum* est; quando non longitudines modo & latitudines planas numeri linearum efficiunt, sed etiam extollunt altitudinem: quales sunt ferme ^d metæ trianguli, quas pyramidas appellant; vel qualia sunt quadrata undique, quæ ^e *κύβου* illi, nos quadrantalia dicimus. *κύβου* enim est figura ex omni latere quadrata: quales sunt, inquit M. Varro, ² *tessera*, quibus in ^e alveolo luditur; ex quo ipsa quoque appellata *κύβου*. In numeris etiam similiter *κύβου* dicitur, cum omne latus ejusdem numeri æqualiter in sese solvitur; sicuti fit

INTERPRETATIO.

^a Qua parte. ^b figura triangulares & quadrata. ^c in plano. ^d fastigium trianguli. ^e tabula lusoria. ^f cum geminatur ejusdem numeri multiplicatio, numerus

NOTÆ.

1. *Κύβου*.] Cubus tum efficitur, cum ejusdem numeri multiplicatio geminatur: ut cum dico bis duo bis, fit cubus VIII. Cum autem dico ter tria ter producit cubus XXVII.

2. *Tessera*.] Nomen accepere a voce Græca *τέσσαρες* quatuor, non a quatuor lateribus, sex enim habent, sed quod figuræ sint undecunque quadratæ. Tesserarum ludum invenere Herodoto teste, Lydi Asiæ populi. Tres tesseras punctis notatas ab unione ad senionem e cornu, quod & fritillum & pyrgum & pixidem dixerunt emittebant in tabulam; pro vario jactu varia fuit alea: cui ter sex puncta uno trium tesserarum jactu obvennerant, is, ut refert Zenobius, felicissime jecerat; contra qui tria tantum puncta fuerat fortitus, vincebatur. Abibat victor qui plura puncta retulisset. Unde cum tesserae jactus essent unio, binio, ternio, quaternio, quinio, senio; unio qui & canis dictus est infautissimus, faustissimus habebatur Senio. Unde Persius Sat. III.

Quid dexter senio ferret
Scire erat in voto, damnosa canicula

quantum

Raderet.

Non me tamen fugit aliquando senionem perinde ac canem fuisse damnosum; ut patet ex Suetonio in Augusto. Tali quos Græci dixerunt *ἀσπυγιάδης* a tessera differebant situ, neque enim quatuor insisterant lateribus, sed qua parte sinuataerant, & veluti concamerata non stabant; numero, scilicet quatuor aut plures adhibebantur; ornatu, nullis erant punctis inscripta, sed ipsa positura, auctore Polluce, numerorum vicem præstabat; jactu qui fuit in talis Cou, Chius, Planus, Suppus, Venus, Canis, Basilicus, Vulturius. Felicissimus fuit jactus Cou, qui Latinis dicitur Venus & Suppus, id est, qui cadit ex animi sententia, æque faustus ac senio tesserae, tumque contingebat, ut patet ex Luciano in Amoribus, cum quelibet talorum superficies dissimilis cadebat. Chius autem quem planum Latini vocant & canem, refertur ad unionem tesserarum. Basilicus cum Veneris, Vulturius cum canis jactu congruit. Tesserarum ludum nos appellamus, *le jeu des dez*.

3 cum 3ter terna ducuntur: atque idem ipse numerus triplicatur. ^b Hujus numeri cubum Pythagoras vim ⁴ habere lunaris circuli dixit: quod & luna orbem suum ¹ lustret septem & viginti diebus; qui numerus ^k ternio, qui Græce dicitur *τερας*, tantundem efficiat in cubo. *Linea* autem a nostris dicitur, quam *γραμμή* Græci vocant. Eam M. Varro ita definit. *Linea est*, inquit, *longitudo quadam sine latitudine & altitudine*. ⁵ Euclides autem brevius, prætermissa altitudine, *γραμμή* inquit, est *ἕκτος ἀπὸ μακρός*. Quod exprimere uno Latino verbo non queas, nisi audeas dicere *illatabile*.

INTERPRETATIO.

multiplicatur in semetipsum. g cum tria nem cum lunari circulo. *i conficiat. k ter;*
multiplicantur per tria. h Pythagoras di- *navius.*
sit numerum cubicum habere similitudi-

NOTÆ.

3. *Ter terna ducuntur.*] Multiplicatio dicitur ductus unius numeri in alterum; metaphora ex Geometricis sumptâ, idem enim est multiplicare unum numerum per alium, atque unum rectanguli latus in alterum ducere.

4. *Vim Lunaris circuli.*] Ter tria conficiunt novem, ter novem faciunt xxvii. quo dierum numero luna cursum absolvit.

5. *Euclidis.*] Euclides Mathematicorum primus Geometriam Alexandria docuit temporibus Ptolemæi Lagidæ Egypti Regis, Olympiade cxviii. ante Christum an. cccv. ii. Hic multum dif- fert, ut ex Proclo notat Clavius, ab antiquiori illo Euclide Megarenfi Socratis discipulo. De quo lib. VI. cap. X. in notis dicemus.

CAPUT XXI.

10 Quod Fulvius Hyginus affirmatissime contenderit legisse se librum ¹ P. Virgilii domesticum, in quo scriptum esset; & ora Tristia tentantum sensu tor- quebit amator, non, quod vulgus legeret; sensu torquebit amaro.

Versus istos ex ² Georgicis Virgilii plerique omnes sic legunt:

15 ^a At sapor indicium faciet manifestus: & ora Tristia tentantum sensu torquebit amaro.

INTERPRETATIO.

^a Sed id cognosces sapore evidenti, & amaro gustu distorqueri faciet ora degustantium.

NOTÆ.

1. *P. Virgilii.*] Hic poetarum princeps in vico Ande prope Mantuam ignobili loco natus est, anno Urbis conditæ IocLxxxiv. ante Christum Lxx. Adolefcens studiis operam dedit variis in locis, tum Romam profectus Augusti animum ingenio & industria sibi devinxit. Brundusii mortuus est Olymp.

CLXXVII. U. C. DCCXXXVI. ante Christum XIX. ætatis LII.

2. *Georgicis.*] In Georgicorum quatuor libris, primum colendæ terræ, deinde serendarum arborum, tum pecoris pascendi, denique apum curandarum rationem edocet.

Hyginus autem non hercle ignobilis grammaticus, in commentariis, quæ in Virgilium fecit, confirmat & perseverat non hoc a Virgilio relictum: sed quod ipse invenerit in libro, qui fuerit ex domo atque familia Virgilio,

& ora

Tristia tentantum sensu torquebit amaror.

neque id soli Hygino, sed doctis quibusdam etiam viris complacitum. Quoniam videtur absurde dici; *sapor sensu amaro torquet*; cum ipse, inquit, sapor sensus sit, non alium in semetipso sensum habeat: ac proinde sit quasi dicatur; *sensus sensu amaro torquet*. Sed enim cum Favorinus Hygini commentarium legisset; atque ei statim ^b displicita esset insolentia & insuavitas illius; *sensu torquebit amaror*: risit, & Jovem lapidem, inquit, quod sanctissimum jusjurandum est habitum, paratus sum ego jurare Virgilium hoc nunquam scripsisse. Sed Hyginum ego dicere verum arbitrator. Non enim primus finxit hoc verbum Virgilius insolenter: sed in carminibus ⁴ Lucretii inventum est: nec est aspernatus auctoritatem poetæ ingenio & facundia præcellentis. Verba ex quarto Lucretii hæc sunt,

^c *dilutaque contra*

Cum tuimur misceri absynthia, tangit amaror.

Non verba autem sola, sed versus prope totos & locos quoque Lucretii plurimos sectatum esse Virgilium videmus.

INTERPRETATIO.

^b & statim cum offendisset inusitatum & inelegans hoc verbum amaror. ^c contra cum videmus madefacta absynthia commisceri, amaror tangit os nostrum.

NOTÆ.

3. *Iovem jurare lapidem.*] Est religiose jurare; quæ loquendi formula defumitur a vetere percutiendi fœderis cerimonia. *Lapidem silicem tenebant juraturi per Iovem*, inquit Sextus Pompeius, *hæc verba dicentes, Si sciens fallo, tum me Dispiter salva urbe arceque bonis ejiciat, ut ego hunc lapidem.*

4. *Lucretii.*] T. Lucretius Carus poeta scripsit secundum Epicuri dogma de natura rerum libros sex, quos postea Cicero emendavit. Anno U. C. Iccc. ante Christum LIII. sibi necem conscivit, ætat.

XLIV. juxta Eusebium in Chronico. Nilominus scribit Batavus Gellii interpret Lucretium juvenem emota mente obiisse. At si quadragenario major juvenis dicendus est, qua tandem ætate vir erit? Nisi forte velit interpret auctoritatem prætexere Sallustii, qui Cæsarem adolescentulum appellat, quo tempore annum prope xxxviii. attigerat. Tum vero videat ne ad intelligendos ejusmodi commentarios nova interpretatio jure desideretur.

CAPUT XXII.

An qui causas defendit, recte Latineque dicat superesse se ei, quod defendit, & superesse, proprie quid sit.

Inroboravit ^a inveteravitque falsa atque aliena verbi significatio ejus, quod dicitur; *hic illi superest*; cum dicendum est, *advocatum esse quem cupiam*, causamque ejus defendere. Atque id dicitur, non in ^b compitis tantum neque in plebe vulgaria, sed in ² foro, in ³ comitio, apud tribunalia. ^c Qui integre autem locuti sunt, magnam partem *superesse*, ita dixerunt, ut eo verbo significarent ^d superfluere & supervacare atque esse supra necessarium modum. Itaque M. Varro in Satyra, quæ inscripta est, ⁴ *Nescis quid vesper serus vebeat, superfuisse* dicit immodice & intempestive fuisse. Verba ex eo libro hæc sunt. *In convivio legi nec omnia debent, & ea potissimum quæ simul sunt* ^e *βιωφελῆ*, & *delectent potos*: ut id quoque videatur non defuisse magis quam superfuisse. Memini ego ⁵ prætoris docti hominis tribunali me forte assistere; atque ibi advocatum non incelebrem sic postulare, ut extra causam diceret, remque, quæ agebatur, non attingeret. Tunc prætorem ei, ^f *cuja res erat, dixisse, advocatum eum non habere*: & cum is, qui verba faciebat reclamasset: ego illi V. Cl. *super sum*: respondisse prætorem *festiviter*; ^g *tu plane superes, non*

INTERPRETATIO.

a Confirmata est diuturnitate temporis, & corroborata. b non modo in triviis & a populo. c magna vero pars eorum qui recte dixerunt. d abundare. e utilia ad vitam. f ad quem ea res spectabat. g tu certe hic intempestive es, non auxiliaris.

NOTÆ.

1. *Inveteravit.*] Raro admodum inveterare idem sonat, quod præ vetustate deficere: imo contrarium omnino significat, nimirum confirmari & corroborari.

2. *Foro.*] Forum locus a ferendo dictus est proprie, ubi res omnes venales exponuntur. Hic tamen sumitur pro loco ubi judicia exercentur.

3. *Comitio.*] Comitium est conventus populi a comedendo seu cocundo sic appellatus.

4. *Nescis quid vesper.*] Proverbium est, quo monemur ne insolescamus, si primi rerum eventus nostris voris respondeant, cum de futuris successibus incertus simus. Si mane serenius cœlum affulserit, non continuo vesperi sudum erit; ita ex bonis initiis felices exitus nemo sibi certo pollicetur.

5. *Prætoris.*] Primis Romanæ Reip. temporibus, ut testatur Varro apud Nonium, *iidem dicebantur consules & prætores*: quod præterent populo, prætores: quod consulerent senatum, consules. Itaque juxta mentem Varronis, cui Tullius suffragatur, prætores dicti sunt quasi prætores, quod tanquam duces exercitui præterent. Horum tamen appellatio post annum U. C. cccclxxxviii. longe aliter accepta. Cum enim in bellis finitimis occupati consules juri dicundo in Urbe præesse non possent; prætor primum creatus est, qui hoc munere fungeretur; tum quod hic peregrinis confluentibus ad jus petendum, non sufficeret, factus est alius prætor anno dxii. Ita prætores duo fuere, alter urbanus qui civibus, alter peregrinus qui peregrinis jus redderet. *Livius, &c.*

ades.

ades. M. autem Cicero in libro, qui inscriptus est de jure civili in artem redigendo, verba hæc posuit. *Nec vero scientia juris majoribus suis* ⁶ *Q. Ælius Tubero defuit, doctrina etiam* ^h *superfuit.* In quo loco, *superfuit*, significare videtur, *supra fuit & præstitit*, superavitque majores suos doctrina sua ⁱ *superfluenti*, tum & nimis abundanti. Disciplinas enim Tubero Stoicas & dialecticas ^k *percalluerat.* In libro quoque de Rep. secundo idipsum verbum Ciceronis non temere transeundum. Verba ex eo libro hæc sunt. *Non gravarer, Leli, nisi & hos velle putarem, & ipse cuperem te quoque aliquam partem hujus nostri sermonis attingere: præsertim cum heri ipse dixeris,* ^l *te nobis etiam superfuturum. Veram, si id quidem fieri non potest, ne desis omnes te rogamus.* ^m *Exquisite igitur & comperte Julius Paulus dicebat, homo in nostra memoria doctissimus, superesse* ⁿ *non simplici ratione dici tam Latine, quam Græce: Græcos* *περισυτοι* *in utramque partem ponere; vel quod supervacaneum esset ac non necessarium, vel quod abundans nimis & affluens & exsuperans.* Sic quoque nostros veteres *superesse* alias dixisse, pro superfluenti & supervacuo, neque admodum necessario, ita ut supra posuimus Varronem dicere: alias ita, ut Cicero dixit, pro eo quod copia quidem & facultate ceteris anteiret, supra modum tamen & largius prolixiusque flueret, ^o *quam esset satis. Qui dicit ergo se superesse ei, quem defendit, nihil istorum vult dicere: sed nescio* ^p *quid aliud* ^p *indictum inscitumque dicit.* At ne Virgilio quidem poterit auctoritate uti, qui in Georgicis ita scripsit.

⁷ *Primus ego in patriam mecum, modo vita superfit.*

hoc enim in loco Virgilius ^q *ἀνεστέρω* verbo usus videtur; quod *superfit* dixit pro longinquius diutiusque adsit. Illud contra ejusdem Virgilio est aliquanto probabilius:

^r *Florentisque secant herbas, fluviosque ministrant.*

Farraque; ne blando nequeant superesse labori.

significat enim supra laborem esse, neque opprimi a labore. An autem *superesse* dixerint veteres pro restare & perficiendæ rei deesse quærebamus. ^s Nam Sallustius in significatione ista non *superesse* sed *superare* dicit. Verba ejus in ⁸ Jugurtha hæc sunt. ^t *Is plerumque seorsum a rege exercitum ducere, & omnis res exsequi solitus erat, qua Jugurtha fesso aut majoribus*

INTERPRETATIO.

h antecelluit. i copiosissima. k egregie tenuerat. l te superaturum nos. m eleganter & vere. n non uno tantum modo summi. o quam oporteret. p quod prius neque dictum neque scitum est. q minus proprio.

r	& secant herbas florentes & præbent aquas fluviales, & frumenta, ut possint sufficere labori juccando. t is mandato regis sæpe ducebat exercitum, & omnia sollicitabat perficere, qua superaverant Jugurtha.
---	--

NOTÆ.

6. *Q. Ælius Tubero*] Hic Tuberonis historici filius, quem doctissimum fuisse juris publici & privati, & complures utriusque operis libros reliquisse testatur Pomponius: Eum Cicero propinquum vocat initio orationis pro Ligario. Cave autem illum cum *Q. Ælio Tubero* Oratore, aut cum *L. Ælio Tubero* historico confundas.

7. *Primus ego.*] Vers. 10. lib. III. Georg.

8. *Jugurtha.*] Vide quæ annotavimus in Metello Numidico.

astrieto superaverant. Sed invenimus in tertio ⁹ Ennii annalium in hoc versu,

Inde sibi memorat unum superesse laborem.

id est, reliquum esse & restare. Quod quidem divise pronuntiandum est; ut non una pars orationis esse videatur, sed duæ. Cicero autem in secunda Antonianarum, quod est reliquum, ¹⁰ non *superesse*, sed, *restare* dicit. Præter hæc, *superesse*, invenimus dictum pro ¹¹ superstitem esse. Ita enim scriptum est in libro epistolarum M. Ciceronis ad Plancum, in epistola Asinii Pollionis ad Ciceronem verbis his. *Nam neque deesse reip. volo, neque superesse.* Per quod significat, si respublica emoriatur & pereat, nolle se vivere. In Plauti autem ¹² Asinaria manifestius idipsum scriptum est in iis versibus, qui sunt ejus comœdiæ primi.

¹³ *Sicut tuum vis unicum gnatum tua*

Superesse vita sospitem & superstitem.

Cavenda igitur est non improprietas solum verbis, sed etiam ¹⁴ pravitas omnis; si quis senior advocatus adolescenti se *superesse* dicat.

INTERPRETATIO.

fatigato, & occupato gravioribus negotiis, & vivere post mortem alicujus. | *admodum vis tuum unicum filium salvum vivere post tuam mortem, & augurium sinistrum.*

NOTÆ.

⁹ *Ennii.*] Q. Ennius poeta res Romanas versibus persecutus est. Natus anno U. C. IXXIV. septuagenario major obiit Olymp. CLII. anno IV. U. C. ICLXXXVI. ante Christum CLXIX.

¹⁰ *Non superesse.*] Aberrat in hæc observatione Gellius. Nam quod est reliquum, *superesse* dixit identidem Cicero. ut pro Marcello N. XXII. *omnes enim qui fuerunt inimici aut sua pertinacia vitam amiserunt, aut tua misericordia*

retinuerunt: ut, aut nulli supersint de inimicis, aut qui superfuerunt amicissimi sint. Cætera testimonia prætermitto.

¹¹ *Pravitas omnis.*] Ita ex MS. corrigi Lambecius, cum prius *pravitas omnis* legeretur. Putat enim adolescenti mortem immaturam infelici omine prænunciari, si ei senior advocatus, quasi illo mortuo in vivis superstes esse dicatur. Quippe juxta naturæ leges æquum est, ut qui prior natus est, prior moriatur,

CAPUT XXIII.

Quis fuerit Papirius Prætextatus; quæve istius causa cognomenti sit: historiaque ista omnis super eodem Papirio cognitu jucunda.

Historia de Papirio ¹ Prætextato dicta scriptaque est a M. Catone in oratione, qua usus est ad milites contra Galbam, cum multa

NOTÆ.

¹ *Prætextato*] Prætextæ genus erat vestimenti oblongum & talare, cujus in infima ora prætegebatur limbus purpure. Prætextam induere quatuor hominum genera solebant: primo pueri nobiles ad XVII. ætatis annum; deinde magistra-

tus omnes urbani: tum in ludis capitalitiis magistri collegiorum: denique senatores in festis Deorum celebrandis.

² *In oratione contra Galbam.*] Lusitanis a Ser. Galbæ prætoris contra inter-

quidem venustate atque luce atque ^a munditia verborum. Ea ^b Catonis verba huic prorsus commentario indidissent, si libri copia fuisset id temporis cum hæc dictavi. Quod si non ^c virtutes dignitatesque verborum, sed rem ipsam scire quæris; ferme ad hunc modum est. Mos antea ³ senatoribus Romæ fuit in curiam cum prætextatis filiis introire. Cum in senatu res major quæpiam consultata, eaque in diem posterum prolata est; placuitque ut hanc rem, super qua tractavissent, ne quis enuntiaret priusquam decreta esset: mater Papirii pueri, qui cum parente suo in curia fuerat, percunctatur filium quidnam in senatu patres egissent. Puer respondit tacendum esse; neque id dici licere. Mulier sit audiendi cupidior. Secretum rei & silentium deberi puer affirmans animum ejus ad inquirendum ^d everberat. Quærit igitur ^e compressius violentiusque. Tum puer, matre urgente, Lepidi atque festivi mendacii consilium capit. Actum in senatu dixit, utrum videretur utilius magisque ^f e republica esse, unufne ut duas uxores haberet, an ut una apud duos nupta esset. Hoc illa ut ¹⁵ audit: animo ^g compavescit; domo trepidans egreditur; ad ceteras matronas defert quod audierat. Perveniunt ad senatum postera die matrum familias caterva; lacrymantes atque obsecrantes orant una potius ut duobus nupta fieret, ^h quam ut uni duæ. Senatores ingredienti in curiam, quæ illa mulierum ¹⁴ intemperies, & quid sibi postulatio isthæc vellet, mirabantur. Puer Papirius in medium curiæ progressus, quid mater audire ¹² institisset, quid ipse matri dixisset, rem, sicuti fuerat, denarrat. Senatus fidem atque ingenium pueri ¹ deosculatus ^m ⁵ consultum facit, uti posthac pueri cum patribus in curiam ne introeant, nisi ille unus Papirius: eique puero postea cognomentum, honoris gratia, inditum Prætextatus; ²⁵ ob loquendi tacendique in ætate ⁿ prætextata prudentiam.

INTERPRETATIO.

^a Puritate sermonis. ^b in his libris inseruissim verba Catonis, si tempore quo dictabam ista, habuissim librum Catonis. ^c quod si non quaris vim & splendorem orationis. ^d vehementer sollicitat. ^e vehementius, avec plus d'empressement. ^f in-

teresse Reipub. ^g terretur. ^h quam ut duas mulieres nubent uni viro. ⁱ insania. ^k efflagitasset. ^l blande approbans. ^m fert decretum. ⁿ qua erat infra annum decimum sextum.

NOTÆ.

positam fidem interfectis, T. Libone tribuno pleb. populum incitante, & rogationem in Galbam ferente, M. Cato legem suadens in Galbam multa dixit.

3. *Senatoribus.*] Senatores propter ætatem seniores, patres propter paternum in populum amorem appellati, primum a Romulo centum instituti sunt: numerus paulo post ad ducentos, adeoque sub Tarquinio Prisco ad trecentos

excrevit: ex equestri ordine senatorium in ordinem ascripti dicebantur patres conscripti. Latum clavum & calceos lunatos pro insignibus gerebant. Census senatorius ante Augustum fuit sestertium lxxxx. millia.

4. *Intemperies.*] Vide notas superiores in cap. XVII.

5. *Consultum.*] De Senatusconsultis agetur lib. XIV. cap. VII.

CAPUT XXIV.

Tria epigrammata trium veterum poetarum, Nævii, Plauti, Pacuvii, qua facta ab ipsis, sepulcris ipsorum^a incisa sunt.

TRium poetarum illustrium epigrammata, ¹ Cn. Nævii, M. Plauti, ² M. Pacuvii, quæ ipsi fecerunt & incidenda suo sepulcro reliquerunt, nobilitatis eorum gratia & venustatis, scribenda in his commentariis esse duxi. Epigramma Nævii plenum superbiæ ^b Campanæ; quod ^c testimonium esse justum potuisset, nisi ab ipso dictum esset:

^d Mortalis immortalis flere si foret fas:
Flerent divæ ³ Camœna Nævium poetam.
¹⁹ Itaque postquam est ⁴ Orchio traditus thesauro,
Oblitei sunt Roma ⁵ loquier Latina lingua.

Epigramma Plauti; quod dubitassemus an Plauti foret, nisi a M. Varrone positum fuisset in libro de poetis primo:

^c Postquam morte datum est Plautus: ⁶ comœdia luget;
¹⁵ ⁷ Scena est deserta. dein Risus, Ludus, Iocusque,
Et ⁸ Numeri, Innumeri simul omnes collacrumarunt.

INTERPRETATIO.

^a Inscripta sunt. ^b propria Campanorum. ^c quod potuisset esse legitimum elogium. ^d si Diis liceret lugere homines. ^e Dea Musa lugerent poetam Nævium. Quapropter postquam datus est sepulcro,

Roma obliiti sunt homines Latine loqui. ^e postquam Plautus mortem obiit, comœdia lacrymatur, theatrum desertum est: præterea risus, & ludus, & jocus, & versus, & prosa omnes simul fleverunt.

NOTÆ.

1. Cn. Nævii.] Cn. Nævius natione Campanus, professione poeta comicus fuit: scripsit comœdias aliquot & carmen de bello Punico, quo se meruisse stipendia testatur; decessit Olympiade cXLIV. quod in Chronico testatur Eusebius, id est, anno ante Christum cciv. Confule Gellium lib. XVII. cap. XXI.

2. M. Pacuvius.] M. Pacuvius Q. Ennii nepos tragicorum, autore Tullio, facile primus. Floruisse dicitur Olymp. clvi. anno Urbis Idc ante Christum cliv. prope nonagenarius obiit.

3. Camœna.] Musa Jovis & Memorix filia, a cantus amœnitate dicta sunt Camœna.

4. Orchio thesauro.] Per Orchium thesaurum intelligitur sepulcrum, qui vere Plutonium est thesaurus. Orcus, quem veteres Orchum dixerunt, idem erat ac Pluto Deus Inferorum.

5. Loquier.] Poetis olim fuit in more positum præsentis tempore infinitivi passivi, aut deponentis addere *er. Venerarier, dicier, &c.*

6. Comœdia.] Ludicrum carminis genus, sic dictum ἀπὸ τῆς κωμῶν pagis, & ἡ δὲ cantilena: scilicet primis comœdiæ temporibus solebant actores ora peruncti facibus vicos circumcurfare, & quæstus causa e plaustriis jocularia poemata canere: quod testatur Horatius.

7. Scena.] Scena proprie locum significat ex variis arborum ramis inumbrationis causa coagmentatum, nomen habuit ἀπὸ τῆς σκιάς ab umbra. Cum enim primi comœdi ad solem defendendum ex ejusmodi locis vicatim fabulas agerent: ut in urbes recepti sunt, eodem nomine vocata est frons theatri in qua fabulas deinceps exhibere.

8. Numeri Innumeri.] Secuti sumus

Epigramma Pacuvii ^f verecundissimum & purissimum, dignumque ejus elegantissima gravitate.

^g *Adolescens, tamenetsi properas, hoc te saxum rogat,
Vitei ad se aspicias: deinde quod scriptu-st legas.
Hic sunt poeta Marcei Pacuviei sita
Ossa. hoc volebam nescius ne esses. Vale.*

INTERPRETATIO.

^f modestissimum. ^g juvenis, quamquam festinas, tamen a te petit hoc sepulcrum, ut oculos ad se conjicias, tum legas quod scriptum est. Hic jacent ossa Pacuvii poeta. Hoc volebam te scire. Vale.

NOTA.

interpretationem Turnebi, qui per numeros intelligit strictam orationem; solutam, per innumeros: quo sensu potestatem hanc vocem usurpavit Aufonius.

CAPUT XXV.

Quibus verbis M. Varro inducias definierit: quaestumque inibi curiosius, quanam ratio sit vocabuli induciarum.

DUobus modis M. Varro in libro Humanarum, qui est de bello & pace, Inducia quid sint definit. Inducia, inquit, sunt ^a pax castrensis paucorum dierum. Item alio in loco, Inducia, inquit, sunt belli ^b feria. Sed lepidæ magis atque jucundæ brevitatis utraque definitio quam plena aut proba esse videtur. Nam neque pax est induciæ, bellum enim manet, pugna cessat. Neque in solis castris neque paucorum tantum dierum induciæ sunt. Quid enim dicemus, si induciis in mensium aliquot factis, ^c in oppida ex castris concedatur? Nonne tum quoque induciæ sunt? Aut rursus quid esse id dicemus, quod in primo annali Quadrigarii scriptum est. ² C. Pontium Samnitum a ³ dictatore Romano sex horarum indu-

INTERPRETATIO.

^a Pax qua fit in castris ad paucos dies. ^b cessatio. ^c e castris abeant milites.

NOTÆ.

1. In oppida ex castris.] Ita MS. codex Regius teste Lambecio, cum in aliis editionibus in oppida non legatur.

2. C. Pontium Samnitum.] C. Pontius Herennii filius, Samnitium Imperator, post exercitus Romani cladem ad furcas Caudinas, subita victoriæ conversione, ut quidam annales referunt, sub jugum ab ipsis Romanis missus est. Anno U. C. ccccxxxiii. ante Christum cccxxi.

3. Dictatore Romano.] Dictator cujus dicto omnes audientes esse debebant, creatus est an. Urbis conditæ ccliiii. Ad vi. menses eligebatur, ut majori tum severitate, tum autoritate vel externi belli, vel domesticæ seditionis graviorem procellam averteret. Dictatore C. Julio Cæsare occiso, is magistratus e Repub. sublatus est anno U. C. lccc, ante Christum xlvi.

cias postulasse, si induciæ paucorum tantum dierum appellandæ sunt? Belli autem ferias festive magis dixit quam aperte atque definite. Græci autem significantius ^d consignantiusque cessationem istam pugnae pactitiam ἐναρχεῖαν dixerunt, exempta una litera sonitus ^e + vastioris, & subjuncta lenioris. Nam quod eo tempore non pugnetur & manus cohibeantur, ⁵ ἐναρχεῖαν appellarunt. Sed profecto non id fuit Varroni negotium, ut inducias superstitione definiret, & legibus rationibusque omnibus definitionum inserviret. Satis enim visum est, ejusmodi facere ^f demonstrationem, quod genus Græci τῶντος magis & ἰσορροπίας, quam δεικνῆς vocant. Induciarum autem vocabulum qua sit ratione factum jam diu est quod quaerimus. Sed ex multis quæ jam audivimus vel legimus, probabilius id quod dicam videtur. Inducias sic dictas arbitramur, quasi tu dicas *inde uti jam*. Pactum induciarum hujusmodi est, ut in diem certum non pugnetur, nihilque incommodi detur, sed ex eo die postea uti jam omnia belli jure agantur. Quod dicitur dies certus præfinitus, pactumque sit, ut ante eum diem ne pugnetur, atque is dies ubi venit inde uti jam pugnetur: iccirco ex iis, quibus dixi, vocibus, quasi per quendam coitum & copulam nomen induciarum connexum est. ⁵ Aurelius autem Opilius, in primo librorum quos Musarum inscripsit, *Inducia*, inquit, *dicuntur, cum hostes inter sese utrinque utroque alter ad alterum impune & sine pugna ineunt. Inde adeo, inquit, nomen esse factum videtur, quasi initus atque introitus*. Hoc ab Aurelio scriptum propterea non præterii; ne cui ^g harum Noctium æmulo eo tantum nomine elegantius id videretur, ^h tanquam id nos originem verbi requirentes fugisset.

INTERPRETATIO.

^d expressius cessationem illam certaminis qua sit ex pacto, vocaverunt cessationem a manibus. e durioris. f descriptionem. Qua species descriptionis, forma & descriptiones vocantur a Græcis potiusquam definitio- nes, g alicui invidenti his commentariis Noctium Atticarum. h quasi nos investigantes radicem hujus verbi hoc ignorassemus.

NOTE.

4. Vastioris.] Asperior fuisset vocis sonus, si per duplex *κ* ἐκκρία dicendum erat. | jus Epicurei libertus, philosophiæ, poetæ rhetoriæ, denique grammaticæ ludum aperuit, ac dimissa schola Smyrnæ consenuit. Sueton. de Illustr. Grammat.

5. Aurelius Opilius.] Is nescio cu-

CAPUT XXVI.

Quem in modum mihi Taurus philosophus responderit percunctanti an sapiens irasceretur.

Interrogavi in ^a diatriba Taurum an sapiens irasceretur. Dabat enim sæpe post quotidianas lectiones quaerendi quod quis vellet potestatem.

INTERPRETATIO.

^a Dissertatione.

Is cum graviter & copiose de morbo affective iræ differuisset, quæ & in veterum libris & in ipsis commentariis exposita sunt : convertit ad me, qui interrogaveram, & , Hæc ego, inquit, super irascendo sentio. Sed & quid Plutarchus noster vir doctissimus ac prudentissimus senserit, ^b non ab re est, ut id quoque audias. Plutarchus, inquit, servo suo nequam homini & contumaci, ^c sed libris disputationibusque philosophiæ aures imbutas habenti, tunicam detrahi ob nescio quod delictum, ² cædique eum loro jussit. Cæperat verberari; ^d obloquebatur non meruisse ut vapulet; nihil mali nihil sceleris admisisse. Postremo vociferari inter vapulandum incipit : neque jam querimonias aut gemitus ejulatusque facere, sed verba seria & objurgatoria : Non ita esse Plutarchum ut diceret ; philosophum irasci turpe esse ; sæpe eum de malo iracundiæ ^e ediffertavisse ; librum quoque ^f *περὶ ἀοργησίας* pulcherrimum conscripsisse ; iis omnibus, quæ in eo libro scripta sunt, nequaquam convenire, quod ^g provolutus effususque in iram plurimis se plagis multaret. Tum Plutarchus lente & leniter, quid autem, inquit, ^h verbero, nunc ego tibi irasci videor ? ex vultu meo, an ex voce, an ex colore, an etiam ex verbis correptum esse me ira intelligis ? Mihi quidem neque oculi opinor truces sunt, neque os turbidum ; neque immaniter clamo ; ⁱ neque in spumam ruboremve effervesco ; neque pudenda dico aut pœnitenda ; neque omnino trepido ira & ^k gestio. Hæc enim omnia, si ignoras, signa esse irarum solent. Et simul ad eum, qui cædebat, conversus, interim, inquit, dum ego atque hic disputamus, hoc tu age. Summa autem totius sententiæ Tauri hæc fuit. Non idem esse existimavit ^m *ἀοργησίαν* & *ἀναλγησίαν* ; aliudque esse non iracundum animum, aliud ⁿ *ἀνάληγον* & *ἀναίδητον*. Nam aliorum omnium, quos Latini philosophi affectus vel affectiones, Græci *πάθη* appellant ; ira hujus quoque motus animi, qui cum est ulciscendi causa sævior, ira dicitur, non privationem esse utilem censuit, quam Græci *σέψησιν* dicunt ; sed mediocritatem, quam *μετριότητα* illi appellant.

INTERPRETATIO.

^b non inutile est, ^c sed qui ex libris & disputationibus aliquid audierat de philosophia. ^d objiciebat se non meruisse, &c. ^e differuisse. ^f de non irascendo. ^g indulgens & serviens ira multis se verberibus concideret. ^h o digne verberibus. ⁱ nec usque ad spumam aut ruborem excandescō. ^k expromo gestum iram. ^l verbera, ut cœpisti. ^m privationem ira] & indolentiam. ⁿ doloris & sensus expertem.

NOTÆ.

1. Plutarchus noster.] Hunc enim magistrum audierat Taurus.
2. Cædique eum loro.] Apud Romanos fuit in more positum, ut loris sive flagellis servi, liberi fustibus punirentur ; unde Macer L. X. de pœnis ait, ex quibus causis liber fustibus, ex his servum flagellis cædi.

A. GELLII

NOCTIUM ATTICARUM

COMMENTARIUS.

LIBER SECUNDUS.

CAPUT I.

Quo genere solitus sit philosophus Socrates exercere^a patientiam corporis, deque ejusdem viri patientia.

5 **I**NTER labores voluntarios & exercitia corporis, ad^b fortuitas patientiæ vices firmandi, id quoque accepimus^c Socratem facere insuevisse. Stare solitus Socrates dicitur, pertinaci
 10 statu, ^cperdius atque pernox a summo lucis ortu ad Solem alterum orientem, ^dinconnivens, immobilis iisdem in vestigiis, & ore atque oculis eundem in locum directis cogitabundus, tamquam quodam secessu mentis atque animi facto a corpore. Quam rem cum Favo-
 15 rinus, de fortitudine ejus viri ut pleraque differens, attigisset, ^eπολλάκις, inquit, εἰς ἡλίῳ εἰς ἡλίον εἰσῆκει ἀσεβέστερος ἢ τὸ πορέμων. Temperantia quoque eum fuisse tanta traditum est, ut omnia fere vitæ suæ tempora valetudine inoffensa vixerit. In illius etiam pestilentiae vastitate, quæ² in bello Peloponnesiaco, in primis ipsam Atheniensium civitatem^f interne-
 20 cino genere morbi depopulata est, is^g parcendi moderandique rationibus dicitur & a^h voluptatum labe cavisse, & ⁱsalubritates corporis retinuisse; ut nequaquam fuerit communi omnium cladi obnoxius.

INTERPRETATIO.

a Exercere corpus patiando. b corroborandi adversus occasiones patientia quæ occurrunt. c toto die ac nocte. d immotis palpebris. e saepe inquit a Solis ortu usque ad alterum orientem solem steterat erectior truncis arborum. f mortifero. g parsimonia ac temperantia studio. h a voluptuosis vitiis abhorruisse. i incolumitatem.

NOTÆ.

1. *Socratem.*] De Socrate diximus in notis ad cap. XVII. lib. I.
2. *In bello Peloponnesiaco.*] Bellum illud Athenienses inter & Peloponnesios atrocitate non minus quam diuturnitate famosum exarsit an. 1. Olymp. LXXXVII. ante Christum ccccxxi. Pestis gravissima grassata est anno belli secundo, quod non nisi Lyfandro duce victis Atheniensibus, & expugnatis Athenis finitum est anno quam inceperat xxviii. Thucydides, Diodorus Siculus, 25 c.

CAPUT II.

Quæ ratio observatioque officiorum esse debeat inter patres filiosque in discumbendo sedendoque, atque in id genus rebus domi forisque, si filii magistratus sunt & patres privati: superque ea re Tauri philosophi dissertatio, & exemplum ex historia Romana petiitum.

AD philosophum Taurum Athenas, visendi cognoscendique ejus gratia, venerat v. CL. ¹ præses ² Cretæ ³ provinciæ; & cum eo simul ejusdem præsidis pater. Taurus, sectatoribus commodum dimissis, sedebat pro cubiculi sui foribus, & cum assistentibus nobis sermocinabatur. Introivit provinciæ præses, & cum eo pater. Assurrexit placide Taurus; & post mutuam salutationem resedit. Allata mox una sella est, quæ in promptu erat: atque dum aliæ promebantur, apposita est. Invitavit Taurus patrem præsidis ut sederet. Atque ille ait; Sedeat hic potius, qui populi Romani magistratus est. Absque præjudicio, inquit Taurus, tu interea sede, dum inspicimus quærimusque utrum conveniat, tene potius sedere qui pater es, an filium qui magistratus est. Et, cum pater assedisset, appositumque esset aliud filio quoque ejus sedile, verba super ea re Taurus facit cum summa, di boni! honorum atque officiorum perpenatione. Eorum verborum sententia hæc fuit. In publicis locis atque muneribus atque actionibus ^a patrum jura cum filiorum qui in magistratu sunt, potestatibus collata interquiescere paululum & connivere. Sed cum extra rempub. in domestica re atque vita sedeatur, ambuletur, in convivio quoque familiari ⁴ discumbatur; tum inter filium magistratum

INTERPRETATIO.

^a Jus parentum comparatum cum auctoritate filiorum qui gerunt magistratum | debere aliquantulum cedere, & minus considerari.

NOTÆ.

1. *Præses.*] Solebant Romani magistratus duos in provincias mittere, præsidem & quæstorem: penes præsidem erat cura rei militaris, frumentariæ & vectigalium: quæstoris erat pecuniam publicam servare.

2. *Cretæ.*] Insula in mari mediterraneo centum urbibus & Jovis incunabulis olim celeberrima, nunc dicitur *Candria* ab urbe quam anno post Christum 1666 ibi Saraceni construxerunt in loco munitissimo dicto *Chandace*. Atque hinc primum tota insula appellata est *Chandax*, & corrupta paulatim voce *Candia* vocari cœpit. *Græcorum annales, Cedrenus, &c.*

3. *Provincia.*] Quas extra Italiam Romani regiones armis sibi subjecerant, appellabant provincias, ad quas administrandas modo prætores, modo proconsules, modo præsides mittebantur.

4. *Discumbatur.*] Solennis ille mos fuit Romanorum in lectulis mensæ accumbere. Hinc factum nomen trichinio, quod tribus lectulis uterentur in conviviis: *τρεις* ter, & *κλινη* lectus. Autores sequioris ævi subinde appellarunt *tribadium* & *sigma*, quod accumbentium mensis lectus esset semicirculus; isque tum erat convivarum ordo: primus locus erat in dextro sigmatis cornu, pro-

& patrem privatum publicos honores cessare ; naturales & ^b genuinos exoriri. Hoc igitur, inquit, quod ad me venistis, quod colloquimur nunc, quod de officiis disceptamus; privata actio est. Itaque utere apud me iis honoribus prius, quibus domi quoque vestrae te uti priorem decet. Hæc
 5 atque alia in eandem sententiam Taurus graviter simul & comiter disse-
 ruit. Quid autem super hujuscemodi patris atque filii officio apud Clau-
 dium legerimus, non ab re visum est ut adscriberemus. Posuimus igitur
 verba ipsa Quadrigarii ex annali ejus sexto transcripta. Deinde facti con-
 sules ⁵ Sempronius Gracchus iterum, ⁶ Q. Fabius Maximus filius ejus, qui
 10 priore anno erat consul. Ei consuli pater ⁷ proconsul ^c obviam in equo ve-
 hens venit. Neque descendere voluit, quod pater erat; & quod inter eos
 sciebant maxima concordia convenire, ⁸ lictores non ausi sunt descendere jube-
 re. Vbi juxta venit; tum consul ait, Descendere iube. Quod postea quam
 15 licitor ille, ⁹ qui apparebat, cito intellexit, Maximum proconsulem descen-
 dere jussit. Fabius imperio paret: & filium collaudavit, cum imperium,
 quod populi esset, retineret.

INTERPRETATIO.

^b innatos. ^c ei occurrit in equo sedens.

NOTÆ.

ximus in sinistro, tertius, quartus, &c. illum ordine subsequerentur qui primus erat in cornu sinistro; ultimus ad dextrum cornu vergens primo proximus erat, a primo eodem remotissimus ex adverso secundus. Quamquam prioribus temporibus aliam fuisse consuetudinem colligitur ex Sallustii fragmentis, lib. III. histor. discubere Sertorius inferior in medio tanquam honoratiore loco; super eum L. Fabius Hispaniensis senator, &c. quod inferius observamus in notis ad cap. XII. lib. VII.

5. Titus Sempronius Gracchus.] Iterum consulatum inivit collega Q. Fabio Maximo Verrucosi filio, anno U. C. DCXXI. ante Christum cccxiii.

6. Q. Fabius Maximus.] Is fuit Q. Fabius Maximus Verrucosi filius, cujus

pater anno ante superiore IV. consul fuerat renunciatus, qui paulo ante rem Romanam Hannibalis armis prope oppresam cunctando restituerat.

7. Proconsul.] Proconsules illi primo dicti sunt, quibus post gestum consulatum ea dignitas est prorogata: deinde ea consuetudo invaluit, ut qui officio consulari fuerant perfuncti, ad provincias administrandas mitterentur.

8. Lictores.] Lictores sic appellati, quod vel ligarent reos, vel ligatos gestarent fasces virgarum, intra quos eminebat securis; numero duodecim præbant consulibus, quorum ad nutum reos & virgis & aliquando securi percuterent.

9. Qui apparebat.] Apparitores dicebantur qui magistratibus apparebant & præsto erant ad obsequium.

CAPUT III.

Qua ratione verbis quibusdam vocabulisque veteres immiserint,
 h, litera spiritum.

20 **H** Literam sive illam ^a spiritum magis quam literam dici oportet, in-
 serebant eam veteres nostri plerisque vocibus verborum firmendis

INTERPRETATIO.

^a Aspirationem.

roborandisque, ut sonus earum esset viridior vegetiorque. Atque id videntur fecisse studio & exemplo linguæ Atticæ. Satis enim notum est Atticos ^b ἰχθυῶν, ἰερῶν, multa itidem alia, ^c citra morem gentium Græciæ ceterarum, inspirantis primæ literæ dixisse. Sic lachrymas, sic sepulchrum, sic ahenum, sic vehemens, sic inchoare, sic helluari, sic hallucinari, sic honera, sic honustum dixerunt. In his enim verbis omnibus literæ seu spiritus istius ^d nulla ratio visa est, nisi ut firmitas & vigor vocis, quasi quibusdam nervis additis, ^e intenderetur. Sed quoniam, *aheni*, quoque exemplo usi sumus, venit nobis in memoriam Fidum Optatum multi nominis Romæ grammaticum ostendisse mihi librum Æneidos secundum ² mirandæ verustatis, emptum in ³ sigillariis ⁴ xx. aureis, quem ipsius Virgilii fuisse credebat; in quo duo isti versus cum ita scripti forent;

⁵ *Vestibulum ante ipsum primoque in limine Pyrrhus*

Exultat telis & luce coruscus aena:

additam supra vidimus, *h*, litteram, &, *ahena*, factum. Sic in illo quoque Virgilii versu in optimis libris scriptum invenimus:

^h *Aut foliis undam tepidi despumat aheni.*

INTERPRETATIO.

b piscem, sacrum. *c* contra consuetudinem reliquarum Græcia nationum pronunc. *asse* aspirando primam literam. *d* addendi. *e* augetur. *f* festis sigillariorum.

g Ante ipsas fores & in primo atrio Pyrrhus gestit resurgens telis & armis aureis. *h* vel foliis quæ sint instar cochlearis tollit spumam aqua lebetis calidi.

NOTÆ.

1. ἰχθυῶν, ἰερῶν.] Ita legitur in antiquis codicibus, non tamen sine suspitione mendæ: vox enim ἰερῶν non modo Attica, sed etiam aliis Græciæ dialectis aspiratur. Unde ἰερῶν, id est, amabilem, vel quid aliud simile legendum esse conjicio.

2. *Miranda verustatis.*] In hunc locum ira Thyfius Batavus interpret. *Virgilius antecessit Gellium fere trecentis annis, namque sub Hadriano Imperatore Gellius floruit.* Sed cujus hic chronologiæ canones sequitur? Ex omnium consensu floruit sub Augusto Virgilius, ex Eusebii sententiâ obiit cons. C. Sentio Saturnino & Q. Lucretio Cinna, sive an. U. C. Icccxxv. ante Christum xix. Porro Hadrianus sub quo claruit Gellius, auspiciatus est imperium anno U. C. Icccclxx. post Christum cxix. nec nisi xx. post anno vivere desit. Ut Thyfio concedamus Gellium floruisse tantum an. U. C. Icccxc. qui Hadriani fuit ultimus, a morte Virgilii ad id usque temporis non numerabuntur nisi cl. anni, quibus Virgilius Gellium ante-

cessisse dicendus est.

3. *In sigillariis.*] Sigillariorum festa celebrabantur per septem dies: ex eo nomen habuerunt quod utro citroque sigilla seu imagunculas missitent.

4. *xx. aureis.*] Aureus numus Romanus æstimabatur centum sesteritiis, sive viginti quinque denariis argenteis: quilibet porro denarius argenteus, si ad Gallicam monetam revocetur, efficiet tres asses, & semis: quæ summa per xxv. ducta iv. libras Francicas, v. asses & vi. denarios complectetur: quod quidem est aurei Romani pretium. Ergo xx. illi aurei valent lxxxv. libras, & x. asses nostrates. Id autem maxime notandum, aliud alias fuisse Romani denarii pretium: aliquando enim denis assibus, aliquando denis & senis fuit expensus; hic & alibi passim sumimus ut denis assibus constantem.

5. *Vestibulum.*] Versus hic est 469. lib. II. Æneid.

6. *Aut foliis.*] Versus 296. lib. I. Georgicon.

CAPUT IV.

Quam ob causam Gabius Bassus genus quoddam iudicii divinationem appellari scripsit : & quam alii causam esse ejusdem vocabuli dixerint.

CUM de constituendo accusatore quæritur, iudiciumque super ea re creditur, cuinam potissimum ex duobus pluribusve accusatio ¹ subscriptiove in reum permittatur; ea res atque iudicium cognitio, *divinatio*, appellatur. Id vocabulum quam ob causam ita factum sit quæri solet. ² Gabius Bassus in tertio librorum quos de origine vocabulorum composuit, *Divinatio*, inquit, *iudicium appellatur: quoniam divinare quodammodo iudicem oporteat, quam sententiam sese ferre par sit.* Nimis quidem ¹⁰ est in verbis Gabii Bassi ratio imperfecta, vel magis ^a inops & jejuna. Sed videtur eum significare velle, iccirco dici *divinationem*; quod in aliis quidem causis iudex ea quæ didicit, quæque argumentis vel testibus demonstrata sunt, sequi solet: in hac autem re, cum eligendus accusator est, parva admodum & exilia sunt, quibus moveri iudex possit; & propterea, ¹⁵ quinam magis ad accusandum idoneus sit quasi divinandum est. Hoc Bassus. Sed alii quidem *divinationem* esse appellatam putant, quoniam cum accusator & reus duæ res quasi cognatæ conjunctæque sint, ^b neque utra sine altera constare possit; in hoc tamen genere causæ reus quidem jam est, sed accusator nondum est; & iccirco, quod adhuc usque ²⁰ deest & latet, divinatione supplendum est, quoniam sit accusator futurus.

INTERPRETATIO.

^a Tenuis & exilis. ^b neque una sine altera possit consistere.

NOTÆ.

1. *Subscriptiove.*] Ii dicuntur in iudiciis subscribere, qui una cum accusatoribus rei nomen deferunt; & subscriptio eorum opera quæ in eo versatur, ut accusatorem partim juvent, partim observent, ne prævaricetur.

2. *Gabius Bassus.*] Hic Macrobio dicitur Gavius. Vixerit Trajani temporibus, ut notat Carrio, si fuerit is Gabius Bassus, qui Ponticæ oræ præfectus fuit, de quo Plinius in epistolis,

CAPUT V.

Quam lepide ^a designateque dixerit Favorinus philosophus, ^b quid intersit inter Platonis & Lysia orationem.

Favorinus ^r de Lysia & Platone solitus est dicere, Si ex Platonis, inquit, oratione verbum aliquod demas mutesve, arque id commodissime facias: de elegantia tantum detraxeris. Si ex Lysia; de sententia.

INTERPRETATIO.

^a Et apposite. ^b qua sit differentia.

NOTA.

1. De Lysia.] Lysias Cephalii Syracusani filius, Athenis natus Olymp. xxxxi. an. ii. ante Christum ccccl. ut narrat Plutarchus in vitis decem Rhetorum, eloquentia laude floruit. De quo sic sentit Tullius in Bruto. Ipse quidem in causis forensibus non versatus, sed egregie subtilis scriptor atque elegans quem jam prope audeas oratorem perfectum dicere... Nihil acute inveniri potuit in eis causis,

quas scripsit, nihil (ut ita dicam) subdole, nihil versute, quod ille non viderit: nihil subtiliter dici, nihil presse, nihil enucleate, quo fieri possit aliquid limatius: nihil contra grande, nihil incitatum, nihil ornatum vel verborum gravitate vel sententiarum, quo quicquam esset elatius. Obiit Athenis annos natus LXXVI. aut LXXX. & amplius, ut alii volunt. Plutarch.

CAPUT VI.

Quibus verbis ^a ignaviter & abjecte Virgilius usus esse dicatur; & quid iis, qui id improbe dicunt, respondeatur.

Nonnulli grammatici ætatis superioris, in quibus est Cornutus Annæus, hæud sane indocti neque ignobiles, qui commentaria in Virgilium composuerunt, reprehendunt quasi ^b incuriose & abjecte verbum positum in his versibus:

^c Candida succinctam latrantibus inguina monstris
Dulichias vexasse rates, & gurgite in alto
Abtimidos nautas canibus lacerasse marinis.

INTERPRETATIO.

^a Humiliter. ^b negligentem. ^c habentem
alba crura circumdata canibus latrantibus, afflixisse naves Ulyssis, & in profundo mari eheu discerpisse nautas

NOTA.

1. Candida succinctam, &c.] Ecloga VI. Virgilii habentur hi versus, in quibus agitur de Scylla Phœci filia, quæ Circes incantamentis mutata in monstrum marinum canibus cinctum, naves Ulyssis quæ a Dulichio insula Ithacæ vicina vocantur Dulichias, misere laceravit.

vexasse enim putant verbum esse leve & tenuis ac parvi incommodi; nec tantæ atrocitati congruere, cum homines repente a bellua immanissima rapti lanatique sint. Item aliud hujuscemodi reprehendunt.

^d *Quis aut Eurysthea durum*

Aut illaudati nescii ³ *Buſiridis aras?*

5 *illaudati* parum idoneum esse verbum dicunt; ^e neque id satis esse ad faciendam scelerati hominis detestationem: qui quod hospites omnium gentium immolare solitus fuit, non laude indignus, sed detestatione execrationeque totius generis humani dignus esset. Item aliud verbum cul-

10 payerunt.

^f *Per tunicam squallentem auro latus haurit apertum.*

tanquam si non convenerit dicere, *auro squallentem*: quoniam nitoribus splendoribusque auri squalloris illuvies sit contraria. Sed de verbo, *vexasse*, ita responderi posse credo. *Vexasse* grave verbum est; factumque
15 ab eo videtur, quod est, *vehere*. In quo inest jam vis quædam alieni arbitrii. Non enim sui potens est, qui vehitur. *Vexare* autem, quod ex eo ^g inclinatum est, vi atque motu proculdubio ^h vastiore est. Nam qui fertur & raptatur atque huc atque illuc distrahitur; is vexari proprie dicitur. Sicuti *taxare* pressius crebriusque est, quam *tangere*; unde pro-
20 culdubio id inclinatum est: & *jaſtare* multo fusius largiusque est, quam *jacere*; unde id verbum traductum est: & *quassare*, quam *quaterere* gravius violentiusque est. Non igitur quia vulgo dici solet vexatum esse quem fumo aut vento aut pulvere, propterea debet vis vera atque natura verbi deperire: quæ a veteribus, qui proprie atque ⁱ signate locuti sunt, ita
25 ut decuit conservata est. M. Catonis verba sunt ex oratione, quam de Achæis scripsit. *Cumque* ⁴ *Hannibal terram Italiam laceraret atque vexaret. Vexatam* Italiam dixit Cato ab Hannibale, quando nullum calamitatis aut sævitæ aut immanitatis genus reperiri queat, quod in eo tem-

INTERPRETATIO.

midos canibus marinis. d Quis ignorat crudellem Eurysthea; aut altaria Buſiridis infamis. e neque id sufficere ad commovendum odium in flagitiosum hominem.

f irans tunicam, asperam auro penetrat ferro in latus apertum. g derivatum est. h vehementiore. i significanter.

NOTÆ.

2. *Quis aut Eurysthea*] Apud Virgillum initio lib. III. Georg. Eurystheus Mycenarum rex, impulsu Junonis, duris laboribus Herculem ubique victorem exercuit.
3. *Buſiridis*.] Buſiris rex Ægypti, Neptuni filius, solebat hospites ad aras immolare: cur dicatur illaudatus paulopost eodem in capite explicatur.
4. *Hannibal*.] Hic Hamilcaris filius a pueritia conceptum sacramento odium

in Romanos ita fovit, ut eos maximis cladibus affligeret, omnino rem Romanam everſurus, nisi Capuæ deliciis Carthaginensium animi fuissent enervati. Cum Antiochum Magnum Syriæ regem adversus Romanos fuscitasset, ne eorum in potestatem veniret sumpto veneno mortem sibi conscivit apud Prusiam Bithyniæ regem anno U.C. DLXXI. ante Christum CLXXXIII. *Cornelius Nepos, Livius, &c.*

pore Italia non perpeſſa ſit. M. TULLIUS IV. in Verrem. *Qua ab iſto ſic ſpoliata atque direpta eſt, ut non ab hoſte aliquo, qui tamen in bello religionem & conſuetudinis jura retineret, ſed ut a barbaris prædonibus vexata eſſe videatur.* De illaudato autem duo videntur reſponderi poſſe. Unum eſt ejuſmodi. Nemo quiſquam tam ^k efflictiſ eſt moribus, quin faciat aut dicat nonnunquam aliquid quod laudari queat. Unde hic antiquiſſimus verſus vice proverbii celebratus eſt,

¹ Πολλάκι γὰρ καὶ μαρτὸς ἀνὴρ μάλα καλῶτερον εἶπεν.

Sed enim qui omni in re atque omni tempore laude omni vacat, iſ illaudatus eſt; iſque omnium peſſimus deterrimusque eſt. Sicuti omniſ culpæ privatio inculpatum facit. Inculpatus autem inſtar eſt abſolutæ virtutis; illaudatus igitur quoque finis eſt extremæ malitiæ. Itaque Homerus non virtutibus appellandis, ſed vitiiſ detrahendis laudare ^m ampliter ſolet. hoc enim eſt;

ⁿ ἦ ἄρα μάρτυς ἀμύμων.

^{πῶδ' ἐκ αἰοντε πετέδω.}

&c item illud;

^o Εὐθ' ἐκ αὐ βείζοντα ἴδεις ὧς Ἀγαμέμνονα δῖον,

^{οὐδ' ἂν καταπύσσοντ', οὐδ' ἐκ ἐδέλοντα μάχῃδω.}

⁶ Epicurus quoque ſimili modo maximam voluptatem detractionem privationemque omniſ doloris definivit hiſ verbis, ^p ὅ ἐστι τὸ μεγέθεισ ἡδονῶν, παντὸσ τὸ ἀλγόντοσ ὑπεξάρρητσ. Eadem ratione idem Virgiliuſ in *inamabilem* dixit ⁷ Stygiam paludem. Nam ſicut *illaudatum* ^q ^x ^l laudis ^σ ^ε ^ρ ^ε ^ν ^ν ^ν,

INTERPRETATIO.

^k perditis.

^l ſape enim & fatuuſ vir aliquid maxime tempeſtivum dixit. in magnifice.

ⁿ dixit vates inculpatus.

illi vero non inviti volabant.

^o tunc neque dormitantem videres Agamemnona divinum,

neque cadentem animo, neque non volentem pugnare.

^p terminuſ magnitudiniſ voluptatum, omniſ doloriſ privatio. ^q ſecundum pri-

NOTÆ.

^{5.} *Αγαμέμνονα.*] Agamemnon Atreiſ filiuſ, Menelaiſ frater, rex Græcorum adverſuſ Trojanos bello feliciter geſto ab Ægiſtho Thyeſtæ filio domum reverſuſ periit. Trojam expugnavit anno ante Chriſtum cxcclxxxvi.

^{6.} *Epicurus.*] Epicuruſ philoſophuſ Athenienſiſ, non, ut plerique exiſtimant, in obſcœniſ corporiſ voluptatibuſ, ſed in perfectæ animi tranquillitate felicitatem collocavit. Multum debuit Democrito, cujuſ fontibuſ, ut ait Tulliuſ, *hortuloſ ſuoſ irrigavit.* Atomuſ ex quibuſ corpora omnia conſtare dicebat ſumpſit a Leucippo & Democrito: animæ immortalitatem & dei providentiam negavit; omnia ſenſibuſ æſtimavit, adco-

ne ſolem quidem vel lunam majorem putaret quam videretur, ut patet ex Lucretio, qui philoſophiam Epicuream ſex libriſ tradidit, quam Gaſſenduſ hac ætate mirum in modum illuſtravit. Obiit nonagenario major anno II. Olymp. cxxxvii. ante Chriſtum cclxxx.

^{7.} *Stygiam paludem.*] Styx eſt fonſ Arcadiæ, cujuſ aqua frigidiffima ſi hauriatur mortem affert omnibuſ animantibuſ: cum metalla quæque duriffima diſſolvat, in unguſ equi, vel aſini, vel muli nullam vim habet. Poſtquam per aliquot ſtadia fluxit, terra abſorbetur. Hinc poetæ eum eſſe lacum inferorum commenti ſunt.

ita inamabilem, ^r *Amoris* *seque* detestatus est. Altero modo *illaudatus* ita defenditur. *Laudare* significat prisca lingua nominare appellareque. Sic in actionibus civilibus auctor laudari dicitur, quod est nominari. *Illaudatus* enim est quasi *illaudabilis*; qui neque mentione aut memoria
 5 ulla dignus neque unquam nominandus est. Sicuti quondam a communi concilio Asiae decretum est, uti nomen ejus, qui ⁸ templum Dianae Ephesiae incenderat, ne quis ullo in tempore nominaret. Tertium restat ex
 10 iis, quae reprehensa sunt, quod *tunicam squallente n auro* ^f dixit. Id autem significat copiam densitatemque auri in squamarum speciem intexti. *Squalere* enim dictum est a squamarum crebritate asperitateque; quae in serpentium pisciumque coriis visuntur. Quam rem & alii, & hic quidem
^t poeta locis aliquot demonstrat.

^r *Quem pellis, inquit, abenis*

⁹ *In plumam squamis auro conferta tegebat.*

15 Et alio loco,

^u *Iamque adeo rutilum thoraca indutus abenis
 Horrebat squamis.*

Accius ¹⁰ in Pelopidis ita scribit;

Ejus serpentis squama squallido auro & purpura pretexte.

20 Quicquid igitur nimis ^x inculcatum obsitumque aliqua re erat, ut incurteret visentibus facie nova horrorem, id *squallere* dicebatur. Sic in corporibus incultis squamosisque alta congeries sordium squallor appellatur; cujus significationis multo assiduoque usu totum id verbum ita ^y contaminatum est, ut jam squallor de re alia nulla, quam de solis ^z inquinamenti dici coepit.

INTERPRETATIO.

vationem laudis. r secundum privationem amoris. f Virgilius. t quem pellis in modum plume intertexta squamis areis vestiebat. u Et jam circumdatus lorica ful-

genti, rigeat areis squamis. x intextum & immixtum. y depravatam est. z sordibus.

NOTÆ.

8. *Templum Ephesiae Diana.*] Refatum est inter septem orbis miracula templum Ephesiae Dianae, in cuius structuram toris ducentis viginti annis tota Asia collaboravit: columnae centum viginti septem a totidem regibus erectae ad sexaginta pedum altitudinem assurgebant: universo templo longitudo fuit trecentorum quindecim pedum, latitudo ducentorum viginti: id templum, ut nomen suum immortalitati commendaret Herostratus vir perditus & furiosus, incendit: qui ne speratam sceleris mercedem consequeretur, severissimis sancitum est decretis, ne quis ejus nomen enunciaret, quod tamen efficere non

potuit, ut aeterno silentio premeretur. Ita deflagavit orbis miraculum eadem nocte qua natus est Alexander Magnus, Olympiade cvi. ante Christum anno ccclvi. Tullius lib. I. de Divin. Plinius lib. XXXVI. cap. XIV. Strabo lib. XIV.

9. *In plumam.*] Plumae in vestibus erant segmenta quaedam vel aurea vel purpurea, instar clavorum, ita alia aliis intexta ut plumas avium referrent. Hic sumuntur pro laminis areis oblongis.

10. *In Pelopidis.*] Sic tragœdiam inscripsit L. Accius poeta tragicus, qui claruit, ut ait Hieronymus in Chronico, Olymp. clx anno U. C. Iocxv. ante Christum cxxxix.

CAPUT VII.

De officio erga patres liberorum : deque ea re ex philosophia libris ; in quibus scriptum quaesitumque est , an semper omnibusque patris iussis obsequendum sit.

Quæri solitum est in philosophorum disceptationibus , an semper
 inque omnibus iussis patri parendum sit. Super ea re Græci nostri
 que, qui de officiis scripserunt, tres sententias esse quæ spectandæ con-
 siderandæque sint, tradiderunt; easque subtilissime dijudicaverunt. Ea-
 rum una est; omnibus quæ pater imperat, parendum. Altera est; in quibus-
 dam parendum, quibusdam non obsequendum. Tertia est; nihil nec-
 cessum esse patri obsequi & parere. Hæc sententia, quoniam primore
 adspectu nimis infamis est, super ea prius quæ dicta sunt dicemus. Aut
 recte, inquit, imperat pater aut perperam. Si recte imperat; non quia
 imperat parendum, sed, quoniam id fieri jus est, faciendum est. Si per-
 peram; nequaquam scilicet faciendum quod fieri non oportet. Deinde ita
 concludunt. Nunquam est igitur patri parendum, ^a quæ imperat. Sed ne-
 que istam sententiam probari accepimus. ^b Argutiola quippe hæc, sicuti
 mox ostendemus, frivola & inanis est. Neque autem illa, quam primo
 in loco diximus, vera & proba videri potest: 'omnia esse, quæ pater
 jusserit, parendum. Quid enim? si prodicionem patriæ, si matris necem,
 si alia quædam imperarit turpia aut impia. Media igitur sententia optima
 atque tutissima visa est; quædam esse parendum, quædam non obsequen-
 dum. Sed ea tamen, quæ obsequi non oportet, leniter & ^c verecunde ac
 sine detestatione nimia sineque opprobatione acerba reprehensionis de-
 clinanda sensim & relinquenda esse dicunt, ^d quam respuenda. Conclusio
 vero illa qua colligitur, sicuti suprascriptum est, nihil patri parendum, im-
 perfecta est; refutarique ac dilui sic potest. Omnia, quæ in rebus huma-
 nis fiunt, sicut docti censuerunt, aut honesta sunt, aut turpia. Quæ ^e sua
 vi recta aut honesta sunt, ut fidem colere, ut patriam defendere, ut ami-
 cos diligere, ea fieri oportet sive imperet pater sive non imperet. Sed
 quæ his contraria quæque turpia & omnino iniqua sunt; ^f ea ne si imperet
 quidem. Quæ vero in medio sunt, & a Græcis tum *ἠδιστα*, tum *ἠδιστά*
 appellantur, ut in militiam ire, ^h rus colere, honores capeffere, causas de-

INTERPRETATIO.

a In iis rebus quas precipit. b vana | rejicienda. c ex natura sua. f illa non
 illa subtilitas. c modeste. d potius quam | facienda. g indifferentia & media.

NOTÆ.

1. Parendum omnia esse. 1 Gellius | Græcorum parere & obsequi omnia dicit,
 Athenis tandiu commoratus in sua Lati- | cum Latini parere vel omnibus vel in
 nitate quandam Græcitatem vel con- | omnibus, usurpent.
 traxerat vel affectabat. Ita hic more

fendere, uxorem ducere, ¹ uti iustum proficisci, uti accersitum venire; quoniam & hæc & his similia per sese ipsa neque honesta sunt neque turpia, sed, proinde ut a nobis aguntur, ita ipsis actionibus aut probanda sunt aut reprehendenda: propterea in ejusmodi omnium rerum generibus patri parendum esse censent; veluti si uxorem ducere imperet, aut causas pro reis dicere. Quod enim utrumque in genere ipso per sese neque honestum neque turpe est; iccirco, si pater jubeat, obsequendum est. Quid enim? si imperet uxorem ducere infamem, ^k propudiosam, criminofam; aut pro reo ² Catilina aliquo, aut ³ Tubulo aut ⁴ P. Clodio causam dicere. Non scilicet parendum. ¹ Quoniam accedente aliquo turpitudinis numero desinunt esse per sese hæc media atque indifferentia. Non ergo integra est propositio dicenda; aut honesta sunt quæ imperat pater, aut turpia: neque ^m ὅτις νόμιμον διεξέειμῶρον videri potest. Deest enim disjunctioni isti tertium; aut neque honesta sunt neque turpia. Quod si additur; potest ita concludi: nonnunquam est igitur patri parendum.

INTERPRETATIO.

h arare terram, adire magistratus. ^m nec supervenit aliqua ratio infamia. ^m nec i exempli gratia ire cum jubemur, venire illud videri potest sanum & legitimum, nire cum vocamur. ^k turpem. ^l quia cum si fuerit disjunctum hoc modo.

NOTÆ.

2. *Catilina.*] L. Catilina Romanus fenator adjunctis sibi flagitiosis civibus de Ciceronis consulis nece, & urbe incendenda diripiendaque conspiravit: eorum occurrit furori vigilantia consulis; sumptum de præcipuis conjuratis supplicium anno U. C. Iocxci. ante Christum LXXII. sequenti Catilina pugnans adversus Petreium Antonii proconsulis legatum, in prælio cecidit. *Sallust. Plutarch. &c.*

3. *Tubulo.*] Tubulus paulo ante Ciceronem prætor in omnem nequitiam effusus.

4. *P. Clodius.*] De Clodio diximus in notis ad cap. XVI. lib. I.

CAPUT VIII.

Quod parum aqua reprehensio Epicuri a Plutarcho peracta sit in¹ syllogismi² disciplina.

² Plutarchus secundo librorum, quos de Homero composuit, imperfecte atque præpostere atque incite syllogismo esse usum Epicurum

INTERPRETATIO.

^a Constructione.

NOTÆ.

1. *Syllogismi.*] Syllogismus est argumenti genus validissimum, quo ex duabus præviis propositionibus rite dispositis necessario conclusionem inferimus, verbi causa. *Omnis virtus est amanda, atqui justitia est virtus, ergo justitia est amanda.*

2. *Plutarchus, &c.*] Epicurum, ut notat Muretus, a Plutarcho jure reprehensum, frigide omnino defendit Gellius: quanquam enim id quod dissolutum est sensu vacat; non iccirco ipsa dissolutio non sentitur. Præterea cum mors sit ipsa dissolutio corporis & animæ διάλυσις, perperam dicitur τὸ διαλυθῆναι, id quod est dissolutum.

dicit: Verbaque ipsa Epicuri ponit. ^b ὁ θάνατος οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς, τὸ δὲ διαλυθὲν ἀναισθητεῖ, τὸ δὲ ἀναισθητῶν οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς. Nam prætermisit, inquit, quod in prima parte sumere debuit, ^c ὁ θάνατος ψυχῆς καὶ σώματος διάλυσις. Tum deinde eodem ipso, quod omiserat, quasi posito concessoque, ad confirmandum aliud, utitur. Progredi autem hic, inquit, syllogismus nisi illo prius posito, non potest. Vere hoc quidem Plutarchus de forma & ordine syllogismi scripsit. Nam si, ut in disciplinis traditur, ita colligere & ratiocinari velis: sic dici oportet; ^d ὁ θάνατος ψυχῆς καὶ σώματος διάλυσις. τὸ δὲ διαλυθὲν ἀναισθητεῖ. τὸ δὲ ἀναισθητῶν οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς. Sed Epicurus ^e cuiusmodi homo est, non inscitia videtur partem illam syllogismi prætermisisse. Neque id ei negotium fuit syllogismum tanquam in scholis philosophorum ^f cum numeris omnibus & cum suis finibus dicere. Et profecto, quia separatio animi & corporis in morte evidens est, non est ratus necessariam esse ejus admonitionem, quod omnibus profus erat ^g obvium. Sicuti etiam quod conclusionem syllogismi non in fine posuit, sed in principio. Nam id quoque non imperite factum quis non videt? Apud Platonem quoque multis in locis reperias syllogismos repudiato conversoque ordine isto, qui in docendo traditur, cum eleganti quadam reprehensionis contemtionem positos esse.

INTERPRETATIO.

b mors nihil ad nos; quod enim dissolutum est non sentit: quod autem non sentit, nihil ad nos. c mors est anima & corporis dissolutio. d mors est anima & corporis dissolutio: quod autem dissolutum est non sentit; quod vero non sentit, nihil ad nos. e qualiscunque. f exponere cum partibus suis omnibus & terminis. g cognitum.

CAPUT IX.

Quod Plutarchus evidenti calumnia verbum ab Epicuro dictum ^a infectatus sit. 20

IN eodem libro idem Plutarchus eundem Epicurum reprehendit, quod verbo usus sit parum proprio & alienæ significationis. Ita enim scripsit Epicurus; ^b ὅρος τῆς μετέδουσι τῆς ἡδονῶν, ἢ πάντος τῆς ἀλγῶντος ὑπεξαιρέσει. non, inquit, πάντος τῆς ἀλγῶντος, sed πάντος τῆς ἀλγῶντος dicere oportuit. 25 Detractio enim significanda est doloris inquit non dolentis. ^c Nimis minute ac prope etiam subfrigide Plutarchus in Epicuro accusando ^c λέξις παρεῖ, has enim curas vocum verborumque elegantias non modo non sectatur Epicurus, sed etiam infectatur.

INTERPRETATIO.

a Damnaverit. b terminus magnitudinis voluptatum est omnis dolentis de- tractio. Non, inquit, omnis dolentis sed omnis rei anxia. c dictiones attendit.

NOTA.

1. Nimis minute.] Neque rectius, ut idem Muretus observat, defenditur Epicurus. Cujus enim est vel ignorantia, vel stuporis confundere id quod dolo-

rem patitur, cum eo quod dolorem infert? Si Epicuro in vocum delectu licuit esse negligentem, non continuo diligentibus aliis esse non liceat.

CAPUT X.

Quid sint favissæ Capitolinæ; & quid super eo verbo M. Varro Servio Sulpicio quærenti rescripserit.

¹ **S**ervius Sulpicius juris civilis auctor, vir bene literatus, scripsit ad M. Varronem; rogavitque ut rescriberet quid significaret verbum, quod
⁵ in censoriis libris scriptum esset. Id erat verbum; *favissæ* ² *Capitolinæ*. Varro rescripsit, in memoria sibi esse, quod Q. Catulus ⁴ curator restituendi Capitoli dixerat; Voluisse se aream Capitolinam deprimere, ut pluribus gradibus in ædem conscenderetur, ^b suggestusque pro fastigii magnitudine altior fieret: sed facere id non ^c quisse, quoniam favissæ impedissent. Id esse
¹⁰ cellas quasdam & cisternas, quæ in area sub terra essent; ubi reponi solerent signa vetera, quæ ex eo templo collapsa essent, & alia quædam religiosa & donariis consecratis. At deinde eadem epistola negat quidem se in literis invenisse cur favissæ dictæ sint; sed Q. Valerium Soranum solitum dicere ait, quos thesauros Græco nomine appellaremus, priscos Latinos
¹⁵ *flavissas* dixisse, quod in eos non ^d rude æs argentumque, sed ^e flata signataque pecunia conderetur. Conjectare igitur se detractam esse ex eo verbo secundam literam, & *favissas* esse dictas cellas quasdam & specus, quibus
⁴ æditui Capitolini uterentur ad custodiendum res veteres religiosas.

INTERPRETATIO.

a Qui curam susceperat. b locus concionum. c potuisse. d informe. e fusa.

NOTÆ.

1. *Servius Sulpicius.*] Ciceroni familiaris, nec minus singulari civilis juris doctrina, quam quæstoris, prætoris, adeoque consulis magistratibus recte gestis illustris. Cui ob mortem in legatione ad Antonium obitam decernendæ statua: autor fuit Cicero.

2. *Capitolinæ.*] Capitolium fuit templum Jovis in monte Tarpeio, cui nomen imposuit hominis caput ipsis in fundamentis repertum. Fuere quatuor capitolia diversis temporibus extructa. Ejus quod erexit Tarquinius Priscus, tegulas areas primus Catulus inauravit post Carthaginem everfam.

3. *Rude æs.*] Primis Romanæ Reip.

temporibus numus æreus rudis & informe, quod æs grave æs rude dicebatur, fuit in usu. Imo alias non area solum, sed & scortea ex corio moneta fuit adhibita. Unde Donatus in illud Virgilii,

Taurino quantum possent circumdare tergo.

tradit pecuniam ex corio bubulo priscis temporibus fuisse, hincque pecuniam dictam quod ex pecore traheret originem. Consule notas ad cap VIII, lib. I.

4. *Æditui.*] Æditui dicebantur penes quos erat ædium sacrarum cura. De hac voce consule lib. XII. c. VI.

CAPUT XI.

De Siccio Dentato egregio bellatore multa memoratu digna.

L. Siccium Dentatum, qui ¹ trib. plebi fuit, ² Sp. Tarpeio A. Haterio consulibus, scriptum est in libris annalibus plus quam credi debeat, strenuum bellatorem fuisse; ^a nomenque ei factum ob ingentem fortitudinem; appellatumque esse ³ Achillem Romanum. Is pugnasse in hostem dicitur centum & xx. præliis; ^b cicatricem averfam nullam, ^c adversas quinquæ & xl. tulisse; ⁴ coronis esse donatus aureis octo, obsidionali una, muralibus tribus; civicis xiv. ⁵ torquibus tribus & lxxx. ⁶ armillis plus centum lx. ⁷ hastis duodeviginti. ⁸ phaleris item donatus est quinquies viciesque. Populi militaria dona habuit ^d multijuga; in his ⁹ provocatoria pleraque. Triumphavit cum imperatoribus suis triumphos novem.

INTERPRETATIO.

a Magnam gloriam acquisivisse. *b* nullum vulnus a tergo. *c* in pectore. *d* diversi generis.

NOTÆ.

1. *Tribunus plebi.*] Post expulsos reges, cum Romani continuis bellis premerentur, & plebs cogeretur æs alienum ad sumptus communes contrahere, ac deinde ab avaris fœneratoribus crudeliter tractaretur, creatus est tribunus plebis an. U. C. ccliv. ante Christum I. c. qui vim omnem ab ea propulset.

2. *Sp. Tarpeio.*] Hic cum collega A. Haterio consul creatus est anno U. C. ccc. ante Christum cccliv.

3. *Achillem Romanum.*] Achilles Græcorum princeps fortissimus, poetarum fabulis non minus quam præclare gestis celebratus.

4. *Coronis.*] De coronis fufus lib. VI.

cap. VI.

5. *Torquibus.*] Torquis erat bellicæ fortitudinis præmium.

6. *Armillis.*] Strenui milites ab imperatoribus donabantur armillis, quæ proprie erant arma, sic appellata quod ab armis sive humeris penderent.

7. *Hastis.*] Præmium erat militare hasta, quæ ideo pura dicebatur, quod ferro non esset præfixa.

8. *Phaleris.*] Phaleræ aliud præmii genus quæ videntur fuisse equorum frontalia.

9. *Provocatoria.*] Quæ concedebantur iis qui ex provocatione victores extiterant.

CAPUT XII.

*Considerata perpensaque lex quadam Solonis, speciem habens primorem ini-
qua injustaque legis, sed ad usum emolumentumque salubritatis penitus
reperta.*

IN legibus ¹ Solonis illis antiquissimis, quæ Athenis ² axibus ligneis in-
cisa sunt, ^b quasque latas ab eo Athenienses, ut sempiternæ manerent,
5 pœnis & religionibus sanxerant, legem esse Aristoteles refert scriptam ad
hanc sententiam. Si ob discordiam disensionemque seditio atque ^c discessio
populi in duas partis fieret, & ob eam causam irritatis animis utrinque ar-
ma caperentur, pugnareturque: tum qui, in eo tempore in eoque casu ci-
10 vilis discordiæ, non ² alterutræ parti sese adjunxerit, sed solitarius separa-
tusque a communi malo civitatis secesserit, is domo, patria, fortunisque
omnibus careto; exul ³ extorrisque esto. Cum hanc legem Solonis singulari
sapientia præditi legissemus; tenuit nos gravis quædam in principio admi-
ratio, requirentes quam ob causam dignos esse pœna existimaverit, qui se
15 procul a seditione & civili pugna removissent. Tum, qui penitus atque
alte usum ac ^d sententiam legis inspexerat, non ad augendam sed ad desi-
nendam seditionem legem hanc esse dicebat. Et res prorsum se sic habet.
Nam si boni omnes, qui in principio ^e coercendæ seditioni impares fue-
rint populumque partitum & amentem non deterruerint, ad alterutram par-
20 tem divisi sese adjunxerint: tum eveniet, ut cum socii partis seorsum
utriusque fuerint, ^f eæque partes ab iis ut majoris auctoritatis viris tem-
perari ac regi cœperint, concordia per eos potissimum restitui conciliari-
que possit; dum & suos apud quos sunt regunt atque ^g mitificant, & ad-
versarios sanatos magis cupiunt quam perditos. Hoc idem Favorinus phi-
25 losophus inter fratres quoque aut amicos dissidentes oportere fieri censebat;
ut, qui in medio sunt utriusque partis benevoli, si in concordia ^h anni-
tenda parum auctoritatis quasi ambigui amici habuerint, tum alteri in al-
teram partem discedant; ac ⁱ per id meritum viam sibi ad utriusque concor-
diam mœniant. Nunc autem pleraque, inquit, pars utriusque amici, quasi

INTERPRETATIO.

*a Tabulis. b quas descripsit Athenien-
sibus, qui suppliciiis propositis & sacro
jurejurando decreverunt, ut aeternum flo-
rerent. c populus divideretur in duas fa-
ctiones. d vim. e non potuerunt sedare*

*turbas. f & homines gravioris autorita-
tis inceperint præesse & moderari illis fa-
ctionibus. g leniunt. h efficienda. i per
id officium aperiant sibi iter ad firman-
dam concordiam.*

NOTÆ.

1. *Solonis.*] Solon Salamine natus,
Atheniensium legislator, unus e VII.
Græciæ sapientibus: prætor Athenis fuit
anno III. Olympiadis XLV. ante Chris-
stum IXXCVIII Mortuus est anno ætatis
LXXX. eodem quo Cyrus in Perside cœ-

pit regnare. *Plutarch. Diogen.*

2. *Alterutra.*] Sic veteres dicebant
pro alterutri, & ipse Cicero simile quid
usurpavit.

3. *Extorris.*] Extorris, si credimus
grammaticis, quasi ex terris, dictus est.

probe faciant, duo litigantes destituunt & relinquunt; deduntque eos advocatis malevolis aut avaris, qui lites animasque eorum inflamment, aut odii studio aut lucri.

CAPUT XIII.

Liberos in multitudinis numero etiam unum filium filiamve veteres dixisse.

Antiqui oratores, historiæque aut carminum scriptores, etiam unum filium filiamve *liberos* multitudinis numero appellarunt. Id quoque nos cum in complurium veterum libris scriptum aliquotiens adverterimus, nunc quoque in libro Sempronii Afellionis rerum gestarum quinto, ita positum esse offendimus. Is ¹ Afellio sub ² P. Scipione Africano ³ tribunus militum ad ⁴ Numantiam fuit; resque eas, quibus gerendis ipse interfuit, conscripsit. Ejus verba de ⁵ Tiberio Graccho tribuno plebi, quo in tempore interfectus in Capitolio est, hæc sunt. *Nam Gracchus domo cum proficisceretur: nunquam minus terna aut quaterna milia hominum sequebantur.* Atque inde infra de eodem Graccho ita scripsit. *Orare cæpit, ut se defenderent liberosque suos: eum, quem virilis sexus tum in eo tempore habebat, produci jussit, populoque commendavit prope flens.*

NOTÆ.

1. *Afellio.*] C. Sempronius Afellio & doctrinæ, & militiæ laude floruit anno U. C. Iocxiv. ante Christum cxl.

2. *P. Scipione Africano.*] P. Cornelius Scipio Minor, excisa Carthagine celeberrimus Numantiam evertit anno U. C. Iocxxi. ante Christum cxxxiii. Consule caput IV. lib. III.

3. *Tribunus militum.*] Tribuni militum qui primi a summo exercitus duce rem militarem administrabant, dicti sunt quod ab initio terni essent, cum legio scilicet ex tribus millibus externis conficiebatur. Numquam numerus tribunorum ultra sex excrevit.

4. *Numantiam.*] Numantia urbs Hispaniæ Tarraconensis, post longam a Romanis obsidionem illustri civium desperatione & ferali ruina nobilis. Locus ubi sita fuit, nunc pagus est, teste Morali, dictus *Garray* ab urbe Soria vix leuca distans.

5. *Tiberio Graccho.*] Hic Attali Regis pecuniam cum in populum distribui vellet, & in annum sequentem tributum ambiret, adeo senatum commovit, ut in Capitolio, quo se receperat, eum occidi jussit anno U. C. Iocxxi. ante Christum cxxxiii.

CAPUT XIV.

Quod M. Cato in libro, qui inscriptus est, CONTRA TIBERIUM EXSULEM, stitisses vadimonium, per, i, literam dicit, non, stitisses: ejusque verbi ratio reddita.

In libro vetere M. Catonis qui inscribitur, CONTRA TIBERIUM EXSULEM, scriptum quidem sic erat, *Quid si ¹ vadimonium capite obvoluto stitisses?*

NOTÆ.

1. *Vadimonium.*] Est obligatio sistendi in jure ex sua & vadum sponione: vadimonium sistit qui comparat in judicio ad diem statutam: qui secus facit dicitur vadimonium deserere.

Recte ille *stittises* scripsit : sed falsi & audaces emendatores , e , scripto per libros , *stetisses* , fecerunt , tamquam *stittises* vanum & nihili verbum esset. Quin potius ipsi nequam & nihil sunt , qui ignorant , *stittises* , dictum a Catone , quoniam *sisteretur vadimonium* , non *staretur*.

CAPUT XV.

5 *Quod antiquitus ætati senectæ potissimum habiti sunt ampli honores ; & cur postea ad maritos & patres idem isti honores delati sint : atque ibi quædam de capite legis Iulie septimo.*

A pud antiquissimos Romanorum neque generi neque pecuniæ præstantior honos tribui quam ætati solitus : majoresque natu a minoribus colebantur , a ad deum prope & parentum vicem : atque in omni loco inque omni specie honoris priores potioresque habiti. A b convivio quoque , ut scriptum est in antiquitatibus , seniores a c minoribus domum deducebantur : eumque morem accepisse Romanos a Lacedæmoniis traditum est ; apud quos , 1 Lycurgi legibus , major rerum omnium honos majori ætati habebatur. Sed postquam soboles civitati necessaria visa est ; & d ad prolem populi frequentandam præmiis atque invitamentis usus fuit : tum antelati , quibusdam in rebus , qui uxorem quique liberos haberent , senioribus neque liberos neque uxores habentibus. Sic capite septimo 2 legis Iulie priori ex consulibus fasces sumendi potestas fit ; non qui pluris annos natus est , sed qui pluris liberos quam collega aut in sua potestate habet aut bello amisit. Sed si par utrique numerus liberorum est ; maritus , aut qui in numero maritorum est , præfertur. Si vero ambo & mariti & patres totidem liberorum sunt : tum ille pristinus honos instauratur ; & qui major natu est , prior fasces sumit. Super his autem qui aut e caelibes ambo sunt , aut parem numerum filiorum habent , aut mariti sunt & liberos non habent , nihil scriptum in lege de ætate est. Solitos tamen audio , qui lege potiores essent , fasces primi mensis collegis concedere aut longe ætate prioribus , aut nobilioribus multo , aut secundum consulum inuentibus.

INTERPRETATIO.

a Inftar deorum & parentum. b post | populi liberos , &c. c qui non duxerunt epulas. c junioribus. d ad multiplicandos | uxores;

NOTÆ.

1. *Lycurgi legibus.*] Lycurgus Eunoimi filius Lacedæmoniorum legislator , Polydectæ fratris Spartanorum regis Posthumum filium Charilaum , cujus pueri regnum tutoris nomine administratum usurpare poterat , solio restituit. Peregre deinde profectus ex collectis diversarum rerumpublicarum institutis leges scripsit sapientissimas , quibus Lacedæmonios astrinxit *Plutarch. Justin.* Quo potissimum anno floruerit incertum : alii ad Olympiadem primam ejus tempora referunt , contendunt alii centum annis , eoque amplius antecessisse.

2. *Legis Iulia.*] Legem Juliam tulit Augustus an. ante Christi ortum xviii.

CAPUT XVI.

Quod Casellius Vindex a Sulpicio Apollinari reprehensus est in sensus Virgiliani enarratione.

Virgilii versus sunt e libro sexto.

^a Ille, vides? pura juvenis qui nititur hasta
Proxima sorte tenet lucis loca: primus ad auras
Ætherias Italo commistus sanguine surget
¹ Sylvius, Albanum nomen, tua posthuma proles;
Quem tibi longævo serum ² Lavinia conjux
Educat sylvis regem regumque parentem.
Vnde genus ³ Longa nostrum dominabitur Alba.

Videbantur hæc nequaquam convenire:

Tua posthuma proles,

&c,

*Quem tibi longævo serum Lavinia conjux
Educat sylvis regem.*

Nam si hic Sylvius, ut in omnium ferme annalium monumentis scriptum est, post mortem patris natus est, ob eamque causam prænomen ei ⁴ posthumus fuit: qua ratione subjectum est?

*Quem tibi longævo serum Lavinia conjux
Educat sylvis.*

Hæc enim verba significare videri possunt, ⁵ Ænea vivo ac jam sene, natam ei Sylvium & educatum. Itaque hanc sententiam esse verborum istorum Casellius opinatus in commentario lectionum antiquarum, *Posthuma,*

INTERPRETATIO.

^a Videtne? ille juvenis qui insistit hasta incruenta debet primus sorte nasci, primus prodibit in luminis auras Sylvius, homo Albanus, posthuma tua saboles, quem uxor Lavinia in sylvis pariet tibi seniori futurum regem, & patrem regum, a quo nostri nepotes regnabunt Alba Longæ.

NOTÆ.

1. *Sylvius.*] Hic Sylvius Posthumus tertius ab Ænea Trojano Latinorum regnum annos triginta administravit. Dicitur est Sylvius quod in sylva, posthumus quod post humatum patrem natus fuerit. Obiit anno ante Christum cxxxix.

2. *Lavinia.*] Hæc Latini regis filia, licet desponsa Turno Rutulorum principi, data est Æneæ in uxorem.

3. *Alba Longa.*] Urbs in Campania Italiæ ab Æscanio Æneæ filio fundata.

A situ quod in dorso montis porrecta sit, dicta est Longa; Alba vero ab omine suis alba ibidem repertæ nominata est.

4. *Posthumus, &c.*] In vulgatis codicibus, ob eamque causam prænomen ei *impositum hoc fuit*, legitur. At cum Lambecio ex veteri manuscripto bibliothecæ regiæ locum correximus.

5. *Ænea vivo & jam sene.*] Id minime verum esse potest, cum Ænean conflet quarto quam in Italiam venerat anno e vivis excessisse.

A. GELLII NOCTIUM ATTICARUM

inquit, proles non eum significat qui patre mortuo, sed qui postremo loco natus est. Sicuti Sylvius, qui Ænea jam sene tardo seroque partu est editus. Sed hujus historię auctorem nullum idoneum nominat. Sylvium autem post Æneæ mortem, sicuti diximus, natum multi tradiderunt. Iccirco Apollinaris Sulpicius inter cetera, in quibus Cæsellium reprehendit, hoc quoque ejus quasi erratum animadvertit: errorisque istius hanc esse causam dixit, quod scriptum ita sit: *Quem tibi longævo.* Longævo, inquit, non seni (significatio enim esset contra historię fidem,) sed in longum jam ævum perpetuum recepto immortalique facto. ⁶ Anchises enim, ⁷ qui hæc dicit ad filium, sciebat eum, cum hominum vita discessisset, immortalem atque ⁸ indigerem futurum, & longo perpetuoque ævo potiturum. Hoc sane Apollinaris argute. Sed aliud tamen est longum ævum, aliud perpetuum. Neque dii longævi appellantur, sed immortales.

NOTÆ.

^{6.} Anchises.] *Quem* senem filius Æneas ex ardente Troja humeris sublatum eripuit. nepotibus, tum vero de Sylvio ista audivisse. *Ille, vides? &c.*

^{7.} *Qui hæc dicit ad filium.*] Nimirum fingit Virgilius Ænean, ut patris Anchisæ colloquio fruere, ut patris inferos, & ab eo cum alia multa de suis nepotibus referrebantur, appellabantur indigetes, vel quod in diis agerent, vel quod nullius rei indigerent.

CAPUT XVII.

Cujusmodi naturam esse quarumdam præpositionum M. Cicero animadvertit: disceptatumque ibi super eo ipso, quod Cicero observaverat.

Observate curioseque animadvertit M. Tullius in & con præpositiones verbis aut vocabulis præpositas tunc ^b produci atque protendi, cum literæ sequerentur, quæ primæ sunt in sapiente atque felice; in aliis autem omnibus ^c correpte pronunciari. Verba Ciceronis hæc sunt. *Quid vero hoc elegantius, quod non sit natura sed quodam instituto. Indoctus dicimus ^a brevi prima litera; insanus producta: inhumanus brevi, infelix longa. Et, ne ^d multis, ^e quibus in verbis ea prima litera sunt, quæ in sapiente atque felice, ^f producte dicuntur; in ceteris vero omnibus breviter. ^g Itemque composuit, concepuit, confecit. Consule veritatem; reprehendet: ^h refer ad aures; probabunt. Quere cur ita. Se dicent juvari. Voluptati*

INTERPRETATIO.

^a Accurate. ^b effici longas. ^c breves. ^d ne pluribus dicam. ^e vocabula in quibus. ^f pronunciantur longa. ^g hæc verba pronunciantur prima brevi litera composuit, &c. ^h consule aures tuas.

NOTÆ.

1. *Brevi prima litera.*] Brevi non quantitatis, sed pronunciationis habita ratione.

autem aurium ¹ morigerari debet oratio. Manifesta quidem ratio suavita-
tis est in his vocibus, de quibus Cicero locutus est. Sed quid dicemus
de præpositione, *pro*? quæ, cum produci & corripitur soleat, observatio-
nem hanc tamen M. Tullii aspernata est. Non enim semper producitur
cum sequitur ea litera, quæ prima est in verbo *felix*: quam Cicero hanc ha-
bere vim significat, ut propter eam rem, *in* & *con* præpositiones produ-
cantur. Nam *proficisci* & *profundere* & *profugere*, & *profanum*, & *profe-*
stum correpte dicimus; *proferre* autem & *profligare*, & *proficere* producte.
Cur igitur ea litera, quam Cicero productionis causam facere observavit,
non in omnibus consimilibus eandem vim aut rationis aut suavitatis tenet: 10
sed aliam vocem produci facit, aliam corripit? Neque vero, *con*, parti-
culatum solum producitur, cum ea litera, de qua Cicero dicit, insequitur.
Nam & Cato & Sallustius, *fenoribus*, inquit, *coopertus est*. Præterea
coligatus & *conexus* producte dicuntur. Sed tamen videri potest in iis,
quæ posui, ob eam causam particula hæc produci, quoniam eliditur ex 15
ea, *n*, litera. Nam detrimentum literæ productione syllabæ compensatur.
Quod quidem etiam in eo servatur quod est, *cogo*. Neque repugnat quod,
coegi, correpte dicimus. Non enim salva ^k *ουαίετοι* dicitur a verbo,
quod est, *cogo*.

INTERPRETATIO.

i *servire*. k *complexione*.

CAPUT XVIII.

Quod Phædon Socraticus servus fuit, quodque item alii ^a complusculi 20
servitutem servierunt.

PHædon ² Elidenfis ^b ex cohorte illa Socratica fuit; Socraticæ &
Platoni ^c per fuit familiaris. ^d Ejus nomini Plato illum librum divi-
num de immortalitate animæ dedit. Is Phædon servus fuit forma atque
ingenio ^e liberali, &, ut quidam scripserunt, a ^f lenone domino puer 25
ad merendum coactus. Eum ³ Cebes Socraticus hortante Socrate emisse
dicitur, & habuisseque in philosophiæ disciplinis. Atque is postea philoso-
phus illustris fuit: sermonesque ejus de Socrate admodum elegantes le-

INTERPRETATIO.

a Satis multi fuerunt servi. b *secutus* | anima loco tituli præposuit nomen ipsius.
c *est scholam Socratis*. c fuit amicissimus. | e *nobili*. f *ab hero coactus obscænis libi-*
d *Plato libro divino de immortalitate* | dinibus servire. g *excoluisse doctrinis phi-*

NOTE.

1. *Phædon*.] Hic ex Elide oriundus quæ regio est Peloponnesi in Græcia: a
discipulus fuit Socratis, & sectæ Eliacæ Nardo dicitur *Belvedere*.
conditor Vivebat annis ante Christum 3. *Cebes*.] Hic auditor Socratis patria
circiter cccc. *Strabo*, *Diogenes*, &c. Thebanus fuit: floruit anno ante Chri-
2. *Elidenfis*.] Elis oppidum Elidis, flum circiter cccc.

guntur. Alii quoque non pauci servi fuerunt qui post philosophi clari
 exstiterunt. Ex quibus ille ⁴ Menippus fuit, cuius libros M. Varro in
 Satyris ^h æmulatus est: quas alii cynicas, ipse appellat Menippeas. Sed
 & Theophrasti Peripatetici servus Pompolus, & ¹ Zenonis Stoici servus,
 qui Perseus vocatus est, & Epicuri, cui nomen Mys fuit, philosophi non
 incelebres vixerunt. Diogenes etiam Cynicus servitutem servivit; sed is
 ex ^k libertate, in servitutem venum ierat: quem cum emere vellet Xe-
 niades Corinthius, & ¹ quid is artificii novisset percunctatus: Novi, in-
 quit Diogenes, hominibus liberis imperare. Tum Xeniiades responsum
 10 ejus demiratus emit & ^m manumisit; filiosque suos ei tradens, Accipe,
 inquit, liberos meos, quibus imperes. De Epicteto autem philosopho
 nobili, quod is quoque servus fuit, recentior est memoria, quam ut
 scribi quasi oblitteratum debuerit. Ejus Epicteti etiam de se scripti duo
 versus feruntur; ex quibus latenter intelligas non omnes ⁿ omnimodis
 15 diis exosos esse, qui ^o in hac vita cum ærumnarum varietate luctantur:
 sed esse arcanas causas, ad quas paucorum potuit pervenire curiositas.

Ρ Δῆλ' ὁ Ἐπίκτητος Ἰσούλιον, καὶ σώματι πικρὸν,
 Καὶ πνεύματι Ἰεγὸς, καὶ φίλ' ὁ ἀδανάτοισι.

INTERPRETATIO.

philosophia. h imitatus est. i qui appellatus est Perseus servus Zenonis Stoici, & qui dictus est Mys Epicuri servus fuerunt phi- losophi non ignobiles. k is cum esset liber, venditus fuerat ut serviret. l quam ar- tem nosset, m libertate donavit. n esse in-	visos omnibus diis. o qui in miseris va- riis hanc vitam trahunt. p servus Epictetus natus sum corpore claudus, Et paupertate Irus, & amabilis im- mortalibus.
---	---

NOTÆ.

4. *Menippus.* Is e Phœnicia oriundus servum afferbat in libertatem dominus, cynica mordacitate celebris fuit. Eum ejus caput aut aliud membrum manu ferunt ita fuisse avarum, ut pecuniam tenens, ad prætorem ita dicebat: hunc diuturno scœnore collectam, cum sibi hominem liberum esse volo, & mitte- subreptam vidisset, laqueo fauces eliserit. bat eum manu. Atque ex hac consuetu-
Laert. dine, qui e servo liberum efficiebat, di-
 5. *Manumisit.*] Apud Romanos qui cebatur eum manumittere.

CAPUT XIX.

Rescire verbum quid sit, & quam habeat veram atque
 propriam significationem.

20 **V**ERBUM *rescire*, observavimus vim habere propriam quamdam, non
 ex communi significatione ceterorum verborum, quibus eadem præ-
 positio, *re*, imponitur: neque ut, *rescribere*, *relegere*, *restituere*, dici-
 mus; itidem, *rescire*. Nam qui factum aliquod occultius aut inopinatum
 25 insperatumque cognoscit, is dicitur proprie *rescire*. Cur autem in hoc

uno verbo, *re*, particula hujus sententiæ vim habeat, equidem adhuc quæro. Aliter enim dictum esse, *rescivi*, aut, *rescire*, apud eos, qui diligenter locuti sunt, nondum invenimus, quam super his rebus, quæ aut occulto consilio latuerint, aut contra spem opinionemve usu venerint. quanquam ipsum *scire* de omnibus communiter rebus dicatur vel adversis vel prosperis vel expectatis. Nævius in *Triphallo* ita scripsit,

^a *Si unquam quicquam filium rescivero*
Argentum amoris causa sumpse mutuum:
Extemplo illo te ducam, ² ubi non despuas.

Claudius Quadrigarius in primo annali. *Ea ³ Lucani ubi resciverunt, sibi ¹⁵*
^b *per fallacias verba data esse.* Idem Quadrigarius in eodem libro in re
 tristi & inopinata verbo isto ita utitur. *Id ubi resciverunt propinqui ob-*
sidium, quos Pontio traditos supra demonstravimus: eorum parentes cum
propinquis capillo passo in viam provolarunt. M. Cato in quarto Origini-
 num: *Deinde Dictator jubet postridie ⁴ magistrum equitum arcessi. Mit-*
tam te, si vis, cum equitibus. Sero est, inquit magister equitum: jam
rescivere. ¹⁵

INTERPRETATIO.

^a *Si resciam aliquando mutuatum esse* | *te traham in eum locum ubi non despuas.*
aliquam pecuniam amoris causa. Statim | *b se deceptos fuisse per fraudem.*

NOTÆ.

1. *In Triphallo.*] *Triphallus* inscribitur comœdia, quam Cn. Nævius composuit: legunt alii *Itiphalo*. De Nævio autem supra diximus in notis ad cap. XXIV. lib. I.

2. *Vbi non despuas.*] *Quis sit ille locus*, ubi quis non possit spueri, aliter alii explicant; nonnulli majore reconditoris doctrinæ apparatu, quam ut verisimile sit rudem servum, cui minæ intentantur, potuisse domini mentem percipere. Nos furcam intelligimus ad

quam flagellis cædendi ad mortem rei collo alligati, arcte compressis faucibus vix poterant respirare nedum expuere.

3. *Lucani.*] *Populi Italiae dicti deinde Brutii.* Respondent jam illi parti Italiae, quæ dicitur Calabria.

4. *Magistrum equitum.*] *Magister equitum*, cui summum erat in equites imperium, a dictatore eligebatur: erat autem ut plurimum consularis, aut cum exigebat necessitas vir solers, consulatus non functus.

CAPUT XX.

Quæ vulgo dicuntur vivaria; id vocabulum veteres non dixisse; & quid pro eo P. Scipio in oratione ad populum, quid postea M. Varro in libris de re rustica dixerit usurpatum. ²⁰

Vivaria, quæ nunc dicuntur ^a sæpta quædam loca, in quibus feræ vivæ pascuntur, M. Varro in libro de re rustica tertio dicit *leporaria*

INTERPRETATIO.

^a *Clausæ.*

appellari. Verba Varronis ^b subjeci. ¹ *Villatica pastionis genera sunt tria,*
^c *ornithones, leporaria, piscina. Nunc ornithones dico omnium alitum, quæ*
intra parietes villa solent pasci. Leporaria te accipere volo, non ea quæ
tritavi nostri dicebant, ubi soli lepores sint; sed ^d omnia sæpta afficta adifi-
 5 *cia ville quæ sunt, & habent inclusa animalia quæ pascuntur. Is item in-*
fra in eodem libro ita scribit. Cum emisti fundum ² Tusculanum a M.
Pifone: in leporario apri fuere multi. Vivaria autem quæ nunc vulgus di-
cit, sunt quos ^e ἄγδαίσις Græci appellant: quæ autem leporaria Varro di-
 10 *cit, haud usquam memini apud vetustiores scriptum. Sed quod apud ³ Sci-*
pionem omnium ætatis suæ purissime locutum legimus roboraria; aliquot
Romæ doctos viros dicere audivi id significare, quod nos vivaria dici-
mus: appellataque esse a tabulis ^f roboreis, quibus sæpta essent: quod
genus sæptorum vidimus in Italia locis plerisque. Verba ex oratione ejus
 15 *contra Claudium Asellum quinta hæc sunt. Vbi agros optime cultos &*
villas expolitissimas vidisset; in his regionibus excelssimo locorum murum
statuere aiebat: inde ^g corrigere viam, ^h aliis per vineas medias, aliis per
roborarium atque piscinam, aliis per villam. Lacus vero & stagna, ⁱ quæ
piscibus vivis coercentur clausa, suo atque proprio nomine piscinas no-
 20 *minaverunt. Apiaria quoque vulgus dicit loca, in quibus ^k siti sint alvei*
apum: sed neminem eorum ferme, qui ^l incorrupte locuti sunt, aut scri-
pississe memini aut dixisse. Marcus autem Varro de re rustica tertio ^m με-
λιωῶνες, inquit, ita facere oportet, quæ quidam mellaria appellant. Sed
hoc verbum, quo Varro usus est, Græcum est. Nam μελιωῶνες ita dicun-
 tur, ut ⁿ ἀμπελωῶνες & σαφωῶνες.

INTERPRETATIO.

b apposui. c aviaria. d sed adificia omnia vallata adjuncta villa, quæ sunt inclusa, & habent, &c. e viridaria. f e quercu fabricatis. g rectam reddere.

h constructis itineribus, i quæ clausa continent vivos pisces. k collocata sint avicaria apum. l pure. m apiaria. n vinea, & laureta.

NOTÆ.

1. *Villatica pastionis.*] Villatica pastio est alimentum quo animalia pascuntur in villis.

2. *Tusculanum.*] Quod aliquot post annis Ciceronis prædium fuit; nunc est insigne monachorum cœnobium, diciturque *Grotta ferrata*. Tusculum est

Frascati.

3. *Scipionem.*] Hic ille Scipio est cujus eloquentia & ingenium mirum in modum extollitur a Tullio, & quem Terentii cœmædiis extremam manum apposuisse cum Lælio nonnulli suspicati sunt. Consule notas in cap. IV. lib. III.

CAPUT XXI.

Super eo fidere, quod Græci ἀμαξαν, nos septentriones vocamus: ac de utriusque vocabuli ratione & origine.

AB Ægina in Piræum complusculi earundem disciplinarum sectatores Græci Romanique homines eadem in navi tramittebamus. Nox fuit, & clemens mare, & anni æstas, cælumque liquide serenum; sedebamus ergo in puppi simul universi, & lucentia sidera considerabamus. Tum quispiam ex iis, qui eodem in numero Græcas res eruditi erant, quid ἀμαξα esset, quid ἄρκτος, quid βοώτης, & quænam major ἄρκτος, & quæ minor, cur ita appellata, & quam in partem procedentis noctis spatio moverentur; & quamobrem Homerus solam eam non occidere dicat, cum & quædam alia non occidant; scite ista omnia ac perite disserebat. Hic ego ad nostros juvenes convertor, & Quid, inquam, vos opici dicitis mihi? Quare quod ἀμαξαν Græci vocant, nos septentriones vocamus? Non enim satis est, quod septem stellas videmus: sed quid hoc totum, quod septentriones dicimus, significet, scire, inquam, id prolixius volo. Tum quispiam ex iis, qui se ad literas memorialisque veteres dederant, Vulgus, inquit, grammaticorum septentriones a solo numero stellarum dictum putat. Triones enim per sese nihil significare aiunt, sed vocabuli esse supplementum; sicut in eo quod quatuor dicimus, quod quinque ab idibus dierum numerus sit; atrus ni-

INTERPRETATIO.

a Satis multi. b doctrinarum studiosi. c trajiciebamus mare. d in Græcis artibus periti. e ursa. f Bootes. g eleganter. h im-

NOTÆ.

1. Ægina.] Insula prope Peloponnesum, alias Oenone dicta. Hodie Engia nominatur.

2. Piræum.] Portus fuit Athenarum celeberrimus, quadringentarum navium capax.

3. Ἀμαξα.] Sive plaustrum, sidus ad septentrionem vergens.

4. Ἀρκτος.] Proprie significat ursam, accipitur tamen pro signo septentrionali. Huic appellationi dedit occasionem fabula Callisto, quæ fuit Lycaonis Arcadiae regis filia, quam violatam a Jove indignans Juno mutavit in Ursam: hanc deinde Jupiter inter sidera transtulit.

5. Βοώτης.] Bootes Jovis ex Callisto filius, una cum matre in cælum est translatus.

6. Opici.] Rudes ita dictos aliqui volunt ab Opicis antiquissimis Italiae populis, qui litus Etruscum incolere.

7. Quinquatrus.] Quinquatria fuisse apud Romanos festa Minervæ seu Palladii consecrata. Primis temporibus unus tantum in hoc festum dies infumebatur, qui, quod incideret post v. idus Martias, quinquatrus vocatus est, eo modo quo dies post vi. idus, sextatrus, post vii. septimatrus dicebatur. Deinde vero cum per quinque dies solidos ea festa celebrata sunt, Quinquatria sunt appellata. Varro, Festus, Ovidius.

8. Idus.] Martio, Maio, Junio, & Octobri mense dies erat xv. reliquis mensibus XIII.

hil significet. Sed ego quidem cum ^k L. Ælio & M. Varrone sentio, qui *triones* rustico certo vocabulo boves appellatos scribunt, quasi quosdam *terriones*, hoc est arandæ colendæque terræ idoneos. Itaque hoc sidus, quod a figura posituraque ipsa, quia simile plaustrum videtur, antiqui Græcorum ^l *ἑπταστήριον* dixerunt, nostri quoque veteres a bubus junctis *septentriones* appellarunt: id est, a septem stellis, ex quibus quasi juncti *triones* figurantur. Præter hanc, inquit, opinionem, id quoque Varro addit, dubitare sese an propterea magis hæ septem stellæ *triones* appellatæ sint, quia ita sunt sitæ; ut ternæ stellæ proximæ quæque inter sese faciant ⁿ trigona, id est, ^o triquetras figuras. Ex his duabus rationibus, quas ille dixit, quod posterius est, subtilius elegantiusque visum est. Intuentibus enim nobis in illud ita propemodum res erat, ut ea forma esse triquetra videretur.

INTERPRETATIO.

^k assentior L. Ælio. ^l plaustrum. ^m representantur, ⁿ triangulum. ^o triangulares.

CAPUT XXII.

¹⁵ De vento Iapyge, deque aliorum ventorum vocabulis regionibusque accepta e Favorini sermionibus.

A PUD mensam Favorini in convivio familiari legi solitum erat aut verus carmen ^a melici poetæ, aut historia partim Græcæ linguæ, alias Latinæ. Legebatur ergo tunc ibi in carmine Latino *ἰαπυγῆς* ventus. Quæsitum est quis hic ventus, & quibus ex locis spiraret, & quæ tam infrequentis vocabuli ratio esset: atque etiam petebamus, ut super ceterorum nominibus regionibusque ipse nos docere vellet, quia vulgo neque de appellationibus eorum, neque de ^a finibus, neque de numero conveniret. Tum Favorinus ^b ita fabulatus est. Satis, inquit, notum est, limites regionesque esse cæli quatuor, *exortum*, *occasum*, *meridiem*, *septentrionem*. ² *Exortus* & *occasus* mobilia & varia sunt. *Meridies*, *septentriones*que statu perpetuo stant & manent. Oritur enim sol non indidem semper; sed aut ³ *æquinoctialis oriens* dicitur, cum in circulo currit, qui

INTERPRETATIO.

^a De regionibus qua spirant. ^b sic differunt.

NOTA.

1. *Poeta melici.*] Id est, lyrici: melicus idem sonat quod musicus, a Græco nomine *μῦσος*; quod cantum significat. Unde & Lyrici poetæ melici dicti sunt vel ab ipso Cicerone.

2. *Exortus & occasus mobilia.*] Id

quotidie oculis deprehendere licet, solent nec oriri nec occidere semper eadem cæli regione.

3. *Æquinoctialis oriens.*] Tum censetur oriens æquinoctialis, cum sol toto terrarum orbe noctes & dies æquales appellatur

appellatur ^c ἰσημερινός aut ἰσημερινός, aut ^d solstitialis, aut *brumalis*: quæ sunt ^d θεινὰ ὄροσται καὶ χειμερῖναι. Item cadit sol non in eundem semper locum. Fit enim similiter *occasus* ejus aut *æquinoctialis*, aut *solstitialis*, aut *brumalis*. Qui ventus igitur ab oriente verno, id est, æquinoctiali venit, nominatur *Eurus* ficto vocabulo, ut isti ^e ἐπιμολογικοί aiunt; ^f ἀπὸ τῆς ἑσπέρων. Is alio quoque a Græcis nomine ἀπλιώτης, a Romanis nauticis *Subsolanus* cognominatur. Sed qui ab æstiva & solstitiali orientis meta venit, Latine *Aquilo*, *Boreas* Græce dicitur. Eumque propterea quidam dicunt ab Homero ^g αἰθρηγενέτιω appellatum: *Boream* autem putant dictum ^h ἀπὸ τῆς βοῆς; quoniam sit violenti flatus & sonori. Tertium ventum, qui ab oriente hiberno spirat: *Vulturnum* Romani vocant. Eum plerique Græci mixto nomine, quod inter *Notum* & *Eurum* sit, ἐυέροτον appellant. Hi sunt igitur tres venti orientales; *Aquilo*, *Vulturnum*, *Eurus*. Quorum medius *Eurus* est. His oppositi & contrarii sunt alii tres occidentii; *Caurus* quem solent Græci ⁱ ἀργέστην vocare. Is adversus Aquilonem flat. Item alter *Favonius*, qui Græce vocatur ζέφυρος. Is adversus *Eurum* flat. Tertius *Africus*, qui Græce vocatur λίψ. Is adversus *Vulturnum* flat. Ex duæ regiones cæli orientis occidentisque ^k inter sese adversæ sex habere ventos videntur. Meridies autem, quoniam certo atque fixo limite est, unum meridionalem ventum habet. Is Latine *Auster*, Græce νότος nominatur, quoniam est nebulosus atque ^lhumectus. νότις enim Græce *humor* nominatur. *Septentriones* autem habent ob eandem causam unum. Is ^m objectus directusque in Austrum Latine *Septentrionarius*, Græce ⁿ ἀπαρκίτης appellatus. Ex his octo ventis alii quatuor detrahunt ventos; atque id facere se dicunt Homero auctore, qui solos quatuor ventos noverit, *Eurum*, *Austrum*, *Aquilonem*, *Favonium*. Versus Homeri sunt:

οὐδὲν δ' ἐυέρος τ' ἔπεσε, ζέφυρος τε, νότος τε δυσουῖς,

καὶ βορέης αἰθρηγενέτης μέγα κῆμα κωλίνδων.

A quatuor cæli partibus, quas quasi primas nominavimus, oriente scilicet atque occidente latioribus atque simplicibus: non ^p tripertitis.

INTERPRETATIO.

<p>^c <i>Æquinoctialis</i>, vel <i>aquidialis</i>, aut <i>æstivus</i> aut <i>hibernus</i>. ^d <i>æstiva</i> conversiones aut <i>hyberna</i>. ^e <i>originem</i> vocabuli indagantes. ^f <i>ab aurora</i> fluens ^g <i>serenum</i>. ^h <i>a boatus</i>. ⁱ <i>procellosum</i>. ^k <i>sibi opposta</i>. ^l <i>humidus</i>. ^m <i>oppositus</i>. ⁿ <i>septentrio</i>.</p>	<p>o <i>Simul vero Eurumque incidit, Zephyrusque, Notusque violentus,</i> ^g <i>Boreas serenus magnum fluctum volvens,</i> ^p <i>tripliciter divisus.</i></p>
---	---

NOTÆ.

ficit: id autem bis in anno contingit, in principio Arietis, XXI. Martii, tumque vernum tempus est; & in principio Libræ XXI. Septemb. quo tempore autumnus incipit.

4. *Solstitialis*.] Solstitium dicitur cum sol ultra non progreditur, sed incipit re-

trogredi. Quanquam autem duo sunt solstitia, hybernum alterum ex quo solent dies ire longiores: alterum æstivum ex quo sol ad inferiores incipit circulos reverti; tamen nescio quo jure nomen commune solstitium æstivum ut proprium sibi vindicavit.

¶ Partim autem sunt, qui pro octo duodecim faciunt; et inter hos, quatuor, in media loca inferentes, cum meridie septentriones; eadem ratione, qua secundi quatuor interstiti sunt inter primores duos apud orientem occidentemque. Sunt porro alia quaedam nomina quasi peculiarium ventorum; quæ incolæ in suis quisque regionibus fecerunt, aut ex locorum vocabulis in quibus colunt, aut ex aliqua causa, quæ ad faciendum vocabulum acciderat. Nostri namque Galli ventum ex sua terra flantem, quem sævissimum patiuntur, *Circium* appellant, a turbine, opinor, ejus ac vertigine: Iapyga ex ipsius ⁶ Apulix ⁷ ora proficiscentem, eodem & ipsi nomine *Iapygem* dicunt. Eum esse propemodum *Caurum* existimo; nam & est occidentalis, & videtur adversus *Eurum* flare. Itaque Virgilius ⁸ Cleopatram e navali prælio in *Ægyptum* fugientem vento Iapyge ferri ait. Equum quoque Apulum eodem, quo ventum vocabulo, *Iapygem* appellavit. Est etiam ventus nomine *Cacias*; quem Aristoteles ita flare dicit ut nubes non procul propellat, sed ut ad sese vocet, ex quo versum istum proverbialem factum ait:

Ἐὖ ἑαυτὸν ἔλκων ὡς ὁ Κακίας νέφος.

Præter hos autem, quos dixi, sunt alii plurifariam venti commenticii suæ quisque regionis indigenæ; ut est ⁹ Horatianus quoque ille ¹⁰ *Ata-*

INTERPRETATIO.

q. aliqui. ¶ inter ventos a septentrione & meridie interponentes in mediis locis quatuor alios ventos. ¶ quatuor illi adjacentes venti sunt a latere duorum primorum ventorum in partibus orientis &

occidentis, et habitant. ¶ mala ad se ipsum trahens, ut *Cacias* nubem. x variis nominibus sunt venti, appellati ad arbitrium incolarum ejus regionis in qua spirant.

NOTÆ.

5. *Nostri Galli*.] Gallos Favorinus dicit nostros, quia ipse oriundus erat Arelate in Gallia; ut memini me dicere in libro I. Unde videas quam crassus sit eorum error, qui cum non attenderent hic loqui Favorinum, inde asseruerint Gellium esse Gallum.

6. *Apulia*.] *Apulia* quam vernacule dicimus *la Pouille*, Italiæ regio nunc in regno Neapolitano: alias dicta quocumque est *Iapygia* ab *Iapyge* Dædali filio.

7. *Ora*.] Legit Ascensius ex ipsius *Apulia ora proficiscentem quasi finibus*: H. Stephanus ex ipsius *Apulia ore proficiscentem*. Thyfius *Iapygia ipsius ore proficiscentem quasi finibus*.

8. *Cleopatram*.] *Cleopatram* Ptolemæi Auletæ filiam, *Ægypti* reginam M. Antonius, Octavia sorore Cæsaris repudiata, duxit uxorem. Eum Cæsar

qui fuit Octavius Augustus bello aggredditur, & apud Actium navali prælio debellatum fugere in *Ægyptum* compulit. Hic rebus desperatis Antonius ferro: *Cleopatra* ad mota sibi aspide, expers muliebris metus, vitam finivit. An. U. C. Iocxxxiii. ante Christum xxxi. *Vel-leius*, &c.

9. *Horatianus*.] Id est, adhibitus ab Horatio qui poetarum lyricorum inter Latinos princeps, patre libertino *Venusiæ*, quæ urbs est in *Apulia*, natus, *Mæcenati* primum, deinde Augusto charissimus fuit. *Quinquagenarius* obiit anno ante Christum xi.

10. *Atabulus*.] Ventus est in *Apulia* infestissimus, Græca appellatione, quasi τὸ ἀτὸν βάλῃ, id est, detrimentum injiceret.

Eolus; quos ipse quoque γ exsecutus fuit: addidissetque eos, qui ¹¹ *Etesia* & ¹² *Prodromi* appellantur, qui certo tempore anni cum ¹³ canis oritur ex alia atque alia parte cæli spirant; rationesque omnium vocabulorum, quia plus paulo ^a adhibi, effudisset: nisi multa jam prorsus omnibus vobis reticentibus verba fecissem, quasi fieret a me ^b ἀνεγὰς ἐπιδεικνύ. 5

In convivio autem frequenti loqui solum unum neque honestum est, inquit, neque commodum. Hæc nobis Favorinus in eo, quo dixi, tempore apud mensam suam summa cum elegantia verborum totiusque sermonis comitate atque gratia denarravit. Sed quod ait ventum, qui ex terra Gallia flaret, *Circium* appellari; M. Cato tertio libro Originum eum ventum *Cercium* dicit non *Circium*. Nam cum de Hispanis scriberet, qui citra ¹⁴ Hiberum colunt, verba hæc posuit. *Sunt in his regionibus ferraria, argenti fodina pulcherrima, mons ex sale mero magnus; quantum demas, tantum adcrevit. Ventus Cercius, cum loquere, buccam implet; armatum hominem, plaustrum oneratum ^d percussit.* Quod supra autem dixi *Etesias* ex alia atque alia cæli parte flare; haud scio an secutus opinionem multorum temere dixerim. ¹⁵ P. Nigidii in secundo librorum, quos de vento composuit, verba hæc sunt. *Etesia & Austri anni-versarii ^e secundo sole flant.* Considerandum igitur est quid sit ¹⁶ secundo sole.

INTERPRETATIO.

γ recensissem. z canicula sidus. a indagavi. b audientia ad ostentationem parata. c fodina ferri. d dejecit in terram.

NOTÆ.

11. *Etesia*] Venti sunt qui quod certa anni tempestate spirent, *εἰρηνοί*, id est, anni dicti sunt.

12. *Prodromi*.] Prodomos quasi præcursores dixerunt Græci ventos Aquilones, quorum flatus ortum caniculæ diebus octo præcedit, ut notat Plinius.

13. *Canis oritur*.] Canicula sidus ardentissimum die xxii. Julii oritur, nec nisi post xxii. Augusti occidit.

14. *Hiberum*] Hiberus vel Iberus Hispaniæ fluvius aureis arenis celeberrimus, oritur apud Cantabros, & in mare Balearicum evolvitur. *Ebro* nunc appellatur.

15. *P. Nigidii*.] P. Nigidius Figulus secundum Varronem Romanorum doctissimus, ex eo Figuli cognomen habuit, quod interroganti cur gemini eo-

dem tempore in lucem editi diversa conditione nascerentur, exemplum rotæ a figulo maxima rapiditate revolutæ attulerit, ut diversam eodem propemodum temporis puncto cæli affectionem excellerima conversione & incredibili motu probaret. Familiaris admodum fuit Ciceroni a quo dicitur in Epistolarum lib. IV. unus omnium doctissimus & sanctissimus & amicissimus. Eum in Chronico refert Eusebius Pythagoricum & magum fuisse, & in exilio mortuum Olymp. clxxxiv. annis ante Christum xliv.

16. *Secundo sole*.] Ut navis quæ cursum fluvii sequitur, ferri dicitur secundo flumine; sic ventus non spirans adversus cursum solis censetur flare secundo sole.

CAPUT XXIII.

*Consultatio dijudicatioque locorum facta ex comœdia Menandri
& Cœcili, quæ Plocium inscripta est.*

COMœdias lectitamus nostrorum poetarum sumtas ac versas de Græcis, ^a Menandro ac ^b Posidippo aut ^c Apollodoro aut ^d Alexide & quibusdam item aliis comicis. Atqui cum legimus eas, ^e nihil sane displicent, quin lepidæ quoque & venuste scriptæ videntur, prorsus ut melius posse fieri nihil censeas. At enim si conferas & componas Græca ipsa, unde illa venerunt, ac ^f singula considerate atque apte junctis & alternis lectionibus committas: ^g oppido quam jacere atque fordere incipiunt, quæ Latina sunt, ^h ita Græcarum, quas æmulari nequiverunt, facietis atque luminibus obsolescunt. Nuper adeo ⁱ usus hujus rei nobis venit. ^j Cæcili Plocium legebamus: haudquaquam mihi & qui aderant displicebat. ^k Libitum est Menandri quoque Plocium legere, a quo istam comœdiam verterat. Sed enim postquam in manus Menander venit: a principio statim; di boni! ^l quantum stupere atque frigere, quantumque mutare a Menandro Cæcilius visus est! ^m Diomedis hercle arma & Glauci

INTERPRETATIO.

a Nulla in re improbantur a nobis, imo videntur composita festiue & eleganter. b & attente diligenterque conferas qualibet, ea legendo simul & alternatim. c maxime. d adeo obscurantur joci & elegantiss Græcarum comœdiarum quas imitari non potuerunt. e hoc sumus experti. f placuit nobis. g quam frigidus & hebes scriptor esse visus est Cæcilius, & quantum degenerare visus est à Menandro!

NOTÆ.

1. *Menandro.*] Menander poeta comicus comœdias amplius centum scripsit & epistolas aliquot, quæ omnia desiderantur, nisi quod ex versibus sententiosa quædam supersunt. Natus est Olympiade cix. anno iii ante Christum cccxlii. Obiit Eusebio teste Olymp. cxxi. an. iv. ante Christum cccxlii.

2. *Posidippo.*] Posidippus in nova comœdia princeps, floruit mortuo Menandro, fabulas scripsit xxx.

3. *Apollodoro.*] Is fuit comicus poeta, Menandri æmulus, Asclepiadæ filius, Atheniensis genere, Panæti Rhodii discipulus, autor versuum tragiamborum *Suidas*. Floruit anno ante Christum circiter ccl.

A. *Alexide.*] Alexis, Thurius, pa-

truus Menandri floruit Olymp. cxii. ante Christum annis cccxxv.

5. *Cæcili.*] Staius Cæcilius natione Insuber Gallus, professione comicus poeta Romæ vixit: & comœdiæ princeps habitus est ætate sua. Eum licet dicat Cicero malum Latinitatis autorem, tamen ei primas inter comicos tribuit Volcatus Sedigitus, ut refert Gellius lib. xv. c. xiv. Claruit an. U. C. iolxxvii. ante Christum clxxviii.

6. *Diomedis, &c.*] Erant arma Diomedis Græci militis arca, Glauci vero Lyciorum principis aurea, quæ in signum veteris necessitudinis ambo invicem commutavere, ut fingit Homerus in Iliade.

non dispari magis precio existimata sunt. Accesserat dehinc lectio ad eum locum, in quo maritus senex super uxore divite atque deformi querebatur, quod ancillam suam, h non incito puellam ministerio & facie non inliberali, coactus erat venundare suspectam uxori i quasi pellicem: nihil dicam ego quantum differat versus utriusque eximius: sit satis aliis ad iudicium faciendum exponi. Menander k sic:

17 Επ' ἀμφοτέρων ἴν' ἐπίκληρος ἢ μέλλειν κρεαυδύσην

Κατεργάσασα μέγα, καὶ ἀειβόητον ἔργον,

Ἐκ τ' οἰκίας ἐξέβαλε τίμω λυποδοῦν, ὡς βέλετο.

Ἰν' ἐπιβλέπωσι πάντες εἰς τὸ Κρεαυδύλης πρόσωπον.

Ἡγ' ὀργῶς ἔειχέ με γυνὴ δέσποινά.

Καὶ τίμω ὄψιν αὐτῆς ἐκτίσασα. 8 ὄνθ' ἐν πιδήκοις,

Τὶ τὸ λεγόμενον ὄσι· δι' ἧτο, σιωπᾶν βέλομαι

Τίμω νύκτα τίμω πολλῶν κακῶν ἀρχήν.

Οἱμοὶ κρεαυδύλῳ λαβεῖν ἐμέ, καὶ δέκα τέλαυτα,

Γύαλον ἔσσι πηχέας. εἴτ' ἐστὶ τὸ φρύαγμα.

Εἶπος ἀνυπίστατον. Διὰ τὸν Ολύμπου.

Καὶ 9 Ἀθλιῶν οὐδαμῶς παιδιόχαριον, θεραπυτικὸν δὲ

λόγου τάχον, ἀπαχάδω δὲ πρὸς ἢ ἀπ' ἀντισηζάρι.

INTERPRETATIO.

h peritam in ministeriis exhibendis, & vultu non deformi. i quasi fuisset concubina, k scribit.

l In utramque aurem, si quidem data sit, debes dormire

operata magnam & memorabile opus: e domo ejecit tristem quam volebat. ut intueantur omnes in Creobula vultum

qua celebris est mulier mea domina propter formam quam possidet: cum essem asinus inter simias;

quod vulgo dicitur. Est ita sane. Si-

lere volo
noctem plurimorum malorum auctorem
hei mihi cur Creobulam uxorem accepi & decem talenta!
muliercula cum sit cubitalis. Præterea is est fastus hujus mulierculæ, ut sit intolerabilis. Per Iovem Olympium
& Minervam nequaquam puellulam, ancillamque
dicto citius, aliquis expellat aut revocet.

NOTÆ.

7. Επ' ἀμφοτέρων.] Hos Menandri versus mirum in modum depravatos ita corrigi Hugo Grotius.

Επ' ἀμφοτέρων, ἴν' ἐπίκληρος ἢ,

Μέλλει κρεαυδύσην κατεργάσασα μέγα

Καὶ ἀειβόητον ἔργον· ἐκ τ' οἰκίας

Εξέβαλε τὴν λυποδοῦν ἢν ἐβέλετο,

Ἰν' ἐπιβλέπωσι πάντες εἰς τὸ Κρεαυδύλης

Πρόσωπον· ἢ δ' οὐγνωστε ἢ γ' ἐμὴ γυνὴ

Δέσποινά διὰ τὴν ὄψιν ἢν ἐκτίσασα.

ὄνθ' ἐν πιδήκοις ἐστὶ δὴ τὸ λεγόμενον

Τετοῖ· σιωπᾶν βέλομαι τὴν νύκτα τὴν

Πολλῶν κακῶν ἀρχήν· διὸ Κρεαυδύλῳ

Κρεαυδύλῳ Κρεαυδύλῳ λαβεῖν με &

Τέλαυτα δέκα, γύαλον ἔσσι πηχέας.
Εἴτ' ἐστὶ τὸ φρύαγμα πῶς ἀν' ὑπόσταται;
Διὰ τὸν Ολύμπου καὶ Ἀθλιῶν, οὐδαμῶς
Παιδιόχαριον θεραπυτικὸν τάχον λόγου
Ἀπὸ γ' ἔσω, τίς δ' ἀπ' ἢν ἀντισηζάρι;

8. ὄνθ' ἐν πιδήκοις.] Afinus inter simias: convenit hoc proverbium stolido, qui in homines callidos incidit, a quibus impune rideatur.

9. Ἀθλιῶν.] Minervam. Hæc est disciplinarum dea, quæ eum representet sapientiam, dicitur e cerebulo Jovis prodidiisse. Pallas eadem alio nomine dicitur.

Cæcilius autem sic :

- ^m SENEX. *Is demum miser est, qui arumnam suam nequit occultare. MA. Fere ita me uxor forma & factis facit. Si taceam; tamen indicium est. Quæ, nisi dotem, omnia Quæ nolis, habet. qui sapit, de me discet: qui, quasi Ad hostes captus; libere servio, salva urbe atque arce. Quæ mihi quicquid placet, eo privat. Tu vin' me servatum? Dum ejus mortem inbio: egomet vivo mortuus Inter vivos. Ea me, clam se, cum mea ancilla ait Consuetum; id me arguit: ita plorando, orando, Instando atque objurgando me obtudit, uti eam Venundarem: nunc credo inter suas equalis Et cognatas sermonem serit. Quæ vostrum fuit Integra atatula, quæ hoc itidem a viro Impetravit suo, quod ego anus modo Effeci, pellice ut meum privarem virum? Hæc erunt concilia hodie. Differor sermone miser.*

- Præter venustatem autem rerum atque verborum in duobus libris nequaquam parem, in hoc equidem soleo animum attendere, quod quæ
 20 Menander præclare & apposite & facete scripsit, ea Cæcilius nequaquam potuit, ne quidem conatus est, enarrare; sed quasi minime probanda prætermisit; & alia nescio quæ mimica inculcavit, & illud Menandri de vita hominum media suntum simplex & verum & delectabile, nescio quo pacto, omisit. Idem enim ille maritus senex cum altero senæ
 25 vicino colloquens & uxoris locupletis superbiam deprecans hæc ait :

^m 10 Εξω δ' ἐπιληνεσν, Λαμία, οὐκ ἔπειρά σοι Τῆτ'. οὐχί. κρείων τῆς οἰκίας, καὶ τῆς ἀγῶν.

INTERPRETATIO.

m *Is denique infelix est, qui non potest regere suas miseras. Conjux mea suis actionibus & pulchritudine me in eum statum adduxit. Etsi nihil dicam, tamen produnt se miseria mea. Vxor mea habet, excepta dote, omnia quæ nollem eam habere. Qui sapiens est docebitur exemplo meo, qui tanquam captivus inter hostes, libenter servio incolam civitate & arce; quæ aufert a me quicquid mihi arripet. An eo in statu vis me salvum esse. Dum voveo ejus mortem, interim vivo mortuus inter vivos. Dicit se absente mihi familiaritatem esse cum mea an-*

cilla. Ea de re me accusat: adeo me fatigavit flendo, precando, urgendo & exprobrando, ut eam venderem. Puto jam ita loquitur inter suas aequales & affines: quæ vestrum fuit quæ florenti juventuti obtinuerit a suo conjugè idem quod ego vetula sum consecuta, ut meo marito auferrem concubinam. De his agent in suis catibus. Infelix eorum colloquii profector.

n *Habeo sane dotatam, Lamia: non dixi tibi*

hoc. *Minime dominam domus & agrorum,*

NOTÆ.

10. Εξω δ'.] Hos versus quorum hic numeri minime coherent, sic reformat Grotius, personis ubi literæ diversæ sunt

mutatis.

A. Εξω δ' ἐπιληνον Λαμίαν, καὶ εἰρηλάτην Τῆτ'; B. Οὐχί. A. Ταύτης κυρίας τῆς οἰκίας

Καὶ πάντων αὐτ' ἐκείνης ἐχρῆτο ἀφ' ἑλάν χαλεπῶν
 χαλεπώτατον. ἅπανσι δ' ἀργαλέα ἐστὶν οὐκ ἐμοὶ μόνω,
 γιῶν, πολὺ μᾶλλον θυγατέι. πρῶγμα ἄμαχον λέγεις,
 εὖ οἶδα.

Cæcilius vero hoc in loco ridiculus magis quam personæ isti, quam tra-
 ctabat, aptus atque conveniens videri maluit. Sic enim hæc corruptit;

SE. Sed tua morosa-ne uxor queso est? MA. Quam? rogas?

SE. Qui tandem? MA. Tedet mentionis quæ mihi,

Ubi domum adveni ac sedi, extemplo savium

Dat¹¹ jejuna anima. SE. Nihil peccat de savio.

Ut devomas volt quod foris potaveris,

Quid de illo quoque loco in utraque comœdia posito existimari debeat
 manifestum est. Cujus loci hæc ferme sententia. Filia hominis pauperis
 in P pervigilio vitata est. Ea res clam patrefuit: & habebatur pro vir-
 gine. Ex eo vitio gravida mensibus exactis parturit. Servus⁴ bonæ frugi,
 cum^r pro foribus domus staret & propinquare partum herili filiæ atque
 omnino vitium esse oblatum ignoraret, gemitum & ploratum audit puellæ
 in puerperio^t enitentis: timet, irascitur, suspicatur, miseretur, dolet.
 Hi omnes motus ejus affectionesque animi in Græca quidem comœdia
 mirabiliter acres & illustres: apud Cæcilium autem^t pigra hæc omnia &
 a rerum dignitate atque gratia vacua sunt. Post, ubi idem servus per-
 cunctando quod acciderat repperit, has apud Menandrum voces facit:

ὦ ὦ τρεῖς κηκοδαίμων ὅστις ὦν πίνης γαμεῖ,

INTERPRETATIO.

omnia pro illa accepimus, hoc est ex
 omnibus molestis

molestissimum. Omnibus certo difficilis
 est non mihi uni,
 sed filio, multo magis filia. Rem into-
 lerabilem narras.

Recte novi.

o Verum, amabo te, an conjux tua diffi-
 cilis est? Quam est morosa? Id quaris?
 Quomodo tandem est morosa? Piget loqui

de ea conjuge qua mihi domum ingre-
 dienti dat statim osculum ore foetido. Non
 peccat in eo quod te osculetur, cupit ut
 eruētes id quod bibisti extra domum. p in
 vigiliis totius noctis violata est. q bo-
 nis moribus. r ante januam domus. t la-
 borantis. t omnia sunt frigida, & carent
 majestate rerum & gratia.
 u O ter infelix, quicumque existens
 pauper uxorem accipit,

NOTÆ.

Καὶ τ' ἀργῶν. πάντ' αὐτ' ἐκείνης ἐχρῆτο.

B. Κακὸν, ὃ Ἀπολλὸν τ' χαλεπῶν χαλεπώ-
 ταιτον.

A. Ἀπανσι δ' ἀργαλέα ἐστὶν, ἀκ ἐμοὶ μόνω,
 γιῶν, πολὺ μᾶλλον θυγατέι. B. Πρῶγμα
 ἄμαχον λέγεις.

A. Εὖ οἶδα.

11. jejuna anima.] Male olenti an-
 helitur spirat plerumque qui jejunos
 est. Contra qui sumsit aliquid cibi ha-
 litum reddit minime gravem: halitus

enim qui vel pulmonis, vel dentium
 vitio sæpe corruptus est, ciborum odo-
 re commendatur. Aliam Aristoteles in
 Problematis, sectione XIII. affert ra-
 tionem, nimirum quod inani ventre
 minufque agitato calidior factus aer spi-
 ritum & excrementa putrefacere potest,
 immobili pituita: calidiorum autem ef-
 fici hinc patet, quod sitim excitate so-
 leat jejunium.

Καὶ παιδοποιεῖν ὡς ἀλόγιστος ἔσ' αἰὴρ,
 Ὅς μήτε φυλακῆν ἔσ' ἀνάγκων ἔχει,
 12 Εἰ μήτε ἀνατιγῆσθαι εἰς τὰ κοινὰ τοῦ βίου.
 Ἐπαμφιεῖται δὴνάτις τῆτο χρέμασιν,
 3 Ἀλλ' ἐν ἀνακαλύπτῳ καὶ τάλαιπώρῳ βίῳ
 Χειμαζόμενος, ζῆσθ' μὲν, ἀνταρῶν δ' ἔχων τὸ μέγας,
 Ἀπείτων ἀγαθῶν οὐ δυνάμενος.
 Ὑπὲρ γὰρ ἑνὸς ἀλέγων, ἀπαιτίας γινέσθω.

Ad horum autem x sinceritatem veritatemque verborum an y adspiraverit Cæcilius consideremus ; versus sunt hi Cæciliii z trunca quædam ex Menandro dicentis, & a confarcinantis verba tragici tumoris :

Is demum infortunatus est homo
 Pauper, qui b educit in egestate liberos :
 c Fortuna e res est ut continuo pareat.

15 Nam opulento famam facile occultat factio.
 Itaque, ut supra dixi, cum hæc Cæciliii verba d seorsum lego : neutiquam videntur ingrata e ignavaque : cum autem Græca comparo & f contendo : non puto Cæciliium sequi debuisse, quod assequi nequireret.

INTERPRETATIO.

<p>e gignit liberos ! Quam rationis expers est vir, qui neque præsidium in necessitate habet, neque aliquid sibi comparat ad communiam vite. Occultare opulentus potest hoc divitiis ; sed in nudata & calamitosa vita hibernans, quarens quidem, molestiam</p>	<p>vero habens partem, omnium bonorum expers. De uno curans, omnes admono. x puritatem, y pervenerit. z fragmenta. a e congmentantis verba ampullata tragico more, b educat. c ejus conditio e paupertas exigit ut semper obediat. Nam opes facile tegunt opprobrium divitiis. d separatim. e frigida. f confero.</p>
--	--

NOTÆ.

12. Εἰ μήτε.] Versus consequentes in quibus nec numeri nec modi satis cohererent, ita restituumus
 Μὴτ' ἀνατιγῆσαι εἰς τὰ κοινὰ τοῦ βίου
 Ἐπαμφιεῖται δὴνάτις τῆτο χρέμασιν.
 Ἀλλ' ἐν ἀνακαλύπτῳ καὶ τάλαιπώρῳ βίῳ
 Χειμαζόμενος ἔσ', ἀνταρῶν ἔχων
 Το μέγας ἀπάντων, ἀγαθῶν δ' ἐκ δυνάμενος.

Qui duo ultimi versus ad verbum sic reddi Latine possunt. Hibernans vitam molestiarum habens partem omnium, bonorum autem nequaquam potens habere partem ullam.

CAPUT XXIV.

De a vetere parsimonia, deque antiquis legibus b sumptuariis.

10 PARSIMONIA apud veteres Romanos & victus atque cœnarum tenuitas non domestica solum observatione ac c disciplina, sed publica quoque

INTERPRETATIO.

a De antiqua frugalitate, b moderantibus sumptum. c institutione.

animadversione

animadversione legumque complurium sanctionibus custodita est. Legi adeo nuper in Capitonis Atei ¹ conjectaneis senatus decretum vetus ² C. Fannio & M. Valerio Messala Coss. factum, in quo jubentur principes civitatis, qui ³ ludis Megalensibus antiquo ritu mutuitarent, id est, mutua ^d inter sese convivia agitent, jurare apud consules ^e verbis conceptis non amplius in singulas cœnas sumtus esse facturos, quam ⁴ ^fcentenos vicenosque æris, præter olus & far & vinum; neque vino ^g alienigena sed patrio usuros; neque argenti in convivio plus pondo, quam libras centum illaturos. Sed post id senatusconsultum lex Fannia lata est, quæ ⁵ ludis Romanis, item ⁶ ludis plebeis & ⁷ Saturnalibus & aliis quibusdam diebus, in singulos dies centenos æris ^h infumi concessit, decemque aliis diebus in singulis mensibus ⁱ tricenos; cæteris autem omnibus diebus denos. Hanc Lucilius poeta legem ^k signat, cum dicit:

¹ Fanni centussisque misellos.

In quo erraverunt quidam commentariorum in Lucilium scriptores, quod putaverunt Fannia lege perpetuos in omne dierum genus centenos æris statutos. Centum enim æris Fannius constituit, sicuti supra dixi, festis quibusdam diebus; eosque ipsos dies nominavit. Aliorum autem dierum omnium in singulos dies sumtus inclusit intra æris alias tricenos, alias denos. ⁸ Lex deinde Licinia ^m rogata est; quæ cum certis diebus, sicuti

INTERPRETATIO.

d celebrarent invicem mutua convivia. | 1 miseros ob legem a Fannio latam, & e certa verborum formula. f centum viginti asses. g ab externa regione advecto. h asses expendi. i triginta. k indicat. | centum asses ad sumptum quotidianum constitutos. m lata est.

NOTÆ.

1. *Conjectaneis.*] Conjectanea, liber Capitonis Ateii, cujus vix ullum jam extat vestigium.

2. *C. Fannio, & M. Messala Coss.*] Hi consularum inierunt anno U. C. non IOLXXXIX. ut ait Batavus interpres, sed IOXCIII. ut demonstrant fasti consulares, & Cassiodorus, ante Christum CLXI.

3. *Ludis Megalensibus.*] In honorem magnæ Deorum matris celebrabantur hi ludi per VI. dies a IV. ad IX. diem Aprilis. Ita sunt appellati a Megalesio templo prope Pessinuntem in Paphlagonia, unde ejus simulacrum Romam advectum est: eo, teste Livio, primus instituit M. Junius Brutus.

4. *Centenos vicenosque æris.*] Intellige asses: quod nomen as, ab ære derivatur, idemque omnino significant as, & pondo & libra æris. As autem quinque-

circiter denariis Francicis expenditur. Unde centum & viginti asses Romani ad quinquaginta circiter asses nostrates rediguntur.

5. *Ludis Romanis.*] Ludos Romanos qui & Circenses & magni sunt appellati, primis temporibus urbis instituere Reges Romani.

6. *Ludis plebeis.*] Hi regibus expulsis pro libertate plebis decreti fuere.

7. *Saturnalibus.*] Saturnalia festa Saturni longe ante Romam conditam in Italia celebrari cœpta sunt. Decembri mense celebrabantur, quo tempore maxima servis licentia permittebatur.

8. *Lex Licinia.*] Lata a P. Licinio Crasso, cujus consularum cum fasti referant ad annum U. C. IOCLVII. male rejicit Batavus interpres ad annum IOCLXVI.

Fannia, centenos æris impendi permisisset, nuptiisⁿ ducenos indulfit; cæterisque diebus statuit æris^o tricenos; cum & carnis aridæ & falfamenti certa pondera in singulos dies constituerit: si quicquam esset natum e terra, vite, arbore; ^p promisce atque indefinite largita est. Hujus legis ⁹ Lævius poeta meminit in¹⁰ Erotopægniis. Verba Lævii hæc sunt, quibus significat hœdum, qui ad epulas fuit allatus, ^q dimissum, cœnamque ita, ut lex Licinia sanxisset, pomis oleribusque instructam.

Lex Licinia, inquit, introducitur:

^r Lux liquida hœdo redditur.

10 Lucilius quoque legis istius meminit in his verbis: *Legem vitemus Licini.* Postea L. Sylla dictator, cum legibus istis ^r situ atque senio obliteratis plerique in^t patrimoniis amplis belluarentur, & ^u familiam pecuniamque suam prandiorum gurgitibus proluisent, legem ad populum tulit, qua cautum est ut ¹¹ kalendis, idibus, nonisque, diebus ludorum & feriis
13 quibusdam solemnibus ¹² sestertios tricenos in cœnam infumere jus potestasque esset; cæteris autem aliis diebus omnibus non amplius ternos. Præter has leges ¹³ Æmiliam quoque legem invenimus, qua lege non sumtus cœnarum, sed ciborum genus & modus præfinitus est. Lex deinde ¹⁴ Antia præter sumtum æris id etiam sanxit, ut, qui magistratus es-
20 set magistratumve capturus esset, ^x ne quo ad cœnam nisi ad certas personas iraret. Postremo lex Iulia ad populum pervenit Cæsare Augusto imperante: qua ¹⁵ profestis quidem diebus ducenti finiuntur; kalendis, idi-

INTERPRETATIO.

n concessit ducentos. o triginta. p nihil determinando q remissum. r vita quæ debebat eripi hœdo redditur. s defuetudine atque vetustate antiquatis. t devorarent

maxima patrimonia. u & exhaustissent bona familia sua immensis sumptibus convivorum. x ne frequenter iret cœnatum, nisi apud quasdam personas.

NOTÆ.

9. Lævius.] Hic poeta quo tempore vixerit, incertum.

10. Erotopægniis.] Erotopægnia erant amatorii lusus a vocibus Græcis ita dicti, τὸ πλεῖστον lusus, πῶς amor.

11. Kalendis, idibus, nonis.] Kalendæ primus cujusque mensis dies erat. Idus Martio, Julio, Septembri & Octobri dies erat decimus quintus, reliquis mensibus decimus tertius. Nonæ supradictis quatuor mensibus in VII. diem incidebant, aliis mensibus in V.

12. Sestertios.] Sestertius numus quasi semistertius dictus, quod cum esset quarta pars denarii Romani decem asses continentis, expenderetur duobus assibus & semisse His characteribus designatur LLS, duplex L libras duas sive asses duos, & s semis significat: subinde tamen per incertiam librarii his literis HS. sestertii nigram substituerunt. Denarius Romanus

hac nota X. quæ decem significat & decussis dicitur, signatus fuit. Gallicæ monetæ collatus quilibet sestertius conficiet decem denarios nostrates: triginta vero sestertii viginti assibus valebunt. At sestertium in neutro genere mille sestertios æquat, sive XLIII. libras, & XV. asses nostrates.

13. Æmiliam.] Lata ab Æmilio Lepido, qui consularum gessit cum Q. Lutatius Catulo, an. U. C. IDCXXXVI. non autem IDCXV. ut falso refert Batavus interpres.

14. Antiam.] Latam ab Antio Restione, qui ne suam ipse legem contemneret, nunquam deinde foris cœnavit.

15. Profestis diebus.] Concessi ad rem publicam & privatam administrandam dies profesti appellabantur, quasi essent procul a deorum numine colendo.

LIBER SECUNDUS.

31

bus, nonis, & aliis quibusdam festivis trecenti; nuptiis autem & ¹⁶ repotiis HS. mille. Esse etiam dicit Capito Ateius edictum divine Augusti an-
¹⁷ Tiberii Cæsaris non satis commemorari; quo edicto per dierum varias sol-
lemnitates a trecentis festertis adusque duo millia suntus cœnarum ¹⁸ pro-
pagatus est; ¹⁹ ut his saltem finibus luxuriæ effervescentis ætus coerceretur.

5

INTERPRETATIO.

¹⁶ y extensus est. z ut saltem intra hos terminos retineretur immensitas profusionis incipientis.

NOTÆ.

16. *Repotiis.*] Repotia dicuntur, cum posttridie nuptiarum reiteratur potatio.
17. *Tiberii.*] Tiberius Augusti principis optimi successor, sævitia, rapacitate & arrogantia omnibus odiosus: quæ ta-
men vitia ingenio fingendis virtutibus subdolo sub initia principatus callide dissimulavit. Obiit anno imperii XXXII. Christi XXXVI. Tacitus, Suetonius, &c.

CAPUT XXV.

Quid Græci ἀναλογίαν, quid contra ἀνωμαλίαν vocent.

IN Latino sermone sicut in Græco, alii ^a ἀναλογίαν sequendam putaverunt, alii ^b ἀνωμαλίαν. *Αναλογία* est similitudo ^c similis declinatio quam quidam Latine proportionem vocant. *Ανωμαλία* est inæqualitas declinationum consuetudinem sequens. Duo autem Græci grammatici illustres ¹⁰
¹ Aristarchus & ² Crates summa ope, ille ἀναλογίαν, hic ἀνωμαλίαν ^d defenditavit. M. Varronis ad Ciceronem de lingua Latina liber octavus nullam esse observationem similitudo docet. Itaque in omnibus pæne verbis consuetudinem dominari ostendit. *Sicuti cum dicimus*, inquit, *lupus lupi, probus probi, & lepus leporis; item paro paravi, lavo lavi, pungo pupugi, tundo tutudi, & pingo pinxi. Cumque*, inquit, *a cæno & prandeo & poto & cœnatus sum, & pransus sum, & potus sum dicamus: & ab adstringor tamen & extergeor & labor, adstrinxi & extersi & lavi dicimus. Item cum dicamus ab Osco, Tusco, Græco, Osce, Tusce, Græce: a Gallo tamen & a Mauro Gallice & Maurice dicimus. Item a probus probe, a doctus do-
¹⁵ ²⁰ *cte; sed a rarus non dicitur rare, sed alii raro dicunt, alii rarenter. Idem M. Varro in eodem libro: Sentior, inquit, nemo dicit, & id per se nihil est:**

INTERPRETATIO.

^a Proportionem. ^b inæqualitatem. ^c vocabulorum. ^d propugnavit.

NOTÆ.

1. *Aristarchus.*] Is fuit ortu Samothrax, Alexandrinus habitatione, professione Grammaticus. Floruit sub Ptolemæo Philometote Ægypti rege anno Arciter ante Christum CLXXXV. Cum incidisset in hydropisum anno atatis
LXXII. voluntaria se inedia confecit. *Suidas.*
2. *Crates.*] Is pariter Grammaticus & Aristarchi discipulus sub Ptolemæo Philometore in Ægypto regnante clausit anno ante Christum circiter CLXX.

A. GELLII NOCTIUM ATTICARUM

assentior tamen fere omnes dicunt. 3 Sifenna unus assentio in senatu dicebatur; & cum postea multi secuti; neque tamen vincere consuetudinem potuerunt. Sed idem Varro in aliis libris multa pro ἀναλογία tuenda scripsit. Sunt igitur hi tanquam loci quidam communes contra ἀναλογίαν dicere, & item rursus pro ἀναλογία.

NOTA.

3. *Sifenna.*] L. Sifenna Romanus orator & historicus paulo ante Cicero- nem celebris extitit. Hic emendator ser- monis usitati cum esse vellet, deterreri non potuit quominus iniustatis verbis uteretur. Eum Cicero libro I. de legibus testatur Latinis omnibus scriptoribus qui ad id usque temporis floruerant fa- cile superiorem extitisse. Juvenis erat, autore Velleio Patereulo, quo tempore Jugurtha & Marius sub Africano mili- tabant, nempe circa an. U. C. DCXXV. ante Christum CXXIX.

CAPUT XXVI.

Sermones M. Frontonis & Favorini philosophi de generibus colorum, vo- cabulisque eorum Græcis & Latinis: atque inibi color spadix cuiusmodi sit.

FAVORINUS philosophus, cum ad¹ M. Frontonem consularem pedibus agrum viseret, voluit me quoque ad eum secum ire. Ac deinde, cum
 10 ibi apud Frontonem plerisque viris doctis præsentibus sermones de colori- bus vocabulisque eorum agitantur, quod multiplex colorum^a facies, appellationes autem incertæ &^b exiguæ forent; Plura sunt, inquit, Fa- vorinus, in sensibus oculorum quam in verbis vocibusque colorum discrimina: nam, ut alias eorum concinnitates omittamus, simplices isti & rufi
 15 & virides colores singula quidem vocabula, multas autem species differen- tes habent. Atque eam vocum inopiam in lingua magis Latina video, quam in Græca. Quippe qui rufus color; a rubore quidem appellatus est: sed cum aliter rubeat ignis, aliter sanguis; aliter² ostrum, aliter crocum: has singulas rufi varietates Latina oratio singulis propriisque vocabulis non
 20 demonstrat, omniaque ista significat una ruboris appellatione: cum tamen ex ipsis rebus vocabula colorum^c mutuetur; & igneum aliquid dicit & flam- meum & sanguineum & croceum & ostrinum & aureum. Ruffus enim color & ruber nihil a vocabulo rufi differunt; neque proprietates ejus omnes de-

INTERPRETATIO.

a species. b pauca. c desumat.

NOTA.

1. *M. Frontonem.*] M. Fronto philoso- phiæ & eloquentiæ laude celebris Tra- jano imperante consul creatus est anno Christi c. M. Antoninum principem habuit discipulum qui merito in præ- ceptorem amore ab senatu petiit, ut statua Frontoni decerneretur.

2. *Ostrum.*] Ostrum proprie sanguis est muricis pisciculi marini expressus ad tingendas pretiosas lanas. Vulgo dicitur *Conleur de pouypre ou d'écarrlate.*

clarant, ^d *ξανθὸς ἢ ἢ πύρρος ἢ ἐρυθρὸς ἢ πορνικός*: sed habere quasdam ^e distantias coloris rufi videntur vel augentes eum, vel remittentes, vel mista quadam specie temperantes. Tum Fronto ad Favorinum; ^f Non inficias, inquit, imus, quin ^g lingua Græca, quam tu videre legisse, prolixior fu-
 liorque sit, quam nostra. Sed in iis tamen ^h coloribus, quibus modo dixisti, designandis, non proinde inopes sumus, ut tibi videmur. Non enim hæc sunt sola vocabula rufum colorem demonstrantia, quæ tu modo dixisti, *rufus*, & *ruber*: sed alia quoque habemus plura, quam quæ producta abs te Græca sunt. Fulvus enim & flavus & rubidus & phœniceus & rutilus & luteus & spadix appellationes sunt rufi coloris, aut ^h acuen-
 tes eum quasi incendentes, aut cum colore viridi miscentes, aut nigro ⁱ infuscantes, aut virenti sensim albo illuminantes. Nam phœniceus, quem tu Græce *πορνικόν* dixisti, noster est, & rutilus, & spadix ^k phœnicei *συνόρνις*, qui factus Græce noster est, exuberantiam splendoremque significat ruboris; ^l quales sunt fructus palmæ arboris ^m non admodum sole incocti, unde spadix & phœnicei nomen est. Spadica enim Dorici vocant avulsum e palma ⁿ termitem cum fructu. Fulvus autem videtur de rufo atque viridi mixtus in aliis plus viridis in aliis plus rufi habere: sicut poeta ^o verborum diligentissimus, *fulvum aquilam* dicit & *iaspidem*, *fulvos galeros* & *fulvum aurum* & *arenam fulvum*, & *fulvum leonem*. Sic Q. Ænnius in annalibus *are fulvo* dixit. *Flavus* contra videtur ex viridi & rufo & albo ^p concretus. Sic *flavescentes comæ*, & quod mirari quosdam video, *frondes olearum* a Virgilio dicuntur *flavæ*. Sic multo ante Pacuvius *aquam flavam* dixit, & *flavum pulverem*. Cujus versus, quoniam sunt jucundissimi, libens commemini.

^q *Cedo tamen pedem lymphis flavis: flavum ut pulverem
 Manibus isdem, quibus Ulyssi sæpe permulsi, abluam;
 Lassitudinemque minuam manuum mollitudine.*

Rubidus autem est rufus ^r atrore & nigrore multo mixtus. *Luteus* contra rufus color est dilucidior. Unde ejus quoque nomen esse factum videtur. Non ergo, inquit, mi Favorine, species rufi coloris plures apud Græcos, quam apud nos nominantur. Sed ne viridis quidem color pluribus ab illis, quam a nobis, vocabulis dicitur. ^f Neque non potuit Virgilius, colorem

INTERPRETATIO.

^d *flavus* & *igneus*, & *ruber* & *punicus*. ^e differentias. ^f non negamus, inquit, ^g Græcalingua quam apparet te didicisse, completatur plura vocabula quam nostra. ^h reddentes splendidiorum quasi inflammantes. ⁱ reddentes obscuriorum. ^k idem significat quod Phœniceus. ^l qualis coloris. ^m immaturi. ⁿ ramum. ^o verborum diligentissimus observator Virgilius. ^p factus. ^q permitte pedem tuum lavari aquis flavis, ut abstergam pulverem flavum iisdem manibus, quibus leniter attrectavi pedes Ulyssi, & minuam lassitudinem permulcendo manibus meis tuos pedes. ^r nigro colore. ^f & Virgilius volens significare colorem equi viridem potuit dicere caru-

NOTA.

³. Coloribus, quibus dixisti.] Id est, quos modo dixisti. Græca est locutio, qua relativum ponitur in casu antecedentis, modo sit genitivus aut dative, etiamsi verbum sequens alium casum exigat.

equi significare viridem volens, cæruleum magis dicere equum quam glaucum: sed maluit verbo uti notiore Græco quam inusitato Latino. Nostris autem Latinis veteribus cælia dicta est, quæ a Græcis ⁴ γλαυκῆσις, ut ⁵ Nigidius ait, de colore cæli, quasi cælia. Postquam hæc Fronto dixit. Tum Favorinus scientiam rerum uberem verborumque ejus elegantiam ⁶ exosculatus: Absque te, inquit, uno forsitan lingua profecto Græca longe anteisset; sed tu mi Fronto, quod in versu Homericō est, id facis;

^{x 6} Καὶ νῆκω ἐπ' ἀρετῆν ἀμφοτέρων εἴδικας.

¹⁰ Sed cum omnia libens audiui, quæ peritissime dixisti, tum maxime quod varietatem flavi coloris enarrasti: fecistique ut intelligerem verba illa ex annali quartodecimo Ennii amœnissima, quæ minime intelligebam.

⁷ Verrunt extemplo placide mare marmore flavo.

Ceruleum spumat mare conferta rate pulsum.

¹⁵ Non enim videbatur cæruleum mare cum marmore flavo convenire. Sed cum sit, ita ut dixisti, flavus color viridi & albo mixtus, pulcherrime profusus spumas virentis maris flavo marmore appellavit.

INTERPRETATIO.

leum potius quam glaucum. t habens oculos caecos. u blande approbans. x 6 victoriam propter virtutem tuam incertam reddidisti. y statim tranquille pulsant mare

quod simile est marmorī subviridi. Mare subviride spumescit divisum multis nervibus.

NOTÆ.

4. Γλαυκῆσις.] Minerva γλαυκῆσις a cæruleo colore oculorum sapissime vocatur ab Homero.

5. Nigidius.] Vide notas in cap. xxii. hujus libri.

6. Καὶ νῆκω, &c.] Hujus versiculi numerus non constat, neque apud Home-

rum reperitur: fortasse alluserit Favorinus ad hunc versum Homericum

Καὶ νό κεν ἢ παρέλασεν, ἢ ἀμφοτέρων εἴδικεν.

Et quidem aut praveritisset, aut dubium fecisset certamen.

CAPUT XXVII.

Quid T. Castricius existimaverit super Sallustii verbis & Demosthenis: quibus alter Philippum descripsit, alter Sertorium.

²⁰ Verba sunt hæc gravia atque illustria de rege ¹ Philippo Demosthenis: ² εἶωρον δ' αὐτὸν Φίλιππον, πρὸς ὃν ἡμῶν ὁ ἐγγὺν κἀερ ἀρχῆς κ' ἰδωρ

INTERPRETATIO.

^a Videbam vero ipsum Philippum, cum quo nobis contentio est de imperio & prin-

NOTÆ.

¹ Philippo.] Philippus Macedo ¹ regnare cœpit in Macedonia. Metho-
xandri magni parens annos natus xxiv. ² nam urbem Thraciæ obsidens altero oculo

σεβας τὸν ὀφθαλμὸν ἐκκεκομμένον, τὴν κλεῖν κατὰ γόνα, τὴν χεῖρα, τὸ σκέλ' ὀπι-
 πτερομύρον, πᾶν ὃ, π' ἂν βυλιθῆ μέεος ἢ τύχη τῶ σώματος παρελέδου, τῶτο περὶ ἐ-
 μύρον, ὅτε τὸ λοιπὸν μετὰ πρῆς κ' δόξας ἔλω. Hæc ^b æmulari volens Sallu-
 sius de Sertorio duce in historiis ita scripsit. *Magna gloria tribunus mi-*
litum in Hispania T. Didio imperatore, magno usu, bello Marsico, pa-
ratu militum & armorum fuit: multaque tum ductu ejus curata, primo per 5
ignobilitatem, deinde per invidiam scriptorum celata sunt, qua eminus facie
sua ostentabat, aliquot ^d adversis cicatricibus & effosso oculo. Quo ille ^e de-
honestamento corporis maxime lætabatur: neque illis anxius, quia reliqua
gloriosius retinebat. De utriusque his verbis T. Castricius cum ^f pensitaret, 10
 Nonne, inquit, ultra naturæ modum humanæ est dehonestamento corpo-
 ris lætari? Siquidem lætitia dicitur exultatio quædam animi cum gaudio
 & efferventiore rerum expetitarum. Quanto illud sincerius & humanis
 magis rationibus conveniens? ^h πᾶν ὃ, π' ἂν βυλιθῆ μέεος ἢ τύχη τῶ σώ-
 ματος παρελέδου, τῶτο περὶ ἐμύρον. Quibus verbis, inquit, ostenditur Phi-
 lippus non, ut Sertorius, corporis dehonestamento lætus, quod est, in-
 quit, ⁱ insolens & immodicum; sed, præ studio laudis & honoris, jactu-
 rarum damnorumque corporis contemptor, ^k qui singulos artus suos for-
 tunæ producendos daret quæstu atque compendio gloriarum.

INTERPRETATIO.

cipatu, oculo effosso, humero fracto,
 manu & crure vulneratum, omnem
 quam voluisset partem corporis fortuna
 auferre, eam offerentem, ut per reli-
 quam vitam cum honore & gloria vive-
 ret. ^b imitari. ^c apparatus. ^d signis vul-
 nerum acceptorum in anteriore corporis

parte. ^e vitio. ^f cogitaret attentius. ^g vehe-
 mentiore. ^h omnem quam vellet fortuna
 partem corporis auferre, eam offerentem.
ⁱ extraordinarium, & immoderatum. ^k qui
 ad acquirendam sibi gloriam vellet omnia
 sua membra fortuna immolari.

NOTÆ.

Io privatus est. Aliquot præliis pro com-
 muni Græciæ salute feliciter perfunctus,
 cum tyrannidem usurpare conaretur,
 Demosthenem expertus est acerrimum
 adversarium. Dux Græcorum adversus
 Perfas publicis suffragiis renunciatus,
 in ipsa ludorum celebritate a Pausania
 corporis sui stipatore occisus est Olymp.
 cxi. anno ante Christum cccxxxvi.
Diodor. Justin.

2. Sertorio.] Q. Sertorius primum
 orator, tum dux egregias exitit, adeo
 ut Romanus Annibal ab Hispanis dice-
 retur. In petitione magistratus repulsam
 passus a Sylla, Marii partes secutus bel-

lum in Hispania contra Syllæ exercitum,
 aliquot annos sustinuit publicæ libertatis
 causam præferens. Suorum perfidia oc-
 cisus est in convivio an. U. C. IocLXXXI.
 ante Christum LXXIII. *Plutarchus, &c.*
 3. Bello Marsico.] Marci Italiæ populi
 sperato civitatis jure frustrati a populo
 Romano cum plerisque Italiæ populis
 defecerunt, unde & id bellum Marsicum
 seu Sociale dictum est: dubio Marte ali-
 quandiu pugnatum est, donec de iis om-
 nino devictis triumphavit Cn. Pompeius
 Strabo consul anno U. C. IocLXV. ante
 Christum LXXXIX. *Florus, &c.*

CAPUT XXVIII.

² Non esse compertum cui deo rem divinam fieri oporteat, cum terra moveatur.

Quænam esse causa videatur, quamobrem terræ motus fiant, non modo his communibus hominum sensibus opinionibusque comper-
 tum non est; ¹ sed ne inter physicas quidem philosophias ^b satis constitit
 S ventorumne vi accidant specus hiatusque terræ subeuntium, an aquarum
 subter in terrarum cavis undantium fluctibus pulsibusque; ita uti videntur
 existimasse antiquissimi Græcorum, qui ² Neptunum ^c ἐννοσίγαστον καὶ πᾶσι
 θεοῦ appellaverunt, an cujus aliæ rei causa alteriusve dei vi ac numine,
 nondum etiam, sicut diximus, pro certo creditum. Propterea veteres
 IO Romani, cum in omnibus aliis vitæ officiis, tum ^d in constituendis reli-
 gionibus atque in diis immortalibus animadvertendis castissimi cautissimi-

INTERPRETATIO.

^a Non esse exploratum cui deo oporteat in antra terra concava, ^c terra concu-
 sacrificari, quando terra tremat. ^b non sorem, & rituum observantissimi in de-
 satis certum est, an contingant propter cernendis ceremoniis atque in notandis
 violentiam ventorum qui se se insinuant rebus qua spectant deos.

NOTÆ.

1. Sed ne inter physicas quidem philo-
 sophias.] Mirum quam in varias de cau-
 sis terræ motuum opiniones abierint phi-
 losophi. Thales ut rerum omnium pri-
 mordiam in aquis constituebat; ita cense-
 bat ex eo moveri terram, quod hæc
 quasi navigium aquis innaret, & tre-
 meret vi tempestatis. Hujus sententiæ
 falsitatem revincit gravitas terræ, que
 in centro mundi sita est, adeoque cum
 gravior sit, aquis innare non potest.
 Censuit Democritus aquam pluviam cum
 subterraneos specus subit, iisque non
 potest contineri, vi repulsam motum
 facere. Somnia. Cur enim allisæ multo
 vehementius ad litora æstuantis oceani
 aquæ terram singulis diebus non move-
 rent. Lucretius lib. VI. hanc affert
 causam.

*Terra superna tremat magnis concussa
 ruinis*

*Subter, ubi ingentes speluncas subruit
 atas:*

*Quippe cadunt toti montes magnoque
 repente*

*Concussu late discernunt inde tremores:
 Et merito quoniam plaustris concussa*

tremiscunt

*Tecta viam propter non magno pon-
 dere tota.*

Verum, ut id aliquando possit accidere, certe nemo jam dixerit unicam esse terræ motuum causam, alioqui semper deberet ibi subsidere terra, ubi tremuit. Statuit Aristoteles lib. II Meteor. cap. VII. commoveri terram, cum terræ visceribus inclusus spiritus foras erumpere nititur. Si enim ventus in aere patenti sæpe convellit arbores & turres dejicit: quid non efficiat angustis quibusdam claustris coercitus? Porro cum gignantur illi spiritus terra a sole calefacta, tum ab ignibus subterraneis excitantur. Omnino enim ut tormentarius pulvis ad moto igne firmissimas arces concutit ac disturbat, sic incensa exhalatio mirum in modum rarefcit, & exitu frustra quæsit vel in se revolvitur, vel dum foras contendit prodire, terram concutit.

2. Neptunum.] Hic Saturni & Opis filius, ut poetæ fingunt, deus maris extitit. Regiæ classis præfectura maris illi numen peperit apud stultam anti-
 quitatem.

que, ubi terram ^e movisse senserant nuntiatumve erat, ^f ferias^g ejus rei causa edicto imperabant; sed dei nomen, ita uti solet, cui servari ferias oporteret, statuere & edicere^h quiescebant; ne, alium pro alio nominando, falsa religione populum alligarent. eas ferias si quis ^h polluisset, ⁱ piaculoque ob hanc rem opus esset: hostiam, ³ **SI DEO. SI DEÆ.** immolabat: idque ita ex decreto pontificum observatum esse M. Varro dicit: quoniam & qua vi & per quem deorum dearumve terra tremere, incertum esset. Sed de Lunæ motibus Solisque ^k defectibus; non minus in ejus rei causa repertienda sese exercuerunt. Quippe M. Cato vir in cognoscendis rebus multi studii, incerta tamen & ^l incuriosa super ea re opinatus est. Verba Catonis ex Origium quarto hæc sunt. *Non libet scribere quod in tabula apud pontificem maximum est, ^m quotiens ⁴ annona cara, quotiens luna aut solis lumini caligo, aut quid obstiterit.* Usque adeo parvifecit rationes veras solis & lunæ ⁿ deficientium vel scire vel dicere.

INTERPRETATIO.

^e tremuisse. ^f propter eam rem decreto indicabant dies festo. ^g omittebant. ^h opus faciendo violasset. ⁱ sacrificio ^k eclipsi. ^l minime curiosa. ^m quoties res frumentaria magno pretio constiterit. ⁿ patientium eclipsim.

NOTÆ.

3. *Si deo, si dea.*] Ejusmodi preces concipi solebant cum incertum erat, a quo deo sperandum esset auxilium. Valerius ut galeæ suæ insidentem corvum vidit, dum contra Gallum pugnaret, ^{precatas, si divus si diva esset qui sibi præpetem misisset, volens propitius adesset.} Livius I. Decad. lib. VII.
4. *Annona.*] Sic dicitur res frumentaria, quæ in annum victum comparatur.

CAPUT XXIX.

Apologus Æsopi Phrygiæ memoratu non inutilis.

^r **Æ**Sopus ille ^{a 2} e Phrygia fabulator haud immerito sapiens existimatus est, cum, quæ ^b utilia monitu suasuque erant, non severe, non imperiose præcepit & censuit, ut philosophis mos est; sed festivos delecta-

INTERPRETATIO.

^a Ille ortus e Phrygia scriptor fabularum. ^b qua poterant utiliter moneri & suaderi.

NOTÆ.

1. *Æsopus.*] Vir servili conditione, ingenio nobilissimo, primus philosophari ridendo instituit. E servo factus liber, a Delphis occisus est Olympiade LIV. scilicet an. ante Christum ICLXIV. Eum floruisse ait Thyfius Batavus interpretes Olymp. XI. & a Delphensibus interfectum Olymp. L. quo tandem autore: Certe Diogenes Laertius in vita Chilonis tradit Æsopum Olymp. LII. claruisse, a Delphis autem occisum LIV. Eusebius & Suidas restantur. Æsopi fabulas ad centum quinquaginta collegit Maximus Planudes Monachus Constantinopolitanus non multo ante tres atates, multaque de suo addidit.
2. *Phrygia.*] Asia minoris regio, nunc *Germian* dicitur.

bilesque ^c apologos commentus res salubriter ac prospicienter animad-
 versas in mentes animosque hominum cum audiendi quadam illecebra
 induit. Velut hæc ejus fabula de avicula nidulo lepide atque jucunde
 præmonet spem fiduciamque rerum quas efficere quis possit, haud un-
 5 quam in alio sed in semetipso habendam. Avicula, inquit, est parva,
 nomen est cassita, habitat ^d nidulaturque in segetibus id ferme temporis,
 ut ^e appetat messis pullis jam jam plumantibus. Ea cassita in ^f sementes
 forte concesserat tempestiviores. Propterea frumentis flavescens pulli
 etiam tunc ^g involucres erant. Cum igitur ipsa iret cibum pullis quæsitum:
 10 monet eos ut, si quid ibi rei novæ fieret dicereturve, animadverterent;
 idque uti sibi, ubi redisset, nuntiarent. Dominus postea segetum illarum
 filium adolescentem vocat: & ^h Videtne, inquit, hæc ematuruisse & ⁱ ma-
 nus jam postulare? Itcirco die crastini, ^j ubi primum diluculabit, fac
 amicos adeas, & roges veniant, operamque mutuam dent & ^k messem
 15 hanc nobis adjuvent. Hæc ubi ille dixit; discessit: atque, ubi rediit
 cassita, pulli trepiduli circumstrepere; orareque matrem ut statim jam pro-
 peret, atque alium in locum sese adsportet. Nam dominus, inquit,
 misit qui amicos rogaret uti luce oriente veniant & metant: mater jubet
 eos ^l a metu otiosos esse. Si enim dominus, inquit, messem ad amicos
 20 rejicit; crastino seges non metetur. Neque necesse est, hodie uti vos au-
 feram: die igitur postero mater in pabulum volat. Dominus, quos roga-
 verat, ^m opperitur: sol ⁿ fervit: & fit nihil: & amici nulli erant. Tum ille
 rursum ad filium, Amici isti, inquit, magnam partem ^o cessatores sunt.
^p Quam potius imus, & cognatos affinesque & vicinos nostros oramus ut
 25 assint cras temporibus ad metendum? Itidem hoc pulli ^q pavescit matri nuntiant.
 Mater hortatur ut tum quoque sine metu ac sine cura sint: cognatos
 affinesque ^r nullos ferme tam esse obsequibiles, ut ad laborem capes-
 sendum nihil contentur, & statim dicto obediant. Vos modo, inquit,
 advertite, si modo quid denuo dicetur. ^s Alia luce orta avis in partem
 30 profecta est. cognati & affines operam quam dare rogati sunt ^t superse-
 dent. Ad postremum igitur dominus filio, ^u valeant, inquit, amici cum
 propinquis; afferes prima luce falces duas. Unam egomet mihi; & tu
 tibi capies alteram; & frumentum nosmetipsi manibus nostris cras metea-

INTERPRETATIO.

<p>^c fabulas fingens cum quibusdam audiendi illecebris, induxit in men- tem & in animum hominum res quas utiliter & prudenter annotaverat. ^d ni- dum construit. e ut tempus messis immi- neat, cum pulli incipiunt habere plumas. f se receperat in messem citius solito se-</p>	<p>candam. g pennis carebant h poscere no- stram operam. i bene mane. k nos ad- juvent metentes. l timoris expertes esse. m expectat, n ardet. o ineres. p cur non. q territi r non esse tam obsequiosos, ut sine mora laborem suscipiant. s alio die t pratermittunt. u relinquamus amicos,</p>
--	--

NOTÆ.

<p>3. A metu otiosos.] Legit ex MS. regio Lambecius (animo otioso esse)</p>	<p>quod sonat, animo securo & tranquillo esse.</p>
---	---

mus. id ubi ex pullis dixisse dominum mater audivit ; Tempus , inquit, est cedendi & abeundi , fiet nunc dubioprocus , quod futurum dixit. * In ipso enim jam vertitur , cuius est res ; non in alio , unde petitur ; atque ita cassita nidum y migravit. Seges a domino demessa est. Hæc quidem est Æsopi fabula de amicorum & propinquorum levi & inani fiducia. Sed quid aliud sanctiores libri philosophorum monent , z ut in nobis tantum ipsis nitamur ; alia autem omnia , quæ extra nos extraque nostrum animum sunt , neque pro nostris neque pro nobis a ducamus. Hunc Æsopi apologum Q. Ennius in satyris scite admodum & venuste versibus 4 quadratis composuit : quorum duo postremi isti sunt , b quos habere cordi & memoriae operæ precium esse 5 Hercle puto.

Hoc erit tibi argumentum semper in promptu situm :

Nequid expectes amicos , quod tute agere possies.

INTERPRETATIO.

ait, cum affinis. x res enim nunc pendet ab eo ad quem pertinet, non ab alio, a quo petitur. y alio transportavit. z ut confidamus tantum nobismetipsis. a puto-

mus. b quos profecto arbitror optimum esse amare & meminisse. c hoc axioma tibi sit semper in animo positum. Ne expectes ab amicis id, quod tu ipse facere possis.

NOTÆ.

4. Versibus quadratis.] Versus intelligit octonarios Iambicos, quos ait Diomedes ita vocari a quadruplici combinatione, si quidem ex duobus metris sit una combinatio.

5. Hercle.] Hercule & Hercle, Hercules, Mehercules, & Mehercule, formulae sunt jurandi ab Hercule derivatae, quasi diceretur per Herculem. Mulieribus non licebat hoc uti juramento.

CAPUT XXX.

Quid observatum sit in undarum motibus, qui in mari alio atque alio modo fiunt, Austris flantibus Aquilonibusque.

HOc sæpenumero in undarum motu observatum est, quas a 1 Aquilones venti, quique ex eadem cæli regione 2 aer fluit, quasve faciunt.

INTERPRETATIO.

a Excitant aquilones venti, & ventus qui spirat ab eadem parte cæli.

NOTÆ.

1. Aquilones.] Aquilo licet proprie sit ille ventus qui a septentrionali orientis parte spirat, hic tamen accipitur pro vento septentrionali.

2. Aer fluit.] Videretur Gellius iis philosophis assentiri, qui ventum aliud nihil esse putant quam aerem motum & fluentem in unam partem, quod Hippocrates, Anaximander & Stoici aliique sensere ; quos Aristoteles ex eo refellit,

quod juxta illorum opinionem aer qui unicuique nostrum circumfunditur, si moveatur vel manu vel stabello, ventus sit. Verius Peripateticorum princeps ventum air esse spirationem calidam & siccam. Quanquam si quis contenderit ventorum materiam non esse puram exhalationem, sed interdum & frequenter vapores exhalationibus mixtos, libentius etiam assentiemur.

in mari³ Austri atque⁴ Africi. Nam fluctus, qui flante Aquilone maxi-
mi & creberrimi excitantur, simul ac ventus^b posuit, ^c sternuntur &
conflaccescunt; & mox fluctus esse desinunt. At non idem fit flante Austro
vel Africo: quibus jam nihil spirantibus undæ tamen factæ diutius tu-
5 ment, & a vento quidem jamdudum tranquillæ sunt; sed mare est etiam
atque etiam^d undabundum. Ejus rei causa esse conjectatur quod venti a
septentrionibus ex altiore cæli parte in mare incidentes deorsum in aqua-
rum profunda quasi præcipites deferuntur, undasque faciunt non prorsus
impulsas sed vi intus commotas. ^e Quæ tantisper erutæ volvuntur, dum
10 illius infusi desuper spiritus vis manet. Austri vero & Africi^f ad meri-
dianum orbis circulum atque ad partem axis infimam depressi, inferiores
& humiles, per ^g suprema æquoris euntes; protrudunt magis fluctus
quam erunt: & idcirco^h non desuper læsæ, sed propulsæ in adversum
15 aquæ etiam desistente flatu retinent aliquantisper de pristino pulsu impe-
tum: id autem ipsum, quod dicimus, ex illis quoque Homericis versibus,
si quis non incuriose legat, ⁱ adminiculari potest. Nam de Austri flatibus
ita scripsit:

^k Ἐνθα νότος πόντιο κλυδώνιον εἰς λάαν ᾠδεῖ.

Contra autem de Borea, quem Aquilonem appellamus, alio dicit modo:

20 ^l Καὶ βορέης αἰθρηγρότης μέγα κώμα κωινδαν.

Ab Aquilonibus enim, qui alti^m supernique sunt, fluctus excitatos quasi
per ⁿ prona volvi dicit: ab Austris autem, iis qui humiliores sunt, majore
vi quadam propelli^o sursum atque rursus subjici: id enim significat ver-
bum ^p λάαν ᾠδεῖ; sicut in alio loco, ^q λάαν ἄνω ᾠδεῖ. Id quoque a peri-
25 tiffimis rerum philosophis observatum est, Austris spirantibus mare fieri
glaucum & cæruleum, Aquilonibus obscurius atriusque: cujus rei cau-
sam, cum Aristotelis libros problematum percerpimus, notavi. *Cum*
Austro spirante mare cæruleum, fiat; Aquilone obscurius atriusque? An
propterea quod Aquilo minus mare perturbat: omne autem, quod tranqui-
30 *lius est, atrum esse videtur?*

INTERPRETATIO.

^b cessavit c quiescunt & languent. ^d com-
motum. ^e quæ aliquandiu elata agitantur,
dum violentia venti a parte superiori ve-
nientis manet. ^f a meridie spirantes, &
depresso flatu radentes extremam terra
superficiem. ^g altiores partes. ^h non ex
altiore loco incitata, sed impulsæ in su-

blimiozem locum, i confirmari. ^k ubi Au-
ster maris fluctum in saxum impellit.
^l & Boreas serenus magnum fluctum vol-
vens. ^m superiores. ⁿ inferiora loca.
^o ante & retro jactari. ^p saxum impellit.
^q saxum sursum impellit.

NOTÆ.

3. *Austri.*] Auster ventus est meri-
dionalis.

4. *Africi.*] Africus ventus ab Africa
spirans inter meridiem & occidentem.

5. *Ad meridianum orbis, &c.*] Au-
strales venti ex inferiore cæli parte

spirant, quod cum sint calidiores, a me-
dia regione aeris, quæ frigidissima est,
longius distent: septentrionales autem
utpote frigidissimi e superiore cæli par-
te, ubi frigus est maximum, oriuntur.

A. GELLII

NOCTIUM ATTICARUM

COMMENTARIUS.

LIBER TERTIUS.

CAPUT I.

Quæsitum ac tractatum quam ob causam Sallustius avaritiam dixerit non animum modo virilem sed corpus quoque ipsum effœminare.

IEME jam discedente apud ^a balneas Sitas in area sub calido sole cum Favorino philosopho ambulabamus : atque ibi inter ambulandum legebatur ^a Catilina Sallustii, quem in manu amici conspectum legi jusserat. Cumque hæc verba ex eo libro lecta essent : ^b *Avaritia pecunia studium habet, quam nemo sapiens concupivit: ^c ea quasi venenis malis imbuta corpus animumque virilem effœminat: semper infinita & insatiabilis est; neque copia neque inopia minuitur.* Tum Favorinus me adspiciens. Quo, inquit, pacto corpus hominis avaritia effœminat : Quid enim istuc sit quod animum virilem ab ea effœminari dixit videor ferme assequi. Sed, quonam modo corpus quoque hominis effœminet, nondum reperio. Et ego, inquam, longe jamdiu in eo ipso quærendo fui; ac, ^d nisi tu occupasses, ultro te hoc rogassem. Vix ego hæc dixeram ^e cunctabundus; atque inibi quispiam de sectatoribus Favorini, qui videbatur esse in literis ^f veterator, Valerium, inquit, Probum audiivi hoc dicere; usum esse Sallustium circumlocutione quadam poetica, & cum dicere vellet hominem avaritia corrumpi, corpus & animum dixisse, quæ duæ res hominem demonstrarent. Namque homo

INTERPRÆTATIO.

^a *Historia belli Catilinarii.* ^b *Avaritia* | *prævertisses sponte id petiissem a te. e* *ap-*
teneretur desiderio pecunia. c *illa infecta* | *parens segnior. f* *longo usu callidus.*
quasi veneno contagioso. d *nisi tu me*

NOTA.

I. Balneas Sitas.] Cum Romani linorarius uterentur, sudorem ac sordes corporis ut abstergerent, singulis diebus (quod ex epistola Senecæ LXXXVI. collegimus) lavabantur: ideoque Romæ & publicas & privatas diversis in locis balneas extruxerant. Balneæ de quibus hic agitur, ab autore Sitis Romano Sitis dicebantur.

ex anima & corpore est. Nunquam, inquit Favorinus, quod equidem scio, tam imporruta tamque audaci & argutia fuit noster Probus, ut Sallustium vel subtilissimum brevitatis artificem periphrasin poetarum facere diceret. Erat tum nobiscum in eodem ambulacro homo quispiam sane doctus.

5 Is quoque a Favorino rogatus & quid haberet super ea re dicere, hujusmodi verbis usus est. Quos, inquit, avaritia minuit & corrumpit, quique sese in quærenda undique pecunia dederunt, eos plerosque tali genere vitæ occupatos videmus; ^h ut, sicuti alia in his omnia præ pecunia, ita labor quoque virilis exercendique corporis studium relictui sit.

10 Negotiis se plerumque ² umbraticis & ³ sellulariis quæstibus intentos habent; in quibus omnis eorum vigor animi corporisque elanguescit, & quod Sallustius ait, effœminatur. Tum Favorinus legi denuo verba eadem Sallustii jubet; atque, ubi lecta sunt, Quid igitur, dicemus, inquit, quod multos videre est pecuniæ cupidus & eisdem cum corpore esse

15 vegeto & valenti? Tum ille ita respondit ⁱ non hercle inscite, Quisquis est, inquit, pecuniæ cupiens, & corpore tamen est ^k benehabito ac strenuo, aliarum quoque rerum vel studio vel exercitio eum teneri necessarium est; atque ^l in sese colendo non æque esse parcum. Nam si avaritia sola summa omnes hominis partes affectionesque occupet, & ^m si ad incuriam usque corporis grassetur, ut per illam unam neque virtutis neque virium neque corporis neque animi cura ⁿ assit: tum denique is vere dici potest effœminato esse & animo & corpore qui neque sese neque aliud curet nisi pecuniam. Tum Favorinus, Aut hoc, inquit, quod dixisti probabile est, aut Sallustius odio avaritiæ plus, quam potuit, eam criminatus est.

25

INTERPRETATIO.

g subtilitate. *h* ut amore pecunia abjiciant laborem virilem, & exercitationem corporis, quemadmodum abjiciunt alia omnia. Sæpe se applicant ad negotia, &c.

i certe non ineleganter. *k* bene affecto & robusto. *l* in habenda sui cura. *m* si in dominetur ut aliquis negligat corpus suum. *n* habeatur.

NOTÆ.

2. *Negotiis umbraticis.*] Umbratica dicuntur ea negotia, in quibus per desidiam elanguescimus; quæ nimirum sub recto & ad umbram transigi consueverunt.

3. *Sellulariis quæstibus.*] Lucra quæ fiunt ab oriosis & quasi semper in sella domi sedentibus, sellularii quæstus appellantur.

CAPUT II.

Quemnam esse natalem diem *M. Varro* dicat eorum, qui ante noctis horam sextam postve eam nati sunt: atque inibi de temporibus terminisque dierum qui civiles nominantur, & ^a usquequaque gentium vario observantur: & præterea quid *Q. Mucius* scripserit super ea muliere quam maritus non jure usurpavisset, quia rationem civilis anni non habuerit. 5

Quæri solitum est, qui noctis hora tertia quartave siye qua alia nati sunt, uter dies natalis haberi appellarique debeat, isne, quem nox ea consecuta est, an qui dies noctem consecutus est. *M. Varro* in libro rerum humanarum, quem de diebus scripsit, *Homines*, inquit, qui ex media nocte ad proximam mediam noctem in his horis viginti quatuor nati sunt, una die nati dicuntur. Quibus verbis ita videtur dierum observationem divisisse, ut, qui post solem occasum ante mediam noctem natus sit, is ei dies natalis sit, a quo die ea nox cœperit: contra vero, qui in sex noctis horis posterioribus nascatur, eo die videri natum qui post eam noctem diluxerit. Athenienses autem aliter observare idem *Varro* in eodem libro scripsit; eosque a sole occaso ad solem iterum occidentem omne id medium tempus unum diem esse dicere; ¹ *Babylonios* porro aliter; a sole enim exorto ad exortum ejusdem incipientem totum id spacium unius diei nomine appellare: multos vero in terra ² *Umbria* unum & eundem diem esse dicere a meridie ad insequentem meridiem. Quod quidem, inquit, nimis absurdum est. Nam qui kalendis ³ hora sexta natus est apud *Umbros*; dies ejus natalis ⁴ videri debet & kalendarum dimidia. 10 15 20

INTERPRETATIO.

^a Toto terrarum orbe.

NOTÆ.

1. *Babylonii*] *Asia* populi astrologiæ peritissimi, quorum fines ab oriente *Susianam*, ab occidente *Arabiam desertam*, a meridie sinum *Persicum*, a septentrione *Mesopotamix* partem attingunt. *Babylonia* primaria urbs *Babylon*, & sacris & profanis literis celeberrima, ex cujus ruinis vicina civitas *Bagdet* ad *Tigrim* crevit.

2. *Umbria*.] *Italia* regio inter *Apenninum montem* & *Adriaticum mare* posita. *Umbriam* *Plinius* dictam putat ab umbra, quæ ibi propter vicinitatem montium & altitudinem *Apennini* semper est maxima. Hodie vocatur, *le Duché de Spolere*.

3. *Hora sexta*.] Quæ nimirum est

meridiana. Ut enim apud Romanos duplex dierum genus, naturale alterum, alterum civile fuit in usu: sic pro diversa diei ratione diversis modis horæ distinguebantur. Civilem diem viginti quatuor horis definiabant, ita ut hora meridiana duodecima diceretur. Dies vero naturalis ab ortu solis ad ejusdem occasum horas duodecim breviores hieme, æstate longiores continebat. Romani porro ab initio diei modo civilis modo naturalis horas numerabant. Hic, ut videre est, a principio diei naturalis *Varro* numerum horarum repetit.

4. *Videri debet & kalendarum dimidiatus, &c.*] *Infirmum* omnino argumentum, & quod perinde potest in ip-

tus, & qui est post kalendas dies ante horam ejusdem diei sextam. Populum autem Romanum ita, uti Varro dixit, dies singulos annumerare a media nocte usque ad mediam proximam multis argumentis ostenditur. Sacra sunt Romana partim diurna partim nocturna: sed ea, quæ^b inter noctem fiunt, diebus addicuntur non noctibus. Quæ igitur sex posterioribus noctis horis fiunt, eo die fieri dicuntur, c qui proximus eam noctem illucescit. Ad hoc, ritus quoque & mos auspicandi eandem esse observationem docet. Nam magistratus, quando una die eis auspicandum est & id super quo auspicaverunt agendum, post mediam noctem auspicantur, & post meridiem sole^d magno; auspicatique esse & egisse ex eodem die dicuntur. Præterea tribuni⁵ plebei, quos nullum diem abesse Roma licet, cum post mediam noctem proficiscuntur & post^e primam⁶ facem ante mediam sequentem revertuntur, non dicuntur abfuisse unum diem; quando ante horam noctis sextam regressi parte aliqua illius in urbe Roma sunt. Quintum quoque⁷ Mucium jurisconsultum dicere solitum legi, f non esse⁸ usurpatam mulierem, quæ kalend. Janu. apud virum causa matrimonii esse cœpisset, & ante diem quartum kalendas Januarias^g sequentis usurpatum isset. Non enim posse impleri^h trinocetium, i quod abesse a viro usurpandi causa ex duodecim tabulis deberet: quoniam tertiæ noctis posterioris sex horæ alterius anni essent, qui inciperet ex kalendis. Isthæc autem omnia de dierum temporibus & finibus ad observationem disciplinamque juris antiqui pertinentia cum in libris veterum inveniremus; non

I N T E R P R E T A T I O.

b de nocte. c qui proxime post eam noctem lucet. d alto sole. e vespertinum tempus. f non esse factam viri propriam. g sequentis

anni. h tempus trium noctium. i per quod juxta leges duodecim tabularum oportet eam a viro abesse, ut fieret ejus propria.

N O T Æ.

sum Varronem retorqueri. Quid enim? Si quis apud Romanos kalendis hora vi noctis fuerit natus, nonne pariter dies ejus natalis videri debet, & partim kalendarum, & partim ejus diei, qui sequetur?

5. Plebei.] Plebs plebis dicitur, & plebes plebei in casu patriæ.

6. Primam facem.] Id tempus intelligit, quod erat post solis occasum: diem enim civilem veteres Romani dividebant in lucem ac tenebras. Lucis partes erant primo mane, tum tempus ad meridiem, deinde meridies, post tempus de meridie, denique solis occasus. Tenebrarum sive noctis partes erant vesper; deinde prima fax, quod tunc lucernis opus esset, postea concubium, tum nox intempesta, deinde tempus ad mediam noctem; sequebatur media nox, tum mediæ noctis inclinatio, postea gallicinium,

postremo conticinium. Macrobius.

7. Mucium.] Q. Mucius Scævola Publii filius Pontifex Maximus, jurisperitorum, teste Tullio, eloquentissimus, in templo Vestæ frustra deos implorans & aras complexus, a Marii satellitibus est occisus anno U. C. I. DC. LXVII. ante Christum LXXXVII. octavo quam consulatum cum L. Crasso gesserat. Scævola cognomen primus habuit fortis ille Mucius, qui post occisum pro rege Persena purpuratum scribam, cum in ardentem rogi manum dextram injecisset, sinistra usus est. Σκιστὴν Græci sinistram vocant: unde Scævola est qui pro dextra utitur sinistra manu.

8. Usurpatam.] Mulier censetur usurpata sive facta viri propria, cum apud virum per annum continuum erat morata, excepto sub finem anni triduo integro, per quod ex lege debuit abesse.

dubitabamus.

dubitabamus quin Virgilius quoque idipsum ostenderit, non exposite atque aperte, sed, ut hominem decuit poeticas res agentem, recondita & quasi operta veteris ritus significatione.

k Torquet, inquit, medios nox humida cursus:

Et me saevus equis oriens afflavit anhelis.

His enim verbis ^l oblique, sicuti dixi, admonere voluit diem, quem Romani ⁹ civilem appellaverunt, a sexta noctis hora oriri.

INTERPRETATIO.

k humida nox, air, reflectit cursum media parte emensum, & in Umbras crudelis | sol oriens me attingit equis anhelantibus. I obscure.

NOTA.

9. Civilem diem.] Civilis dies unica ris spatium diem unum atque noctem solis conversione definitur, quod tempo- | continet.

CAPUT III.

De noscendis ^a explorandisque Plauti comœdiis, quoniam ^b promisce vera atque falsa nomine ejus inscripta feruntur: atque inibi quod Plautus in pistrino, & Nevius in carcere fabulas scriptarint.

Verum esse ^c comperior, quod quosdam bene literatos homines dicere audivi, qui plerasque Plauti comœdias curiose atque ^d contente lectitaverunt, non indicibus ^l Ælii, nec Sedigiti, nec Claudii, nec Aurelii, nec Accii, nec Manilii super his ^e fabulis, quæ dicuntur ambiguae, credituros, sed ipsi Plauto moribusque ingenii atque linguæ ejus: hac enim ^f ^g ^h ⁱ ^j ^k ^l ^m ⁿ ^o ^p ^q ^r ^s ^t ^u ^v ^w ^x ^y ^z ^{aa} ^{ab} ^{ac} ^{ad} ^{ae} ^{af} ^{ag} ^{ah} ^{ai} ^{aj} ^{ak} ^{al} ^{am} ^{an} ^{ao} ^{ap} ^{aq} ^{ar} ^{as} ^{at} ^{au} ^{av} ^{aw} ^{ax} ^{ay} ^{az} ^{ba} ^{bb} ^{bc} ^{bd} ^{be} ^{bf} ^{bg} ^{bh} ^{bi} ^{bj} ^{bk} ^{bl} ^{bm} ^{bn} ^{bo} ^{bp} ^{bq} ^{br} ^{bs} ^{bt} ^{bu} ^{bv} ^{bw} ^{bx} ^{by} ^{bz} ^{ca} ^{cb} ^{cc} ^{cd} ^{ce} ^{cf} ^{cg} ^{ch} ^{ci} ^{cj} ^{ck} ^{cl} ^{cm} ^{cn} ^{co} ^{cp} ^{cq} ^{cr} ^{cs} ^{ct} ^{cu} ^{cv} ^{cw} ^{cx} ^{cy} ^{cz} ^{da} ^{db} ^{dc} ^{dd} ^{de} ^{df} ^{dg} ^{dh} ^{di} ^{dj} ^{dk} ^{dl} ^{dm} ^{dn} ^{do} ^{dp} ^{dq} ^{dr} ^{ds} ^{dt} ^{du} ^{dv} ^{dw} ^{dx} ^{dy} ^{dz} ^{ea} ^{eb} ^{ec} ^{ed} ^{ee} ^{ef} ^{eg} ^{eh} ^{ei} ^{ej} ^{ek} ^{el} ^{em} ^{en} ^{eo} ^{ep} ^{eq} ^{er} ^{es} ^{et} ^{eu} ^{ev} ^{ew} ^{ex} ^{ey} ^{ez} ^{fa} ^{fb} ^{fc} ^{fd} ^{fe} ^{ff} ^{fg} ^{fh} ^{fi} ^{fj} ^{fk} ^{fl} ^{fm} ^{fn} ^{fo} ^{fp} ^{fq} ^{fr} ^{fs} ^{ft} ^{fu} ^{fv} ^{fw} ^{fx} ^{fy} ^{fz} ^{ga} ^{gb} ^{gc} ^{gd} ^{ge} ^{gf} ^{gg} ^{gh} ^{gi} ^{gj} ^{gk} ^{gl} ^{gm} ^{gn} ^{go} ^{gp} ^{gq} ^{gr} ^{gs} ^{gt} ^{gu} ^{gv} ^{gw} ^{gx} ^{gy} ^{gz} ^{ha} ^{hb} ^{hc} ^{hd} ^{he} ^{hf} ^{hg} ^{hh} ^{hi} ^{hj} ^{hk} ^{hl} ^{hm} ^{hn} ^{ho} ^{hp} ^{hq} ^{hr} ^{hs} ^{ht} ^{hu} ^{hv} ^{hw} ^{hx} ^{hy} ^{hz} ^{ia} ^{ib} ^{ic} ^{id} ^{ie} ^{if} ^{ig} ^{ih} ⁱⁱ ^{ij} ^{ik} ^{il} ^{im} ⁱⁿ ^{io} ^{ip} ^{iq} ^{ir} ^{is} ^{it} ^{iu} ^{iv} ^{iw} ^{ix} ^{iy} ^{iz} ^{ja} ^{jb} ^{jc} ^{jd} ^{je} ^{jf} ^{jj} ^{jk} ^{jl} ^{jm} ^{jn} ^{jo} ^{jp} ^{jq} ^{jr} ^{js} ^{jt} ^{ju} ^{ju} ^{kv} ^{kw} ^{kx} ^{ky} ^{kz} ^{la} ^{lb} ^{lc} ^{ld} ^{le} ^{lf} ^{lg} ^{lh} ^{li} ^{lj} ^{lk} ^{ll} ^{lm} ^{ln} ^{lo} ^{lp} ^{lq} ^{lr} ^{ls} ^{lt} ^{lu} ^{lv} ^{lw} ^{lx} ^{ly} ^{lz} ^{ma} ^{mb} ^{mc} ^{md} ^{me} ^{mf} ^{mg} ^{mh} ^{mi} ^{mj} ^{mk} ^{ml} ^{mm} ^{mn} ^{mo} ^{mp} ^{mq} ^{mr} ^{ms} ^{mt} ^{mu} ^{mv} ^{mw} ^{mx} ^{my} ^{mz} ^{na} ^{nb} ^{nc} nd ^{ne} ^{nf} ^{ng} ^{nh} ⁿⁱ ^{nj} ^{nk} ^{nl} ^{nm} ⁿⁿ ^{no} ^{np} ^{nq} ^{nr} ^{ns} ^{nt} ^{nu} ^{nv} ^{nw} ^{nx} ^{ny} ^{nz} ^{oa} ^{ob} ^{oc} ^{od} ^{oe} ^{of} ^{og} ^{oh} ^{oi} ^{oj} ^{ok} ^{ol} ^{om} ^{on} ^{oo} ^{op} ^{oq} ^{or} ^{os} ^{ot} ^{ou} ^{ov} ^{ow} ^{ox} ^{oy} ^{oz} ^{pa} ^{pb} ^{pc} ^{pd} ^{pe} ^{pf} ^{pg} ^{ph} ^{pi} ^{pj} ^{pk} ^{pl} ^{pm} ^{pn} ^{po} ^{pp} ^{pq} ^{pr} ^{ps} ^{pt} ^{pu} ^{pv} ^{pw} ^{px} ^{py} ^{pz} ^{qa} ^{qb} ^{qc} ^{qd} ^{qe} ^{qf} ^{qg} ^{qh} ^{qi} ^{qj} ^{qk} ^{ql} ^{qm} ^{qn} ^{qo} ^{qp} ^{qq} ^{qr} ^{qs} ^{qt} ^{qu} ^{qv} ^{qw} ^{qx} ^{qy} ^{qz} ^{ra} ^{rb} ^{rc} rd ^{re} ^{rf} ^{rg} ^{rh} ^{ri} ^{rj} ^{rk} ^{rl} ^{rm} ^{rn} ^{ro} ^{rp} ^{rq} ^{rr} ^{rs} ^{rt} ^{ru} ^{rv} ^{rw} ^{rx} ^{ry} ^{rz} ^{sa} ^{sb} ^{sc} ^{sd} ^{se} ^{sf} ^{sg} ^{sh} ^{si} ^{sj} ^{sk} ^{sl} sm ^{sn} ^{so} ^{sp} ^{sq} ^{sr} ^{ss} st ^{su} ^{sv} ^{sw} ^{sx} ^{sy} ^{sz} ^{ta} ^{tb} ^{tc} ^{td} ^{te} ^{tf} ^{tg} th ^{ti} ^{tj} ^{tk} ^{tl} tm ^{tn} ^{to} ^{tp} ^{tq} ^{tr} ^{ts} ^{tt} ^{tu} ^{tv} ^{tw} ^{tx} ^{ty} ^{tz} ^{ua} ^{ub} ^{uc} ^{ud} ^{ue} ^{uf} ^{ug} ^{uh} ^{ui} ^{uj} ^{uk} ^{ul} ^{um} ^{un} ^{uo} ^{up} ^{uq} ^{ur} ^{us} ^{ut} ^{uu} ^{uv} ^{uw} ^{ux} ^{uy} ^{uz} ^{va} ^{vb} ^{vc} ^{vd} ^{ve} ^{vf} ^{vg} ^{vh} ^{vi} ^{vj} ^{vk} ^{vl} ^{vm} ^{vn} ^{vo} ^{vp} ^{vq} ^{vr} ^{vs} ^{vt} ^{vu} ^{vv} ^{vw} ^{vx} ^{vy} ^{vz} ^{wa} ^{wb} ^{wc} ^{wd} ^{we} ^{wf} ^{wg} ^{wh} ^{wi} ^{wj} ^{wk} ^{wl} ^{wm} ^{wn} ^{wo} ^{wp} ^{wq} ^{wr} ^{ws} ^{wt} ^{wu} ^{wv} ^{ww} ^{wx} ^{wy} ^{wz} ^{xa} ^{xb} ^{xc} ^{xd} ^{xe} ^{xf} ^{xg} ^{xh} ^{xi} ^{xj} ^{xk} ^{xl} ^{xm} ^{xn} ^{xo} ^{xp} ^{xq} ^{xr} ^{xs} ^{xt} ^{xu} ^{xv} ^{xw} ^{xx} ^{xy} ^{xz} ^{ya} ^{yb} ^{yc} ^{yd} ^{ye} ^{yf} ^{yg} ^{yh} ^{yi} ^{yj} ^{yk} ^{yl} ^{ym} ^{yn} ^{yo} ^{yp} ^{yq} ^{yr} ^{ys} ^{yt} ^{yu} ^{yv} ^{yw} ^{yx} ^{yy} ^{yz} ^{za} ^{zb} ^{zc} ^{zd} ^{ze} ^{zf} ^{zg} ^{zh} ^{zi} ^{zj} ^{zk} ^{zl} ^{zm} ^{zn} ^{zo} ^{zp} ^{zq} ^{zr} ^{zs} ^{zt} ^{zu} ^{zv} ^{zw} ^{zx} ^{zy} ^{zz} ^{aa} ^{ab} ^{ac} ^{ad} ^{ae} ^{af} ^{ag} ^{ah} ^{ai} ^{aj} ^{ak} ^{al} ^{am} ^{an} ^{ao} ^{ap} ^{aq} ^{ar} ^{as} ^{at} ^{au} ^{av} ^{aw} ^{ax} ^{ay} ^{az} ^{ba} ^{bb} ^{bc} ^{bd} ^{be} ^{bf} ^{bg} ^{bh} ^{bi} ^{bj} ^{bk} ^{bl} ^{bm} ^{bn} ^{bo} ^{bp} ^{bq} ^{br} ^{bs} ^{bt} ^{bu} ^{bv} ^{bw} ^{bx} ^{by} ^{bz} ^{ca} ^{cb} ^{cc} ^{cd} ^{ce} ^{cf} ^{cg} ^{ch} ^{ci} ^{cj} ^{ck} ^{cl} ^{cm} ^{cn} ^{co} ^{cp} ^{cq} ^{cr} ^{cs} ^{ct} ^{cu} ^{cv} ^{cw} ^{cx} ^{cy} ^{cz} ^{da} ^{db} ^{dc} ^{dd} ^{de} ^{df} ^{dg} ^{dh} ^{di} ^{dj} ^{dk} ^{dl} ^{dm} ^{dn} ^{do} ^{dp} ^{dq} ^{dr} ^{ds} ^{dt} ^{du} ^{dv} ^{dw} ^{dx} ^{dy} ^{dz} ^{ea} ^{eb} ^{ec} ^{ed} ^{ee} ^{ef} ^{eg} ^{eh} ^{ei} ^{ej} ^{ek} ^{el} ^{em} ^{en} ^{eo} ^{ep} ^{eq} ^{er} ^{es} ^{et} ^{eu} ^{ev} ^{ew} ^{ex} ^{ey} ^{ez} ^{fa} ^{fb} ^{fc} ^{fd} ^{fe} ^{ff} ^{fg} ^{fh} ^{fi} ^{fj} ^{fk} ^{fl} ^{fm} ^{fn} ^{fo} ^{fp} ^{fq} ^{fr} ^{fs} ^{ft} ^{fu} ^{fv} ^{fw} ^{fx} ^{fy} ^{fz} ^{ga} ^{gb} ^{gc} ^{gd} ^{ge} ^{gf} ^{gg} ^{gh} ^{gi} ^{gj} ^{gk} ^{gl} ^{gm} ^{gn} ^{go} ^{gp} ^{gq} ^{gr} ^{gs} ^{gt} ^{gu} ^{gv} ^{gw} ^{gx} ^{gy} ^{gz} ^{ha} ^{hb} ^{hc} ^{hd} ^{he} ^{hf} ^{hg} ^{hh} ^{hi} ^{hj} ^{hk} ^{hl} ^{hm} ^{hn} ^{ho} ^{hp} ^{hq} ^{hr} ^{hs} ^{ht} ^{hu} ^{hv} ^{hw} ^{hx} ^{hy} ^{hz} ^{ia} ^{ib} ^{ic} ^{id} ^{ie} ^{if} ^{ig} ^{ih} ⁱⁱ ^{ij} ^{ik} ^{il} ^{im} ⁱⁿ ^{io} ^{ip} ^{iq} ^{ir} ^{is} ^{it} ^{iu} ^{iv} ^{iw} ^{ix} ^{iy} ^{iz} ^{ja} ^{jb} ^{jc} ^{jd} ^{je} ^{jf} ^{jj} ^{jk} ^{jl} ^{jm} ^{jn} ^{jo} ^{jp} ^{jq} ^{jr} ^{js} ^{jt} ^{ju} ^{ju} ^{kv} ^{kw} ^{kx} ^{ky} ^{kz} ^{la} ^{lb} ^{lc} ^{ld} ^{le} ^{lf} ^{lg} ^{lh} ^{li} ^{lj} ^{lk} ^{ll} ^{lm} ^{ln} ^{lo} ^{lp} ^{lq} ^{lr} ^{ls} ^{lt} ^{lu} ^{lv} ^{lw} ^{lx} ^{ly} ^{lz} ^{ma} ^{mb} ^{mc} ^{md} ^{me} ^{mf} ^{mg} ^{mh} ^{mi} ^{mj} ^{mk} ^{ml} ^{mm} ^{mn} ^{mo} ^{mp} ^{mq} ^{mr} ^{ms} ^{mt} ^{mu} ^{mv} ^{mw} ^{mx} ^{my} ^{mz} ^{na} ^{nb} ^{nc} nd ^{ne} ^{nf} ^{ng} ^{nh} ⁿⁱ ^{nj} ^{nk} ^{nl} ^{nm} ⁿⁿ ^{no} ^{np} ^{nq} ^{nr} ^{ns} ^{nt} ^{nu} ^{nv} ^{nw} ^{nx} ^{ny} ^{nz} ^{oa} ^{ob} ^{oc} ^{od} ^{oe} ^{of} ^{og} ^{oh} ^{oi} ^{oj} ^{ok} ^{ol} ^{om} ^{on} ^{oo} ^{op} ^{oq} ^{or} ^{os} ^{ot} ^{ou} ^{ov} ^{ow} ^{ox} ^{oy} ^{oz} ^{pa} ^{pb} ^{pc} ^{pd} ^{pe} ^{pf} ^{pg} ^{ph} ^{pi} ^{pj} ^{pk} ^{pl} ^{pm} ^{pn} ^{po} ^{pp} ^{pq} ^{pr} ^{ps} ^{pt} ^{pu} ^{pv} ^{pw} ^{px} ^{py} ^{pz} ^{qa} ^{qb} ^{qc} ^{qd} ^{qe} ^{qf} ^{qg} ^{qh} ^{qi} ^{qj} ^{qk} ^{ql} ^{qm} ^{qn} ^{qo} ^{qp} ^{qq} ^{qr} ^{qs} ^{qt} ^{qu} ^{qv} ^{qw} ^{qx} ^{qy} ^{qz} ^{ra} ^{rb} ^{rc} rd ^{re} ^{rf} ^{rg} ^{rh} ^{ri} ^{rj} ^{rk} ^{rl} ^{rm} ^{rn} ^{ro} ^{rp} ^{rq} ^{rr} ^{rs} ^{rt} ^{ru} ^{rv} ^{rw} ^{rx} ^{ry} ^{rz} ^{sa} ^{sb} ^{sc} ^{sd} ^{se} ^{sf} ^{sg} ^{sh} ^{si} ^{sj} ^{sk} ^{sl} sm ^{sn} ^{so} ^{sp} ^{sq} ^{sr} ^{ss} st ^{su} ^{sv} ^{sw} ^{sx} ^{sy} ^{sz} ^{ta} ^{tb} ^{tc} ^{td} ^{te} ^{tf} ^{tg} th ^{ti} ^{tj} ^{tk} ^{tl} tm ^{tn} ^{to} ^{tp} ^{tq} ^{tr} ^{ts} ^{tt} ^{tu} ^{tv} ^{tw} ^{tx} ^{ty} ^{tz} ^{ua} ^{ub} ^{uc} ^{ud} ^{ue} ^{uf} ^{ug} ^{uh} ^{ui} ^{uj} ^{uk} ^{ul} ^{um} ^{un} ^{uo} ^{up} ^{uq} ^{ur} ^{us} ^{ut} ^{uu} ^{uv} ^{uw} ^{ux} ^{uy} ^{uz} ^{va} ^{vb} ^{vc} ^{vd} ^{ve} ^{vf} ^{vg} ^{vh} ^{vi} ^{vj} ^{vk} ^{vl} ^{vm} ^{vn} ^{vo} ^{vp} ^{vq} ^{vr} ^{vs} ^{vt} ^{vu} ^{vv} ^{vw} ^{vx} ^{vy} ^{vz} ^{wa} ^{wb} ^{wc} ^{wd} ^{we} ^{wf} ^{wg} ^{wh} ^{wi} ^{wj} ^{wk} ^{wl} ^{wm} ^{wn} ^{wo} ^{wp} ^{wq} ^{wr} ^{ws} ^{wt} ^{wu} ^{wv} ^{ww} ^{wx} ^{wy} ^{wz} ^{xa} ^{xb} ^{xc} ^{xd} ^{xe} ^{xf} ^{xg} ^{xh} ^{xi} ^{xj} ^{xk} ^{xl} ^{xm} ^{xn} ^{xo} ^{xp} ^{xq} ^{xr} ^{xs} ^{xt} ^{xu} ^{xv} ^{xw} ^{xx} ^{xy} ^{xz} ^{ya} ^{yb} ^{yc} ^{yd} ^{ye} ^{yf} ^{yg} ^{yh} ^{yi} ^{yj} ^{yk} ^{yl} ^{ym} ^{yn} ^{yo} ^{yp} ^{yq} ^{yr} ^{ys} ^{yt} ^{yu} ^{yv} ^{yw} ^{yx} ^{yy} ^{yz} ^{za} ^{zb} ^{zc} ^{zd} ^{ze} ^{zf} ^{zg} ^{zh} ^{zi} ^{zj} ^{zk} ^{zl} ^{zm} ^{zn} ^{zo} ^{zp} ^{zq} ^{zr} ^{zs} ^{zt} ^{zu} ^{zv} ^{zw} ^{zx} ^{zy} ^{zz}

INTERPRETATIO.

a Discernendis. b indistincte. c exerior. d attente. e comœdiis quæ habentur dubia. f regula. g persuasus. h & Plauto restituit comœdias aliquas usurpatas jam | *ab aliis qui suum nomen iis inscripserant. i & alii omnes qui sapius legunt Plautum, minime dubitabunt.*

NOTÆ.

1. Ælii, Sedigiti, Claudii.] Grammatici fuere vel antiquarii, Sedigitus quasi lenis digitis dictus est.
2. Varroniana.] Opera & studio Varronis collecta & ordine digesta fuerant | *Plauti comœdiæ.*
3. Aquilii.] Fuit Aquilius, ut hinc conjicimus, poeta comicus, Plauti temporibus suppar, adeoque citatus a Varrone lib. V. de lingua Latina.

ea fabula cognoverit. Qui quoniam sunt, ut de illius more dicam, Plautinissimi, propterea & meminimus eos & adscriptimus. 4 Parasitus ibi esuriens hæc dicit;

^k Ut illum di perdant, ⁵ primus qui horas reperit,

Quique adeo primus ¹ statuit hic solarium;

^m Qui mihi comminuit misero articulatum diem:

ⁿ Nam me puero uterus erat solarium

Multo omnium istorum optimum & verissimum,

Ubi iste monebat ^o esse, nisi cum nihil erat.

^p Nunc etiam quod est; non est, nisi soli lubet.

Itaque adeo jam oppletum est oppidum solarium.

Major pars populi aridi reptant fame.

Favorinus quoque noster, cum Nervolariam Plauti legerem, quæ inter incertas est habita; & audisset ex ea comædia versum hunc,

^q ⁶ Stratea, scrupeda, strativole, sordida:

delectatus faceta verborum antiquitate meretricum vitia atque deformitates significantium, Vel unus hercle, inquit, hic versus Plauti esse hanc fabulam satis potest ^r fidei fecisse. Nos quoque ipsi nuperrime cum legeremus *Fretum* (nomen est id comædiæ, quam Plauti esse quidam non putant) haud quicquam dubitavimus quin Plauti foret, & omnium maxime ^f genuina. Ex qua duos hos versus exscripsimus, ut historiam quæteremus ⁷ oraculi arietini.

INTERPRETATIO.

^k utinam. ^l posuit in hoc loco. ^m qui homo mihi misero dividit diem per particulas. ⁿ nam dum eram puer, hic venter erat solarium. ^o comedere, nisi quando ni-

hil habebamus. ^p jam non manducatur id quod habetur, nisi placeat soli q nungaces, tardigrada, lecti amantes. ^r probavisse. ^f propria.

NOTÆ.

4. Parasitus.] Qui aliorum ut mensis interst, serviliter adulatur, & omnia sustiner. Nomen hoc subinde abiit in invidiam, cum primo dicerentur parasiti, teste Hesychio, qui cum sacerdotibus victimæ partem caperent. Omnino respondebant Latinorum epulonibus. Vocabulum hoc est a *παρά* & *σῆς* frumentum, panis.

5. Primus horas reperit.] Diu apud Romanos ortus tantum & occasus solis habita est ratio: deinde & meridies adjunctus est quem sereno duntaxat sole consulis lictor pronunciabat. Horologium solarium primus Romæ posuit L. Papius Cursor an. U. C. CCCCLXII. Tamen nubilo tempore incertæ fuerunt horæ ad ætatem Scipionis Nasicæ, qui primus noctium ac dierum horas aqua divisit an. DCCXCV. ante Christum CLIX. quod horologii generis clepsydram appellaverit.

6. Stratea, scrupeda.] Nonius Marcellus hunc versum ex Plauto paulo aliter citat

Scrapta, scrupeda, strativella, sordida. Scruptæ, ut autor est Festus, dicebantur nugatoriæ ac despiciendæ mulieres. Scrupedæ autem appellari videntur quæ ægre admodum incedunt, quasi lapillos & serupos pedibus premerent.

7. Oraculi Arietini.] Famosum in Libya Jovis Ammonis oraculum indicat, cujus sub specie arietis pingendi hæc fuit occasio. Baccho in Libyæ desertis suis laboranti apparuit aries, quem dum ille persequeretur, ad fontem suavissimum pervenit, & beneficii memor Jovi, quem arietis figuram induisse sibi persuasit, templum extruxit splendidissimum in loco arenoso, unde & Jovi inhaesit Ammonis nomen *ἀνδρὸς ἀρης* quæ vox Græca significat arenam, *συνία*.

nunc illud est

Quod arietinum responsum magnis ludis dicitur :

Peribo si non fecero : si^u faxo , vapulabo.

Marcus autem Varro⁸ in libro de comœdiis Plautinis primo, Accii verba hæc ponit : Nam nec Gemini nec Leones , nec Condalium , nec Annus Plauti , nec Bis compressa , nec Bœotia unquam fuit , neque adeo Αἰγῶνος , neque Commorientes : sed M. Aquilii. In eodem libro Varronis id quoque scriptum est , Plautium fuisse quempiam poetam comœdiarum . * Cujus quoniam fabulæ Plauti inscriptæ forent , acceptas esse quasi Plautinas , cum essent non a Plauto Plautinæ , sed a Plautio Plautianæ . Feruntur autem sub Plauti nomine comœdiæ circiter centum atque triginta . Sed homo eruditissimus L. Ælius quinque & viginti esse ejus solas existimavit . Non tamen dubium est , quin istæ & quæ scriptæ a Plauto non videntur , & nomini ejus addicuntur , veterum poetarum fuerint , & ab eo retractatæ & expolitæ sint ; ac propterea ὧ respiciant dictum Plautinum . Sed enim ῥ Saturionem & Addictum & tertiam quandam , cujus nunc mihi nomen ἂ non suppetit , in pistrino eum scripsisse Varro & plerique alii memoriæ tradiderunt , cum pecunia omni , ḃ quam in operis artificum scenicorum pepererat , in mercationibus perditâ inops Romam redisset ; & ob quærendum victum ad circumagendas molas , quæ Ḅ trufatiles appellantur , ḁ operam pistori locasset : sicuti de Nævio quoque accepimus fabulas eum in carcere duas scripsisse , Hariolum & Leontem ; cum ob assiduam maledicentiam & probra in principes civitatis ḁ de Græcorum poetarum more dicta , in vincula Romæ a triumviris coniectus esset . Unde post a tribunis plebei exemptus est , cum in iis , quas supra dixi , fabulis Ḅ delicta sua & petulantias dictorum , quibus multos ante læserat , diluisset .

INTERPRETATIO.

r nunc illud est Iovis Ammonis oraculum , quod profertur magnis jocis . ὧ se fecero . x Ἐ ejus comœdias habitas fuisse pro Plautinis , quia præferebant nomen Plauti . ὧ redoleant locutionem Plauti . z comœdias appellatas Saturionem , & Addictum , a non venis in memoriam . ḃ quam acquisiverat laborando cum architectis scenarum . c manu versatiles . ḁ se locasset pistori ad opus . e excusasset culpam suam , & insolentiam jocorum quibus multos ante læserat .

NOTÆ.

8. In libro de comœdiis Plautinis primo Accii verba hæc ponit .] Hunc locum ex MS. Regio sic restituit Lambecius . Vulgati olim codices habebant primo actu , quam posteriorem vocem ut inuilem suppresserat Henr. Steph. Præterea loco M. Accilii aut M. Acutici , quam utramque vocem in aliis editionibus censet mendosam Lambecius substituit M. Aquilii .

9. De Græcorum poetarum more .] Primi comœdiæ Græcæ scriptores , effrânata dicendi licentia omnium existimationem violabant , ipsique actores solebant in theatris traducere , donec antiquatorem nocendi jure coacti sunt obmutescere .

CAPUT IV.

*Quod P. Africano & aliis tunc viris nobilibus ante etatem senectam
barbam & genas radere moris fuit.*

IN libris, quos de vita ^a P. Scipionis Africani compositos legimus, scriptum esse animadvertimus P. Scipioni Pauli F. postquam de

NOTÆ.

a P. Scipionis Africani.] Ut frequens passim in his libris incidit de Scipionibus mentio, Corneliæ gentis seriem, quatenus hic ejus notitia necessaria est, operæ pretium est breviter exponere.

Scipionis cognomen habuit primus P. Cornelius a pietate, quod Scipionis seu baculi instar parentis cæci gressus regeret, ut refert Macrobius. Hic magister equitum M. Furio Camillo Dictatore an. U. C. cccclvii. Veios cepit ut fuscus narrat Livius.

Ex eadem familia exortus est altero post sæculo P. Cornelius Scipio cos. cum T. Sempronio Longo anno U. C. lxxxv. quo bellum Punicum secundum duce Hannibale initum est. Ad Ticinum cum Romanis victus multis deinde præclare gestis cladem hanc compensavit. Denique Asdrubalis fraudibus, ac suorum perfidia circumventus in prælio fortiter dimicans lancea perfoctus occubuit, anno quam venerat in Hispaniam octavo, U. C. lxxli. ante Christum cxxiii.

Hujus filius P. Cornelius Scipio Africanus Major consul factus anno U. C. lxxlii. bellum in Africam transtulit, ubi Asdrubale Carthaginensi & Syphace Numidiæ rege iterum debellatis illustre consecutus est Africani cognomentum. Accusatus de capta ab Antiocho pecunia ad pacis leges ferendas, adversariorum invidiæ cessit, & Liternum in Campaniam se transtulit, ibique obiit anno U. C. lxx. ante Christum clxxxiv. Livius, Plutarchus, &c. Fratrem habuit

L. Cornelium Scipionem qui consul anno U. C. lxxiv. delevit Antiochum hostibus cæsis uno prælio ad quinquaginta millia peditum, equitum quatuor millia, & triumphum illustrem ex Asia

cum Asiatici cognomine retulit.

P. Scipio Africani Majoris filius, nisi tenui fuisset valetudine, alterum, ut ait Tullius, extitisset civitatis lumen; quamquam eum a paterna virtute non parum degenerasse scribat Valerius Maximus. Ædilis curulis fuit, ut patet ex inscriptione Adelphorum apud Terentium anno U. C. lxxciv. ante Christum cix. Cum liberis careret, adoptavit

P. Scipionem Æmilianum L. Pauli qui Persem vicit, filium. Hic, ut Velleii verbis utar, *vir avitis Publici Africani paternisque Lucii Pauli virtutibus simillimus, omnibus belli ac toga dotibus, ingenique ac studiorum, eminentissimus sæculi sui; qui nihil in vita, nisi laudandum aut fecit, aut dixit ac sensit. . . . tam elegans liberalium studiorum, omnisque doctrina & autor & admirator fuit, ut Polybium Panætiūque præcellentes ingenio viros domi militiaeque secum habuerit. Neque enim quisquam hoc Scipione elegantius interвала negotiorum otio disjunctus: semperque aut belli, aut pacis servavit artibus. Semper inter arma ac studia versatus, aut corpus periculis, aut animum disciplinæ exercuit. Ædilitatem petens consul creatus est: Carthaginenses & in Hispania & in Africa variis præliis fregit. Carthaginem in visam Romano nomini, ut ait idem Paternulus, funditus sustulit, fecitque sua virtutis monumentum, quod fuerat avi ejus clementia. Numantiam item excisam aquavit solo. Nec quisquam ullius gentis hominum ante eum clariore urbium excidio nomen suum perpetua commendavit memoria. . . . Post duos consulatus duosque triumphos mane in lectulo reperiens est mortuus, ita ut*

² Pœnis triumphaverat cenforque fuerat, ² eidem diem dictum esse ad populum a Claudio Afello tribuno plebei cui ³ equum in censura ademerat: eumque, cum esset reus, neque barbam desisse radi, neque non candida veste uti, neque fuisse cultu solito reorum. Sed, cum in eo tempore Scipionem minorem quadraginta annorum fuisse constaret, quod de barba rasa ita scriptum esset mirabamur. Comperimus autem ceteros quoque in istdem temporibus nobiles viros ⁴ barbam in ejusmodi ætate ^b rasi-
tasse: iccircoque plerasque imagines veterum non admodum senum, sed in medio ætatis ita factas videmus.

INTERPRETATIO.

a Eundem vocatum fuisse in judicium coram populo. b solitos esse radere.

NOTÆ.

quædam elisarum faucium in cervice reperirentur nota, anno U. C. Iccxxv. ante Christum cxxix.

Verum ne propositos brevitatis limites excedamus, si qui subinde ex eadem Scipionum gente occurrerint, consequentibus in notis ubi commodior erit dicendi locus, debitis elogiis non fraudabuntur. Consule notas in c. XX. l. IV.

2. Pœnis.] Carthaginenses Punici, Pœnici & Pœni, quasi Phœni dicti, quia e Phœnicia duce Didone profecti urbem æmulam Romæ in Africa litore condiderunt Carthaginem, quæ sæpius excisa ac restaurata, ab Arabibus denique everfa, nunc dicitur ab incolis *Bersack*.

3. Equum ademerat.] Equitibus Ro-

manis equus publicus assignabatur, quo, si quid præter officium admisissent, poterant a censore privari.

4. Barbam in ejusmodi ætate rasi-
tasse.] Barbam aluisse primos Romanorum indicant statuæ. Tonfores, teste Varrone, dicuntur primum venisse ex Sicilia in Italiam anno U. C. ccccliv. idem testatur Plinius lib. VII. cap. LIX. Ab his igitur circiter temporibus barbam raserunt præterquam in luctu: eamque primo solebant ponere anno ætatis xxi. quæ barbula deo alicui sacrari solebat, ut patet ex Suetonio in Nerone. Hadrianus imperator barbam reduxit primus, ut, quemadmodum refert in ejus vita Spartianus, *vulnera qua in facie naturalia erant, tegetet.*

CAPUT V.

Deliciarum vitium & mollietates oculorum & corporis ab Arcefilao philosopho cuidam opprobriata acerbè simul & festivè.

10

Plutarchus refert ¹ Arcefilaum philosophum vehementi verbo usum esse de quodam nimis delicato divite; qui incorruptus tamen & castus & perinteger dicebatur: nam cum vocem ejus ² infractam capillumque arte

INTERPRETATIO.

1

a Effæminatam.

NOTÆ.

1. Arcefilaum.] Hic philosophus Pitane in Æolide natus, post varias peregrinationes Athenas se contulit, ubi Crantorem audiit. Primus induxit novum philosophandi genus, quo nihil sciri posse contendebat; unde & a Ci-

cerone dicitur omnem everfisse philosophiam, & a Lactantio ignorantie magister appellatur. Floruit circa cxx. Olympiadem ante Christum ccc. Obiit ex craspula, ætatis anno LXXV. Laertius.

compositum & oculos ludibundos atque illecebræ voluptatisque plenos videret : Nihil interest , inquit , quibus membris ^b cinædi sitis , posterioribus an prioribus.

INTERPRETATIO.

^b Effeminati.

CAPUT VI.

De vi atque natura palmæ arboris ; quod lignum ex ea ponderibus impositis renitatur.

Per hercle rem mirandam Aristoteles in septimo problematum & Plutarchus in octavo ¹ symposiacorum dicit. Si super palmæ , inquit , arboris lignum magna pondera imponas , ac tam graviter urgeas onereque ut magnitudo oneris sustineri non queat : non deorsum palma cedit nec intra flectitur : sed adversus pondus resurgit , & sursum nititur recurvaturque ; propterea , inquit Plutarchus , in certaminibus palmam lignum esse placuit victoriæ ; quoniam ² ingenium ejusmodi ligni est , ut urgentibus opprimentibusque non cedat.

INTERPRETATIO.

¹ *Hæc est natura ejus arboris.*

NOTA.

¹ *Symposiacorum.*] Plutarchus libris *συμπόσιακων* , quod ibi agitates inter post VIII. problematum præfixit titulum | cula quæstiones proponat.

CAPUT VII.

Historia ex annalibus sumta de Q. Cædicio tribuno militum : verbaque ex Originibus M. Catonis apposita , quibus Cædicii virtutem cum Spartano Leonida equiparat.

Pulchrum , dii boni ! facinus ² Græcarumque facundiarum magniloquentia condignum M. Cato in libris Originum de Q. Cædicio tribuno militum scriptum reliquit. Id profecto est ^b ad hanc ferme sententiam : Imperator Pœnus in terra Sicilia , ¹ bello Karthaginiensi primo , ob-

INTERPRETATIO.

^a *Dignum magnificentia Græca eloquentia. b prope in hunc modum.*

NOTÆ.

¹ *Bello Karthaginiensi primo.*] Huic Hieronem & Pœnos implorarunt : ad bello dedit initium nimia Romanæ & Punicæ gentis utrinque suspecta potentia : Mamertini ab Hierone rege Syracusarum , & Carthaginensium socio la- cessiti , auxilium Romanorum adversus

Hieronem & Pœnos implorarunt : ad manus ventum est , & anceps diu victoria tandem Romanis cessit anno ejus belli XXIII. U. C. IXXIII. ante Christum CCXL. Polybius , Appianus , &c.

viam Romano exercitui progreditur, collis locosque idoneos prior occupat: milites Romani, uti res nata est, in locum insinuant fraudi & perniciæ obnoxium. Tribunus ad consulem venit: ^c ostendit exitium de loci importunitate & hostium circumstantia. ^d Maturum censeo, inquit, si rem servare vis, faciendum, ut quadringentos aliquot milites ad verrucam illam (sic enim M. Cato locum ^e editum asperumque appellat) ire jubeas; eamque uti occupent imperes horterisque: hostes profecto ubi id viderint; fortissimus quisque & promptissimus ad occurrandum pugnandumque ^f in eos prævertentur, ^g unoque illo negotio sese alligabunt: atque illi omnes quadringenti proculdubio obruncabuntur: tu interea, occupatis in ea ^h cæde hostibus, tempus exercitus ex hoc loco educendi habebis: alia, nisi hæc, salutis via nulla est. consul tribuno respondit consilium quidem fidum atque providens sibi viderier; sed istos, inquit, milites quadringentos ad eum locum in hostium ⁱ cuneos quisnam erit qui ducat? Si alium, inquit tribunus, neminem reperis; me licet ad hoc periculum utare; ego hanc tibi & reipublicæ animam do. Consul tribuno gratias laudesque egit. Tribunus & quadringenti ad moriendum profiscuntur. Hostes eorum audaciam demirantur: quorsum ire pergant in expectando sunt: sed ubi apparuit ad eandem verrucam occupandam iter ^k intendere; mittit adversum illos imperator Karthaginensis peditatum equitatumque, quos in exercitu viros habuit strenuissimos: Romani milites circumveniuntur; circumventi repugnant. Fit prælium diu anceps. Tandem superat multitudo: quadringenti omnes tum una perfossi gladiis aut ^l missilibus operati cadunt; consul ^m interibi dum ea pugna fit, se in locos tutos atque editos subducit. Sed quod illi tribuno duci militum quadringentorum divinitus in eo prælio ⁿ usus venit, non jam nostris sed ipsius Catonis verbis ^o subjecimus. Verba Catonis; *Dii immortales tribuno militum ⁿ fortunam ex virtute ejus dedere: nam ita evenit.* ^p Cum saucius multifariam ibi factus esset; tum vulnus capiti nullum evenit: cumque inter mortuos defatigatum vulneribus ægreque spirantem, quod ^q sanguen defluserat, cognovere; eum sustulere. Isque convaluit: ^r sæpeque post illa operam reipublicæ fortem atque

INTERPRETATIO.

^c declarat cladem imminere propter iniquitatem loci, & circumcingentes hostes. ^d si desideras conservare exercitum hoc opinor esse faciendum ocius, e altum & scabrum. ^e prius impetum facient. ^f & ad hanc unam rem erunt attentis. ^g vertere. ^h i. telis oppressi. ^k interea. ^l contigit. ^m subjuximus. ⁿ tribuere felicitatem ejus fortitudini convenientem. ^o cum multa plurimis in partibus accepisset vulnera. ^p sanguis. ^q post illud factum fortitudine ac virtute sæpe juvit remp.

NOTÆ.

2. Cuneos.] Vegetius lib. III. cap. XIX. quid sit cuneus sic explicat: Cuneus dicitur multitudo peditum, qua juncta acie primo angustior, deinde latior procedit, & adversariorum ordines rumpit: quia a pluribus in unum locum tela mittuntur. Quam rem milites nominant caput porcinum. Et vero ut cuneus fabrorum superiore parte amplior paulatim in acutum tenuatur, ita multitudo peditum ita disposita est, ut in fronte angustior, deinde latius extendatur.

strenuam perhibuit : illoque facto , quod illos milites subduxit , exercitum ceterum servavit. ¹ Sed idem benefactum in quo loco ponas , nimum interest. ³ Leonidas Lacedamonius laudatur , qui simile apud ⁴ Thermopylas fecit : propter ejus virtutes omnis Græcia ⁵ gloriam atque gratiam præcipuam claritudinis inclutissima decoravere monumentis , signis , statuis , elogiis , historiis , aliisque rebus gratissimum id ejus factum habuere. At tribus militum parva laus pro factis relicta , qui idem fecerat , atque rem servaverat. Hanc Q. Cædicii virtutem M. Cato tali suo testimonio decoravit. Claudius autem Quadrigarius , annali tertio , ⁶ non Cædicio nomen io fuisse refert , sed Valerio.

INTERPRETATIO.

¹ sed maxime refert, quæ in occasione idem officium conferas. Claudem & insigne benedoniam inter & Thessaliam situs est, ejus aditum vocant *Thermopylas*; quod illæ montium quasi portæ, non longe distent ab aquis calentibus. Nunc appellantur *Bocca di Lupo*.

NOTÆ.

3. Leonidas.] Leonidas Lacedæmoniorum dux Xerxem Persarum regem in Græciam cum exercitu innumerabili irruentem in Thessaliæ faucibus repressit Olymp. LXXIV. anno IV. ante Christum cccclxxxI. Plutarch.

4. Thermopylas.] Thermopylæ sunt

arctissimæ fauces montis Oetæ qui Mæcedoniam inter & Thessaliam situs est, ejus aditum vocant *Thermopylas*; quod illæ montium quasi portæ, non longe distent ab aquis calentibus. Nunc appellantur *Bocca di Lupo*.

CAPUT VIII.

Litera eximia consulum C. Fabricii & Æmilii ad regem Pyrrhum a Q. Claudio scriptore historiarum ^a in memoriam data.

CUM ¹ Pyrrhus rex in terra Italia esset , & ^b unam atque alteram pugnam prospere pugnasset , satisque angerentur Romani , & pleræque Italia ad regem descivisset : tum ² Ambraciensis quispiam Timochares , regis Pyrrhi amicus , ad C. Fabricium consulem furtim venit , ac præmium petivit ; & , si de præmio conveniret , promisit regem venenis necare : idque facile esse factu , quoniam filii sui pocula in convivio regi ministrarent. Eam rem Fabricius ad senatum scripsit. Senatus legatos ad

INTERPRETATIO.

^a Scriptis tradita. ^b & semel aut bis feliciter certasset.

NOTÆ.

1. Pyrrhus rex.] Pyrrhus rex Epiri vocatus a Tarentinis quos Romani magna strage devicerant , exercitu in Italiam trajecto anno U. C. cccclxxiv. bellum VI. annos ancipiti primum Marte gessit cum Romanis mox inclinante fortuna profligatus Epirum repetiit. Ar-

gos ingressus cum adversus Antigonum decertaret, illisa capiti regula occisus est a muliere, anno I. Olymp. cxxvii. ante Christum cclxxii. Plutarch. Justin.

2. Ambraciensis.] Ex Ambracia Græciæ urbe in Epiro, quæ vulgo etiam dicitur *Ambrachia*.

regem misit; mandavitque ut de Timochare nihil proderent, sed mone-
rent uti rex circumspectius ageret, atque a proximorum insidiis salutem
tutaretur. Hoc ita, uti diximus, in Valerii Antiatii historia scriptum est.
Quadrigarius autem in libro tertio non Timocharem sed Niciam adisse
ad consulem scripsit; neque legatos a senatu missos sed a consulibus, &
regem populo Romano laudes atque gratias scripsisse, captivosque om-
nes, quos tum habuerit, restituisse & reddidisse: consules tum fuerunt
C. Fabricius & Q. Æmilius. Literas, quas ad regem Pyrrhum super ea
causa miserunt, Claudius Quadrigarius scripsit fuisse hoc exemplo. Con-
sules Romani salutem dicunt Pyrrho regi. Nos pro tuis injuriis continuo
animo strenui, commoti inimiciter, tecum bellare studemus. Sed commu-
nis exempli & fidei visum est, uti te salvum velimus; ut esset quem vin-
cere possimus. Ad nos venit Nicias familiaris tuus, qui sibi precium a no-
bis peteret, si te clam interfecisset. Id nos negavimus velle; neve ob eam
rem quicquam commodi expectaret: & simul visum est, ut te certiore
faceremus; ne quid ejusmodi, si accidisset, nostro consilio civitates putarent
factum; & quod nobis non placet, precio aut premio aut dolis pugnare,
tu, nisi caves, jacebis.

INTERPRETATIO.

his verbis. A nos propter injurias quibus nos afficis semper mente vigiles. e. cu-
pimus bellum gerere. f. peribis.

NOTÆ.

3 C. Fabricius.] C. Fabricius Lucius
nus & Q. Æmilius Papus consulatum se-
cundum inire eodem anno quo Pyrrhus
irrupit in Italiam, U. C. CCCCLXXIV. Is
pauper admodum Pyrrhum oblat a quar-
ta regni parte sollicitantem ut ad suas
partes transfiret, fortiter contempnit.
Vide notas in cap. XIV. lib. I.

CAPUT IX.

Quis & cujusmodi fuerit, qui in proverbio fertur, equus Seianus, & qua-
lis color equorum sit qui spadices vocantur: deque istius vocabuli ratione.

GABIIUS Bassus in commentariis suis, item Julius Modestus in secun-
do quæstionum confusarum, historiam de equo Seiano tradunt di-
gnam memoria atque admiratione. Cn. Seium quempiam scribunt fuisse;
eumque habuisse equum natum Argis in terra Græcia: de quo fama

INTERPRETATIO.

2 Quæstionum miscellarum.

NOTÆ.

1 Gabius Bassus.] Quod hunc Carrio,
a quo non dissentit Vossius, censet Tra-
jano supparem fuisse, ut notavimus ad
cap. IV. lib. II. refellitur ex hoc capite.
Cùm enim testetur Gabius equum Seia-
num se vidisse. Certe vixerit Dolabella,
Cassii, &c. quorum fuit equus ille, tem-
poribus, an. ante Trajanum circiter cxi.
2 Argis.] Argos Hippium de quo hic
agitur, urbs Peloponnesi: nunc Argo.

constans esset tanquam de genere equorum progenitus foret, qui ³ Diomedis Thracis fuissent; quos Hercules Diomedem occiso e ⁴ Thracia Argos perduxisset. Eum equum fuisse dicunt magnitudine inusitata, cervicē ardua, colore ⁵ phœniceo, flava & ^b comanti juba; omnibusque aliis equorum laudibus quoque longe præstitisse: sed eundem equum tali fuisse fato sive fortuna ferunt, ut, quisquis haberet eum possideretque, is cum omni domo, familia, fortunisque omnibus suis ad internecionem deperiret. Itaque primum illum Cn. Seium dominum ejus a M. Antonio, qui postea ⁶ III VIR. R. P. C. fuit, ^c capitis damnatum miserando supplicio affectum esse: eodem tempore Cornelium Dolabellam consulē, in Syriam proficiscentem fama istius equi adductum Argos devertisse; cupidineque habendi ejus exarsisse; emissequē ⁷ HS. centum millibus: sed ipsum quoque Dolabellam in ⁸ Syria bello civili obsessum atque interfectum esse: mox eundem equum, qui Dolabellæ fuerat, ⁹ C. Cassium, qui Dolabellam obsederat, abduxisse. Eum Cassium postea latis notum est victis ¹⁰ partibus fusoque exercitu suo miseram mortem oppetiisse: deinde Antonium post interitum Cassii, parva victoria, equum illum nobilem Cassii requisisse; & cum eo potitus esset, ipsum quoque postea victum atque desertum ¹¹ detestabili exitio interisse. Hinc proverbium de hominibus calamitosis ortum dicitur solitum; *ille homo habet equum Scianum*. Eadem sententia est illius quoque veteris prover-

INTERPRETATIO.

b *spissa*. c *morte condemnatum*.

NOTÆ.

3. *Diomedis*.] Hic Diomedes Thraciæ rex cum soleret hospites equis objicere crudeliter devorandos, ab Hercule pari supplicio affectus est.

4. *Thracia*.] Europæ regio celebris ad occidentem Ponti Euxini, jam subdita est Turcis, & *Romania* nuncupatur.

5. *Phœniceo colore*.] De hoc colore consule cap. XXVI. lib. II.

6. *III VIR. R. P. C.*] Triumvir Reipublicæ constituendæ. Post mortem Julii Cæsaris, Octavius Cæsar cum Antonio & Lepido foedus inivit, veritus ne in ordinem a senatu cogeretur. Igitur inter eos convenit, ut ipsi tres constituendis administrandisque rebus, orbe Romano trifariam diviso, præficerentur in quinquennium. Ita Triumviri Reip. constituendæ facti sunt anno ab U. C. ICCCXI. ante Christum XLIII. non ultra decem annos in Rep. stetit hic magistratus.

7. *HS. centum millibus*.] De sestertio-

rum nomine, usu, ac pretio supra diximus in notis ad cap. XXIV. lib. II. Porro HS. centum millia ad 4375. libras Gallicas revocantur.

8. *Syria*.] Asiæ majoris regione ad occidentem Arabiæ.

9. *Cassium miseram mortem oppetiisse*.] Prope Philippos in Thessalia cum adversus Octavium & Antonium decertarent conjuratorum principes, ut Cassius sensit eam partem exercitus in qua erat, inclinare, totum exercitum ratus esse profligatum, sibi manus attulit anno U. C. ICCCXII. ante Christum XLII. *Epitome Liviana, Appianus, &c.*

10. *Victis partibus*.] Hanc lectionem sensus & historiæ fides postulat, in multis editionibus legitur *victis Parthis*.

11. *Detestabili exitio interisse*.] Antonius post pugnam Actiacam profugus in Ægyptum necem sibi conscivit, ne veniret in potestatem Octavii. *Florus, Valerius, &c.*

Bii, quod ita dictum accepimus : *aurum Tolosanum*. Nam cum¹² oppidum Tolosanum in terra Gallia¹² Q. Cæpio consul diripuisset; multumque auri in ejus oppidi templis fuisset : quisquis ex ea direptione aurum attigit, misero cruciabilique exitu periit. Hunc equum Gabius Bassus vidisse se Argis refert, haud credibili pulchritudine, vigoreque & colore^d exuberantissimo. Quem colorem nos, sicuti dixi Phœniceum, Græce partim^e *φοίνικας*, alii *απὸ δρυος* appellant : quoniam palmæ^f *termes* ex arbore cum fructu avulsus spadix dicitur.

INTERPRETATIO.

^d maxime vivido, e purpureum, alii spadicem, f ramus.

NOTÆ.

12. *Oppidum Tolosanum.*] Tolosa notum & decem millia auri pondo, argenti pondo quinquies decies centena millia, ut autor est Justinus, abstulit : anno sequente Romani exercitus clade latrocinii poenas dedit.

13. *Q. Cæpio.*] Hic an. U. C. I. DC. XLVIII. ante Christum CVI. direpta Tolosa cen-

CAPUT X.

Quod est quædam septenarii numeri vis & facultas, in multis nature rebus animadversa ; de qua M. Varro in *Hebdomadibus* differit copiose.

M. Varro in primo librorum qui inscribuntur, *Hebdomades*, vel de *Imaginibus*, septenarii numeri, quem Græci *ἑβδομάδα* appellant, virtutes potestatesque multas variasque dicit. *Is namque numerus*, inquit, ¹ *septentriones majores minoresque facit in celo, item² vergilias, quas *μαζίδας* vocant. Facit etiam stellas, quas alii³ erraticas, P. Nigidius erroneas appellat.* ⁴ *Circulos quoque ait in celo circum longitudinem axis septem esse ; e quis duos minimos, qui axem extimum tan-*

INTERPRETATIO.

^a Planetas.

NOTÆ.

1. *Septentriones majores & minores.*] Duo sunt sidera septentrionalia, quorum alterum dicitur *Ursa major*, alterum *Ursa minor*. Hæc, quæ & *Cynosura* nominatur, septem stellas complectitur. Illa inter viginti septem, continet septem reliquis multo splendidiore.

2. *Vergilias.*] *Vergilia* *μαζίδας* a Græcis *ἀπὸ τῆς μαζῆς* a navigando, quod ortu suo primæ navigationis tempus ostendant : *Vergilia* a Latinis appellata, quod circa æquinoctium vernum matutino tempore orientur. Septem stellæ sunt

in genu Tauri.

3. *Erraticas.*] De planetis loquitur, qui sunt numero septem ; scilicet Saturnus, Jupiter, Mars, Sol, Venus, Mercurius, & Luna.

4. *Circulos in celo.*] Illi circuli sunt a septentrione quidem polus septentrionalis, circulus Arcticus, & tropicus Cancri. A meridie autem polus Australis, circulus antarcticus, & tropicus Capricorni : septentrionem inter & meridiem medium tenet locum *Æquator*, seu *Æquinoctialis*.

gunt, ^b πόλους appellari dicit; sed eos in ^c sphaera, quæ ^e περιωπή vocatur, propter brevitatem non inesse. Atqui neque ipse ⁷ Zodiacus septenario numero caret. Nam ^d in septimo signo fit solstitium a bruma; in septimo bruma a solstitio. ^e In septimo æquinoctium ab æquinoctio. Dies deinde illos, quibus ⁸ halcyones hieme anni in aqua ^f nidulantur, eos quoque septem esse dicit: præterea scribit lunæ curriculum confici integris quater septenis diebus. Nam ⁸ duodetricesimo luna, inquit, ex ^h quo vestigio profecta est, eodem redit: auctoremque opinionis hujus Aristidem esse Samium. In qua re non id solum animadverti debere dicit, quod quater septenis, id est, octo & viginti diebus conficeret iter luna suum; sed quod is numerus septenarius, ⁱ si ab uno profectus dum ad semetipsum progreditur, ⁹ omnes, per quos progressus est, numeros comprehendat, ipsumque se addat; facit numerum octo & viginti: quot dies sunt curriculum lunaris. ^k Ad homines quoque nascendos vim numeri istius porrigi pertinereque ait. Nam cum in uterum, inquit, mulieris genitale semen datum est, primis septem diebus ^l conglabatur coagulaturque, fitque

INTERPRETATIO.

b polos. c armillaris. d solstitium æstivum | *fimo octavo die, h ex qua parte cæli,*
 accidit septimo mense post hibernum, & | *i si incipiatur ab unitate. k Varro dicit*
 hibernum solstitium accidit septimo mense | *post æstivum. e æquinoctium veris ac-*
 cidit septimo mense post æquinoctium | *colligitur & coalescit.*
 autumnii. f nidum construunt. g vige-

NOTÆ.

5. Πόλους.] Poli sunt extremae partes axis, ita dictæ quod supra eas tota sphaera vertatur, ἀπό τῆς πολέων a vertendo.

6. Sphaera.] Sphaeram inventam alii tradunt ab Atlante, eamque ab Hercule translata in Græciam: alii ab Anaximandro Milesio; Laertius Musæo, Cicero Archimedi acceptam refert. Dicitur porro περιωπή five armillaris, quod variis circulis, quasi totidem armillis distincta sit.

7. Zodiacus.] Circulus est inter mundi polos oblique locatus, ex altera parte tropicum æstivum in principio Cancræ, ex altera hibernum in principio Capricorni attingens, ac medium interfecans æquatorem circa Arietis & Libræ principia. Dicitur autem post hismale solstitium, contingere æstivum septimo signo, quod soli sint septem signa perlustranda ab uno solstitio ad alterum. Solstitium æstivum fit cum sol ingreditur Cancræ, sunt igitur ab æstivo ad hibernum decurrenda soli signa Cancræ, Léo, Virgo, Libra, Scorpius, Arci-

tenens & Capricornus, quo tempore brumam efficit.

8. Halcyones.] Halcyon avis maritima, nostris temporibus incognita, nido fabrica mirabili in mari impune constructo per hiemem parit ova: quo tempore halcyonum feeturæ sternitur tranquillum mare. Aristoteles, Plinius, &c. Ipseque Ovidius XI. Metamorph. sic ait,

Perque dies placidos hiberno tempore septem

Incubat Halcyone pendentibus a quorū nidis.

Tum via tuta maris.

Nomen habet ἀπό τῆς ἐν ἀλλήλοις quod in mari pariat. Unde rectius, opinor cum antiquis scripseris halcyon, quam alcyon cum aliis, quidquid ex grammaticorum regulis afferant.

9. Omnes . . . numeros.] Scilicet unum, duo, tria & quatuor faciunt decem: & quinque, sex & septem faciunt octodecim; quæ simul collecta viginti octo faciunt.

ad capiendum figuram idoneum. Post deinde quarta hebdomade, quod ejus virile fœtus futurum est, ^m caput & spinam, quæ est in dorso, informatur. Septima autem fere hebdomade, id est nono & quadragesimo die totus, inquit, homo in utero absolvitur. Illam quoque vim numeri hujus observatam refert; quod ante mensem septimum neque masculus neque fœmina ⁿ salubriter ac secundum naturam nasci potest; & quod hi, qui • justissime in utero sunt, post ducentos octuaginta dies, postquam sunt concepti, quadragesima denique hebdomade ita nascuntur. ^p Pericula quoque vitæ fortunarumque hominum, quæ ¹⁰ climacteras Chaldæi appellant, gravissima quæque fieri affirmat septenariis. Præter hoc, ^q modum esse dicit summum adolescendi humani corporis septem pedes. Quod esse magis verum arbitramur, quam quod Herodotus homo fabulator, in primo historiæ, inventum esse sub terra scripsit ¹¹ Orestis corpus cubita longitudinis habens septem; quæ faciunt pedes duodecim & quadrantem: nisi si, ut Homerus opinatus est, vastiora prolixioraque fuerint corpora hominum antiquorum; & nunc, quasi iam mundo senescente, rerum atque hominum decremента sunt. Dentes quoque & in primis septem mensibus & septenos ex utraque parte gigni ait, & cadere annis septimis; ^r & genuinos annasci annis fere bis septenis. Venas etiam in hominibus, vel potius arterias, ¹² medicos muscos dicere ait numero moveri septenario: quod ipsi appellant, ^r τὸ διὰ τεσσάρων συμφωνίαν, quæ fit in collatione quaternarii numeri. Discrimina etiam periculorum in morbis majore vi fieri putant in diebus, qui conficiuntur ex numero septenarii: eosque dies omnium maxime, ita ut medici appellant, ^r ¹³ κριτικὸὶ ἢ κρισίμους, cuique videri, ^u primam hebdomadam & secundam &

INTERPRETATIO.

in figuratur caput & spina dorsi illius qui debet esse sexus virilis. n. natus potest vivere juxta naturæ cursum ordinarium. o. justissimo temporis spatio. p. pariter asserit dies, quos Chaldæi vocant climacteras, formidabiles ob discrimen vitæ & fortunarum quod subeunt homines, esse septenarios. q. dicit mensuram maximam

humani corporis crescendi esse pedes septem. r. & anno circiter decimo quarto dentes molares prope alios nasci. s. quatuor tonorum symphoniam, quæ fit cum quatuor soni inter se conciliantur. t. criticos & decretorios. u. septimum diem, decimum quartum, & vigesimum primum.

NOTÆ.

10. Climacteras.] Numerus κλιμακτηρῶν ita dicitur, quod ad eum quasi per quosdam gradus deveniamus; κλίμαξ enim Græcis gradus est: talis est numerus qui e septies septem resultat.

11. Orestis.] Orestes Agamemnonis & Clytemnestræ filius, poetarum fabulis clarissimus, serpentis morsu periit. Dicitur autem modo Orestis in genitivo sicut Achilli, Ulyssi, &c. modo Orestis, ut Achillis, &c.

12. Medicos muscos.] Fuit alias quod-

dam genus medicorum, qui musica morbos animi & corporis sanarent. Tradebant illi septenario modo musico venas & arterias subsilire. Ita phreneticos alias curatos tradit Aesclepiades medicus. Nec est in Apulia adversus venenatos Tarentulæ morsus præsentius aliud remedium. Sed de his infra in not. ad c. XIII l. IV.

13. Κριτικὸὶ ἢ κρισίμους.] Sic appellant medici dies, quibus de morbo fieri potest judicium, & conjicitur an æger convalescitur sit necne.

tertiam. Necnon id etiam est ad vim^x facultatesque ejus numeri augendas, quod, ^y quibus inedia mori consilium est, septimo demum die mortem oppetunt. Hæc Varro de numero septenario scripsit admodum conquisite. Sed alia quoque ibidem congerit frigidiuscula; veluti septem opera esse in orbe terrarum miranda, & sapientes item veteres septem fuisse, & curricula ¹⁴ ludorum circensium sollempnia septem esse, ad oppugnandas ¹⁵ Thebas duces septem electos. Tum ibi addit, ^z se quoque jam duodecimam annorum hebdomadam ingressum esse, & ad eum diem ^a septuaginta hebdomadas librorum conscripsisse: ^b ex quibus aliquantum, cum proscriptus esset, direptis bibliothecis suis non comparuisse.

INTERPRETATIO.

^x potestates. ^y qui volunt fame perire. ^b quorum aliquos addit non amplius ^z se pariter attigisse septies duodecim ^a annos. ^a septies septuaginta libros. ^b quos fuisse, eversa sua bibliotheca, postquam ejus caput pretio addictum fuisset.

NOTÆ.

¹⁴. Ludorum circensium.] Circenses Iudi vel a circo dicti sunt in quo exhibebantur, vel ab ensibus in circuitu ita dispositis, ut ignavis gladiatoribus aditus ad fugam præclusus esset. ¹⁵. Thebas.] Urbs Bœotix lapidibus ad fidium concentum aggestis ab Amphione extracta, ut ferunt fabulæ. Hodie *Stives*.

CAPUT XI.

Quibus & quam frivolis argumentis Accius^a in Didascalicis utatur; quibus docere nititur Hesiodum esse quam Homerum natu antiquiorem.

Super ætate¹ Homeri atque Hesiodi non consentitur. Alii Homerum quam Hesiodum majorem natu fuisse scripserunt; in ^b quibus

INTERPRETATIO.

^a Libris qui sunt inscripti *Didascalici*. ^b inter quos.

NOTÆ.

¹. Super Homeri ætate.] Ut Homeri patriam varia gentes, sic ætatem diversa tempora quasi sibi vindicant. Troja a Græcis expugnata est anno ante Christum *CLCLXXXIV*. qui est ante U. C. *ccccxxxi*. Tradit Herodotus tempus Homericæ natalis incidere in annum ab expugnatione Trojæ *CLXVIII*. Philochorus apud Clementem eum refert ad *CLXXX*. Euthymenes ad ducentimum, Apollodorus Atheniensis ad ducentimum & quadragesimum a Troja capta. Eum alii suppartum Trojanis temporibus fecere, ut Dionysius apud Tzerzen. Alii a Troja removerunt tantum octoginta annis, ut Crates Grammaticus apud Clementem & Eusebium: alii centum, ut Eratosthenes: alii centum quadraginta, ut Aristarchus. Haud multo major est Latinis inter scriptores consensus, ut patebit criticis, quibus Cornelii Nepotis, Velleii, Cassii, Plinii, & Gellii nostri dissidentes de temporibus Homericis opiniones expendere libuerit. At quibus tandem præ cæteris habenda fides? iis subscribimus qui Homerum neque remotius ad Trojana, neque ad Olympiadum tempora propius referunt: sed mediam ineunt viam, ac floruisse volunt sub annum ante Christum *CL* post excidium Trojæ *CLXXXIV*.

² Philochorus, & Xenophanes. Alii minorem; in quis ³ L. Accius poeta & ⁴ Ephorus historiarum scriptor. Marcus autem Varro, in primo de Imaginibus, uter natus prior sit parum constare dicit; sed non esse dubium, quin aliquo tempore eodem vixerint; idque ex epigrammate ostendit, quod in tripode scriptum est, qui in monte ⁵ Helicone ab Hesiodo positus traditur. Accius autem in primo Didascalico levibus admodum argumentis utitur per quæ ostendit Hesiodum natu priorem. Quod Homerus, inquit, cum in principio carminis Achillem esse filium Pelei diceret, quis esset Peleus non addidit: quam rem procul, inquit, dubio dixisset, nisi ab Hesiodo jam dictum videretur. De ⁶ Cyclope itidem, inquit, vel maxime quod unoculus fuit, rem tam insignem non præterisset, nisi æque prioris Hesiodi carminibus vulgatum esset. De patria quoque Homeri multo maxime diffusum est. Alii Colophonium, alii Smyrnæum, sunt qui Atheniensem, sunt qui Ægyptium dicant fuisse. Aristoteles tradit ex insula Io natum. M. Varro, in libro de Imaginibus primo, Homeri imagini hoc epigramma apposuit.

^c Capella Homeri candida hæc tumulum indicat,

Quoi ara Ieta mortuo faciunt sacra.

^d Ἐπὶ τῆ πόλτι δεείζουσι περὶ ῥίζαν ὀμήρου

⁷ Σμύρνα, ⁸ Ρόδος, ⁹ Κολοφών, ¹⁰ Σαλαμίν, ¹¹ Ἴος, Ἀργος, Ἀθήναι

INTERPRETATIO.

^a hæc alba capella ostendit sepulcrum Homeri, cui defuncto Ieta sacrificant in altari.

^d Septem urbes contendunt de origine Homeri
Smyrna, Rhodus, Colophon, Salamin, Ios, Argos, Athena.

NOTÆ.

² Philochorus.] Videnotas in lib. XV. cap. XIX.

³ Accius.] Tragœdiarum scriptor nobilis floruit anno U. C. Ixxxiv.

⁴ Ephorus.] Historicus patria Cumæus, Isocratis auditor, quem ait Seneca sæpe decipi. sæpe decipere. Autor est Diodorus Siculus eum res a Græcis & Barbaris ab Heraclidarum reditu pene per DCL. annos gestas & in triginta volumina distributas scripsisse.

⁵ Helicone.] Helicon mons in Bœotia Apollini & Musis sacer.

⁶ Cyclope.] Polyphemum indicat hominem immani corporis mole, cui Ulysses oculum, quem media sub fronte latissimum habebat, præusto scipione ef-

fodit, ut festive narrat Homerus in Odyssæa.

⁷ Σμύρνα.] Smyrna urbs Ioniarum ab una Amazonum cognomine sic appellata.

⁸ Rhodus.] Urbs in insula ejusdem nominis sita in mari Carpathio.

⁹ Colophon.] Ioniarum in Asia minori urbs, Altobosco Zardo; sed Nigro Belvedere.

¹⁰ Salamis.] Urbs insulæ Cypri: Constantia, Stephano teste, postea dicta est, Constanza.

¹¹ Ἴος.] In insula maris Ægæi cognomine cives; cujus cives Ietæ sunt appellati, Vulgo dicitur Nio.

CAPUT XII.

^a *Largum atque avidum bibendi a P. Nigidio doctissimo viro novo & pro-*
pemodum^b absurdo vocabulo bibosum dictum.

Bⁱ *bendi avidum P. Nigidius in commentariis grammaticis bibacem &*
bibosum dicit. Bibacem ego, ut edacem a plerisque aliis dictum lego.
⁹ *Bibosum dictum etiam^c nusquam reperi, nisi apud Laberium. Neque aliud*
est quod simili^d inclinatu dicatur. Non enim simile est, ut, vinosus, aut
vitiosus, ceteraque, quæ hoc modo dicuntur. Quoniam a vocabulis non a
verbis^e inclinata sunt. Laberius in^f mimo vel primo qui Salinator inscri-
ptus est, verbo hoc ita utitur.

¹⁰ ^g *Non mammosa, non annosa, non bibosa, non procax.*

INTERPRETATIO.

a Ebriosum. b improprio. c apud nul- quidem prima. g mulier non habens tur-
 lum autorem. d derivatione ab alio vo- gentia ubera, non vetula, non bibosa,
 cabulo. e derivata sunt. f in comædia non impudens.

CAPUT XIII.

Quod Demosthenes etiam tum adolescens, cum Platonis philosophi discipulus
foret, audito forte Callistrato rhetore in concione populi destitit a Platone,
& sectatus est Callistratum.

¹⁵ **H**¹ *ermippus hoc scriptum reliquit; Demosthenem admodum ado-*
lescentem^a ventitare in² academiam, Platonemque audire solitum.
Atque is, inquit, Demosthenes domo egressus, ut ei mos erat, cum ad
Platonem pergeret, complurisque populos concurrentis videret, per-
cunctatur ejus rei causam, cognoscitque currere eos auditum Callistra-
²⁰ *tum. Is Callistratus Athenis orator in republica fuit. Illi^b Δημαγωγῶν ἀ-*
pellant. c Visum est^d paulum devertere, experiri que an ad digna auditu

INTERPRETATIO.

a Sæpe venire. b populi ductores. c eos qui ab aliis dicuntur oratores. d ali-
 quantum digredi de via.

NOTÆ.

1. *Hermippus.*] Is est, quantum con-
 jicere licet Hermippus Smyrnæus Pto-
 lemæi Philopatoris temporibus suppar,
 ejus Athenæus & Laertius passim men-
 tionem faciunt: floruerit itaque circa
 annum ante Christum cxxii.

2. *Academiam.*] Academia locus ar-
 boribus confitus ab Athenis mille passus

distans, ubi Plato aliique philosophi
 maximo discipulorum concursu ludum
 aperuere.

3. *Δημαγωγῶν.*] Non omnes passim
 oratores in Atheniensi Rep. vocabantur
δημαγωγοί, sed ii tantum, quorum erat
 tanta dicendi vis, ut ad nutum animum
 populi possent inflectere.

tanto

tanto properatum studio foret. Venit, inquit, atque audit Callistratum nobilem illam ^e *ἡ δὲ τοῦ Ὀροπότου Ἰσθίου* dicentem: atque ita motus & ^f demulctus & captus est, ut Callistratum jam inde sectari ceperit; academiam cum Platone reliquerit.

INTERPRETATIO.

e de Orope quæ urbs est Macedonia causam. f delinitus.

CAPUT XIV.

Dimidium librum legi, aut, dimidiam fabulam audiui, aliaque ejusmodi qui dicat, vitiose dicere; ejusque vitii causas reddere M. Varronem: nec quemquam veterum iisce verbis ita usum esse.

Dimidium librum legi, aut, dimidiam fabulam audiui, vel quid hujusmodi, male ac vitiose dici existimat Varro. Oportet enim, inquit, dicere dimidiatum librum, non, dimidium, &, dimidiatam fabulam, non, dimidiam. Contra autem si e^a sextario hemina fusa est, dimidium, non dimidiatum sextarium fustum dicendum est. Et qui ex mille nummum, quod ei debebatur, quingentos recepit, non dimidiatum recepisse dicemus, sed dimidium. At si scyphus, inquit, argenteus mihi cum alio communis in duas partes^a disjectus sit, dimidiatum eum dicere esse scyphum debeo, non dimidium: argenti autem, quod in eo scypho inest, dimidium meum esse, non dimidiatum. Differit ac dividit subtilissime, quid dimidium^b dimidiato intersit, & Q. Ennium scienter hoc in annalibus dixisse ait;

Sicuti si quis ferat vas vini dimidiatum.

Sicuti pars, quæ deest ei vasi, non dimidiata dicenda est, sed dimidia. Omnis autem disputationis ejus, quam subtiliter quidem sed subobscurè explicat, summa hæc est. Dimidiatum est quasi dismediatum, & in partis duas pares divisum. Dimidiatum ergo nisi ipsum quod divisum est, dici haud convenit. Dimidium vero est, non quod ipsum dimidiatum est, sed quæ ex dimidiato pars altera est. Cum igitur partem libri dimidiam legisse volumus dicere, aut partem dimidiam fabulæ audisse: si dimidiam fabulam, aut dimidium librum dicimus; peccamus. Totum enim ipsum quod dimidiatum atque divisum est, dimidium dicis. Itaque Lucilius eadem secutus.

INTERPRETATIO.

a Divisus. b differat a dimidiato.

NOTA.

1. Sextario hemina, &c.] Sextarius mensura apud Romanos tam liquidis quam aridis metiendis, amphoræ fuit pars quadragesima octava. Amphora porro tantum capit, quantum vas quoquo-versus pedale: hemina autem quæ & co-

tula dicitur, sextarii dimidium est. Quatuor sextarii chœnica complent; sex congius, atque inde forsan sextarii nomen quod eum sexies congius capit. Hæc & alia Budæus.

Uno oculo, inquit, pedibusque duobus dimidiatus
Ut porcus.

& alio loco :

Quid ni? & ² scruta quidem ut vendat scrutarius laudat.
Præfractam strigilem, soleam ^c improbus dimidiatam.

§ Jam in vicesimo ^d manifestius dimidiam horam dicere studiose fugit; sed
pro dimidia, dimidium ponit in hisce versibus;

Tempestate sua atque eodem uno tempore & hora
Dimidio, tribus confectis duntaxat eandem
Et quartam.

10 Nam cum obvium proximumque esset dicere;
& hora

Dimidia, tribus confectis :

15 Vigilate atque attente verbum non probum mutavit. Per quod satis apparet ne horam quidem dimidiam recte dici, sed vel dimidiatam horam, vel dimidiam partem hore. Propterea Plautus in ^e Bacchidibus dimidium auri dicit, non, dimidiatum aurum. Item in ^f Aulularia dimidium obsonii non, dimidiatum obsonium, in hoc versu:

Ei adeo obsonii hinc iussit dimidium dari.

20 ^g In Menæchmis autem dimidiatum diem, non, dimidium, in hoc versu:
^h Dies quidem jam ad umbilicum dimidiatus mortuus est.

M. Cato in libro, quem de agricultura conscripsit: Semen cupressi serito crebrum, ita uti linum seri solet. Eo ⁱ crebro terram insternito, dimidiatum digitum. Iam id bene tabula aut pedibus aut manibus complanato. Dimidiatum autem, inquit, digitum, non, dimidium. Nam digiti quidem dimidium, digitum autem dimidiatum dici oportet. Item M. Cato de Karthaginensibus ita scripsit: Homines defoderunt in terram dimidiatos, ignemque circumposuerunt. Ita interfecerunt. Neque quisquam omnium, qui probe locuti sunt, his verbis secus, quam dixi, usus est.

INTERPRETATIO.

^c fallax laudat. ^d libro. ^e in comœdia | dem dies ad meridiem progressus media
quæ inscribitur Bacchides. ^f comœdia | parte periit. ⁱ Sparge super terram ad altitudinem
Plauti. ^g comœdia Plauti. ^h Nunc qui | titudinem medii digiti.

NOTA.

1. Scruta.] Scruta vocantur attrita usu vestes, refixi clavi, & omnia quæ attrita minore pretio venduntur.

CAPUT XV.

Exstare in literis^b perque hominum memorias traditum, quod repente multis¹ mortem attulit gaudium ingens insperatum, c^e interclusa anima, & vim magni novique motus non sustinente.

Cognito repente insperato gaudio expirasse animam refert Aristoteles Philosophus² Polycritam nobilem fœminam^d Naxo insula. ³ Philippides quoque comœdiarum poeta haud ignobilis, ætate jam^e edita, cum in certamine poetarum præter spem vicisset, & lætissime gauderer; inter illud gaudium repente mortuus est. De Rhodio etiam Diagora celebrata historia est. Is Diagoras tres filios adolescentes habuit, unum⁴ pugilem, alterum⁵ pancratiasten, tertium⁶ luctatorem: eosque omnes¹⁰ vidit vincere coronarique eodem⁷ Olympiæ die: & cum ibi eum tres adolescentes amplexi, coronis suis in caput patris positis, suaviarentur;

INTERPRETATIO.

a Scriptum esse. *b* & nos scire traditione. *d* oriundam e Naxo. *e provesta. *f* oscularentur.*

NOTÆ.

1. *Mortem attulit gaudium.*] Enimvero gaudium ita diffundit spiritus, ut cor omnino destituant: ex adverso ita colligit tristitia, ut idem cor opprimatur. Quod autem ex gaudio plures mortem oppetant quam ex tristitia, ex eo fit, quod confluentem spirituum copiam cor perpetuo motu possit repellere, dissipatam autem ad se attrahere non valeat.

2. *Polycrita.*] Polycrita e Naxo fuit, quæ est Ægæi maris insula. Cum Naxios inter & Milesios bellum arderet, ut refert Plutarchus, ipseque hostis Diognetus maximas e Naxiis prædas ageret, Polycritam cepit, quæ captiva suos occulte monuit, quo tempore Milesii ad pugnam futuri essent imparati. Dicta die erumpunt Naxii, vincunt, victoriz laus omnis in Polycritam refunditur, quæ tantis impar lætitiis expiravit. *Plutarch. lib. de virtut. mulier.*

3. *Philippides.*] Poeta Græcus, Atheniensis, cujus non nisi aliquot fragmenta variis in scriptoribus supersunt. Fabulas ut refert Suidas edidit xlv. Claruit Olymp. cxi. ante Christum cccxxxvi.

4. *Pugilem.*] Pugiles erant qui cum

alibi, tum in ludis Olympicis decertabant pugnis aut cæstibus: cæstus autem erant involucria ex tergoribus bubulis facta, quibus extremam brachii partem ad validiores ictus infligendos tegebant.

5. *Pancratiasten.*] Erant Pancratiastæ qui famosis quinque pugnandi generibus, lucta, saltu, cursu, disco, & pugilatu certabant. *ἀπό τῶ πάντων κινήσων* ita dicti sunt, quod iis omnibus esset viribus entendum.

6. *Luctatorem.*] Luctatores nudi & oleo peruncti ad terram sese affligere summo torius corporis nisu certabant. Ab iis spectaculis mulieres lex & pudor arcebat.

7. *Olympiæ.*] Olympiæ quæ urbs est in Elide, ludi quinto quoque anno in honorem Jovis Olympii celebrandi, ab Hercule primum, tum ab aliis, denique ab Iphito sunt instituti, anno ante Christum lcccxxvii. atque ab illis temporibus certum aliquid in Græcorum historia incipimus habere. Olympia nunc *Langanico* dicitur in provincia *Belvedere* appellata. Vide notas in cap. I. lib. I.

cumque populus gratulabundus flores undique in eum jaceret : ibi in stadio, inspectante populo, in osculis atque in manibus filiorum animam efflavit. Præterea in nostris annalibus scriptum legimus, qua tempestate
 5 de morte filii allato, luctu atque mærore affectam esse. Sed is nuncius non verus fuit : atque is adolescens non diu post ex ea pugna in urbem rediit. Anus repente filio viso, & copia atque turba & quasi ruina incidens inopinati gaudii oppressa exanimataque est.

INTERPRETATIO.

g eam abundantia & ubertas lætitiæ improvisa, quasi ruina incidens obruit & occidit.

NOTA.

8. Apud Cannas, &c.] In insigni illa Romanorum clade an. U. C. Ixxxviii. ante Christum cxxvi. cæsa sunt ab Hannibale xl. millia Romanorum. In his consul, senatores lxxx. equitum tanta multitudo, ut annulorum aureorum modius Carthaginem mitteretur, Polybius, Livius, Florus, &c.

CAPUT XVI.

10 *Temporis varietas in a puerperiiis mulierum quenam sit & a medicis & a philosophis tradita : atque inibi poetarum quoque veterum super eadem re opiniones : multa que alia auditu atque memoratu digna ; verbaque ipsa Hippocratis medici ex libro illius sumta, qui inscriptus est b αει ζωων.*

15 **E**T medici & philosophi illustres de tempore humani partus quæsi- erunt : c ποσος ο τῆς ἡδ' ἀπὸ τῶν κνήσων χρόνος. Et multa opinio est, eaque jam pro vero recepta, postquam mulieris uterus conceperit semen, gigni hominem septimo rarerer, nunquam octavo, sæpe nono, sæpius- numero decimo mense : d eumque esse hominem gignendi summum finem, decem menses non inceptos sed exactos. Idque Plautum veterem poetam dicere videmus in comædia Cistellaria his verbis ;

20 *tum illa, quam e compresserat, Decimo post mense exacto hic peperit filiam.*

Hoc idem tradit etiam Menander poeta vetustior, humanarum opinio- num vel peritissimus. Versus ejus super ea re de fabula Plocio posui, f Γων κωϊ δὲ κέλυθον.

25 Sed noster Cæcilius, cum faceret eodem nomine & ejusdem argumenti comædiam, ac pleraque a Menandro sumeret ; in mensibus tamen & genita- libus nominandis, non prætermisit octavum quem præterierat Menander. Cæcilius versus hinc sunt,

INTERPRETATIO.

a Tempore pariendi. b de alimento. c quantum sit hominum gestationis in utero tempus. d & decem menses non in- g partui destinatis. e fecerat gra- vidam. f mulier parit decimo mense.

^h Insoletne mulier decimo mense parere?

Pol nono, etiam septimo, atque octavo.

Eam rem Cæcilium non inconsiderate dixisse, neque temere a Menandro atque a multorum opinionibus descivisse M. Varro uti credamus facit. Nam mense nonnunquam octavo editum esse partum in libro quartodecimo rerum divinarum scriptum reliquit. Quo in libro etiam undecimo mense aliquando nasci posse hominem dicit: ejusque sententiæ, tam de octavo quam de undecimo mense, Aristotelem ⁱ laudat auctorem. Sed hujus de mense octavo dissensionis causa cognosci potest in libro ¹ Hippocratis, qui inscriptus est, ^k περί τριμήνου. Ex quo libro verba hæc sunt, ^l ἔστ' ἢ οὐκ ἔστιν ὀκτώμηνη ἡ γέννησις. Id tam obscure atque ^m præcisè tamque adverse dictum Sabinus medicus, qui Hippocratem commodissime commentatus est, his verbis enarravit. ⁿ ἔστ' μὲν φανερὰ ὡς ἴσα μετὰ τὴν ἔκτρωσιν, οὐκ ἔστ' ἢ ὡς διήκουσα μετὰ ταῦτα. ἢ ἔστιν οὖν παντοῖα μὲν παραπίνα ὄντα, διαίμεν ἢ οὐκ ἔστ'. Antiquos autem Romanos Varro dicit non recepisse hujuscemodi quasi monstruosas raritates; sed nono mense aut decimo, neque, præter hos, aliis partionem ^o mulieris secundum naturam fieri existimasse: iccircoque eos nomina ² Parcis tribus fecisse a pariendo, & a nono atque decimo mense. Nam Parca, inquit, immutata litera una a partu nominata; item Nona & Decima a partus tempestivi tempore. Cæsellius autem Vindex in lectionibus suis antiquis, ³ Tria, inquit, nomina Parcarum sunt, Nona, Decima, Morta: & versum hunc Livii antiquissimi poetæ ponit ex ⁴ Οδυσσείᾳ.

INTERPRETATIO.

^h An solet mulier parere decimo mense? Certe solet nono, &c. i citat. k de alimento. l est vero & non est octo mensium partus. m breviter & repugnanter. n apparent quidem ut viventia post abortum,

non sunt autem, utpote morientia statim. Et sunt quidem nunc imaginatione, potestate vero non sunt, quia non possunt vivere. o credidisse naturaliter accidere partum sæmina.

NOTÆ.

1. Hippocratis.] Medicorum princeps Hippocrates in insula Co natus est, ut tradit Histomachus, anno r. Olymp. lxxx. scilicet ante Christum cccclx. obiit apud Larissæos, quo ætatis anno vix constat: tradunt alii nonagesimo, alii octogesimo quinto, alii centesimo quarto, alii denique centesimo nono. Soranus.

2. Parcis tribus.] Parcas vulgo putant sic appellatas per antiphrasin, quod nemini parcant. Varro cui suffragatur Gellius, a partu quem vel felicem vel infauftum conferunt nascentibus vocatas censet. Sed fortassis verior fuerit Julii Scaligeri conjectura, qui parcas a parcendo dictas opinatur. Una enim

tantum, ut observat, dicitur filium incedere: duæ vero, altera vitam dare, altera vitæ tractum continuare. A pluribus igitur fit nominatio. Quin tertia quoque parcit; sustinet enim aliarum opus quoad factorum jussibus pareat.

3: Tria nomina Parcarum, &c.] Alio nomine dicuntur poetis Clotho, Lachesis & Atropos, quæ nendo ducebant hominum vitam. Filium ex colu deducebat Lachesis, ut fabulantur, glomerabat Clotho, Atropos secabat.

4. Odysseia.] Livius Andronicus Latinorum antiquissimus poeta Odysseam scripsit poema epicum: primus, inquit Cicero in Bruto, fabulam docuit anno ipso antequam natus est Ennius: post Ro-

- Quando dies adveniet, quem ^p profata Morta est? Sed homo ^q minime malus Casellius, Mortam, quasi mortem accepit, cum accipere quasi ⁵ Mœram deberet. Præterea ego de partu humano, præterquam que scripta in libris legi, hoc quoque venisse usu Romæ comperi. Feminam ⁵ bonis atque honestis moribus, non ambigua pudicitia in undecimo mense, post mariti mortem, peperisse; factumque esse negotium propter rationem temporis, quasi marito mortuo postea concepisset: quoniam ⁶ decemviri in decem mensibus gigni hominem non in undecimo scripserunt: sed ⁷ divum Hadrianum, causa cognita, decrevisse in undecimo quoque ¹⁰ mense partum edi posse: idque ipsum ejus rei decretum nos legimus. In eo decreto Hadrianus id statuere se dicit requisitis veterum philosophorum & medicorum sententiis. Hodie quoque in satyra M. Varronis que inscribitur, testamentum, legimus verba hæc: Si quis mihi filius unus pluresve in decem mensibus ⁸ genuitur: ii si erunt ⁸ ὄνοι λύεας; exheredes ¹⁵ sunt: quod si quis undecimo mense, ⁹ κατ' Αἰετοτέλην, natus est; Accio idem quod Titio jus esto apud me. Per hoc vetus proverbium Varro significat, sicuti vulgo dici solitum erat de rebus inter se nihil distantibus, idem Accii quod Titii: ita pari eodemque jure esse in decem mensibus natos & in undecim. Quod si ita; neque ultra decimum mensem fœtura ²⁰ liberum protolli potest: quæri oportet, cur Homerus scripserit. Neptunum dixisse puellæ a se recens ^x compressæ:

Ἴ Χαῖρε γυνὴ φιλότιπ, ἀειπλομήν δ' ἐναυτῶν.

Τέξῃς ἀγλαὰ τέκν' ἐπὶ οὐκ ἀποφάλοισι εἶναι.

Αδελύτων.

- ²⁵ Id cum ego ad compluris grammaticos attulissem; partim eorum disputabant Homeri quoque ætate sicuti Romuli, annum fuisse non duodecim mensium sed decem. Alii convenisse Neptuno majestatique ejus dice-

INTERPRETATIO.

^p determinavit: q vir simplex. r gignuntur Casini ad lyram; non fruuntur hereditate. t secundum Aristotelem. u graviditas. x facta gravida. y Gaude

nunc amore, revoluta autem anno pariat pulchros filios, quoniam non inanes sunt concubitus immortalium.

NOTÆ.

nam conditam autem quartodesimo & quingentesimo. Is est ante Christum cxxi.

5. Mœram.] Mœra una e tribus partibus secundum Casellium; cui Gellius astipulatur: ἀπο τ' μοίρας sive fato nomen habuit.

6. Decemviri.] Hi supremum olim in Republ. magistratum loco consulum gessere, adeoque ferendis duodecim tabularum legibus summo imperio præfuerunt. De quibus jam egimus in notis ad leges duodecim tabularum lib. I. c. XII.

7. Divum Hadrianum.] Hadrianus

ex Hispania oriundus Trajani successit imperare cœpit anno post Christum cxvii. vel, ut aliis juxta vulgarem epocham videtur, cxix. Obiit anno ætatis lxxii. Christi cxxxviii. qua ætate florebat Gellius. Porro divus appellatur quia quasi dii ab adulatoribus consecrabantur. Xiphilin. Spartian.

8 ὄνοι λύεας.] Subaudi ἀκροαταί. Ἀσπίναυτοῦ ἀκροαταί. Hoc proverbium aptissime quadrat in eos, qui propter imperitiam nullò sunt judicio præditi.

bant ut longiore tempore fetus ex eo grandesceret. Alii alia quædam nugaliam. ^z Sed Favorinus mihi ait *πειπομένω ενιαυτῶ*, non confecto esse anno sed ^a affecto. In qua re usus est verbo non vulgaris significationis. *Affecta* enim, sicuti M. Cicero & veterum elegantissimi locuti sunt, ea proprie dicebantur, quæ non ad finem ipsum sed proxime finem progressa deductave erant. Hoc verbum ad hanc sententiam in Ciceronis oratione fuit, quam dixit de provinciis consularibus. Hippocrates autem in eo libro, de quo supra scripsi, cum & numerum dierum, quibus conceptum in utero ^b coagulatum conformatur, & tempus ipsius partitionis nono aut decimo mense definisset, neque id tamen semper ^c eadem esse fini dixisset, sed alias ocium fieri, alias serius; hisce ad postremum verbis usus est. ^d *γίγεται δ' εν τούτοις η̄ πλείω η̄ ἐλάσσω, η̄ ὅλου κτ' μέρος. η̄ εἴπωμεν δ' η̄ πλείω πλέονων, η̄ ἐλάσσω ἐλασσόνων.* Quibus verbis significat quod aliquando ocium fieret; ^e non multo tamen fieri ocium; ^e neque, quod serius, multo serius. Memini ego Romæ accurate hoc atque sollicitè quæsitum, negotio non rei tunc parvæ postulante, an octavo mense infans ex utero vivus editus & statim mortuus ⁹ jus trium liberorum ^f supplevisset; cum abortio quibusdam, non partus, videretur ⁸ mensis octavi intempestivitas. Sed quoniam de Homericæ annuo partu ac de undecimo mense diximus quæ cognoveramus; visum est non prætereundum quod in ¹⁰ Plinii Secundi libro septimo naturalis historię legimus. Id autem quia ^h extra fidem esse videri potest; verba ipsius Plinii posuimus. *Massurius auctor est, L. Papirium prætorem, ^a secundo herede lege agente, bonorum possessionem contra eum dedisse, cum mater ^k partum se tredecim mensibus tulisse diceret, quoniam nullum certum tempus pariendi ^l statum ei videretur.* In eodem libro Plinii Secundi verba hæc scripta sunt: *Oscitatio ^m in nixu letalis est, sicut ⁿ sternuisse a coitu abortivum.*

INTERPRETATIO.

^z afferebant. ^a provelto. ^b semen formam accipit. ^c eundem habere terminum. ^d nascuntur autem in his & plures & pauciores: & ex toto per partes, & dicimus quidem plures pluribus, & pauciores paucioribus. ^e neque accidere multo tardius, id quod accidebat tardius. ^f potuisset dare parenti. ^g partus mensis octavi, qui accidit extra tempus. ^h incredibile. ⁱ cum secundus heres juxta legem repeteret bona, adjudicasse contra eum hereditatem puero nato. ^k infantem in utero. ^l definitum. ^m in pariendo. ⁿ post coitum sternutatio facit abortionem.

NOTÆ.

⁹ Jus trium liberorum. } Qui tres in urbe liberos, vel quinque in Italia, vel septem habebant in provincia maximis donabantur immunitatibus. } sive senior, varis eruditionis palmam tulit imperante Vespasiano. Erumpentibus e Vesuvio monte flammis oppressus est improvidus novæ rei spectato.

¹⁰ Plinii Secundi. } Plinius Secundus } Anno post Christum LXXXI. Titii II. ^r

CAPUT XVII.

Id quoque esse a gravissimis viris memoria mandatum, quod tres libros Platonem Philolai Pythagorici, & Aristoteles pauculos Speusippi philosophi, mercanti sunt precii fidem non capientibus.

Memoria mandatum est Platonem philosophum ^b tenui admodum pecunia familiari fuisse; atque eum tamen treis ^a Philolai Pythagorici libros ² decem millibus denarium ^c mercatum. Id ei precium donasse quidam scripserunt amicum ejus Dionem Syracusanum. Aristotelem quoque traditum libros pauculos ³ Speusippi philosophi, post mortem ejus, emisse ⁴ talentis Atticis tribus. Ea summa sit numi nostri ⁵ HS. duo & septuaginta. ⁶ Timon ^d amarulentus librum maledicentissimum conscripsit, qui ^e ΣΙΛΛΩ inscribitur. In eo libro Platonem philosophum, quem diximus tenui admodum pecunia familiari fuisse, ^f contumeliose appellat, quod ⁷immenso precio librum Pythagoricæ disciplinæ emisset, exque eo ⁸Timæum nobilem illum dialogum concinnasset. Versus super ea re Timonis hi sunt;

INTERPRETATIO.

^a Scriptis traditum est. ^b habuisse parimonium omnino angustum. ^c emisse. ^d scriptor mordax. ^e Silus. ^f convitiator.

NOTÆ.

1. *Philolai.*] Philolaius Crotoniata, philosophus Pythagoricus, affectatæ tyrannidis crimine suspectus moritur. *Laert.*

2. *Decem millibus denarium.*] Denarius numus decem, aliquando etiam sexdecim asses valuit: denarius denum assium assibus tribus nostratibus & semis respondet: igitur decem millia denarium 1750. libris Turonicis possunt æstimari.

3. *Speusippi.*] Speusippus Atheniensis post Platonem scholam rexit annis octo cviii. Olymp. ante Christum anno cccxlviii. vir iracundiæ, avaritiæ, ac voluptati deditus, tristitia confectus ob paralytim dicitur sibi necem attulisse. *Laert.*

4. *Talentis Atticis tribus.*] Talentum Atticum appendebatur sex drachmarum millibus: singulæ drachmæ denario Romano, id est, tribus assibus & semis nostratibus respondebant. Igitur, cum denarius Romanus quatuor sester-

tios contineat, talentum Atticum sex denariorum millia complectens, vicies quater mille sestertios, sive viginti quatuor sestertia valebat, quæ summa libris Turonicis c101. conficit. Unde tria ejusmodi talenta ad 3150. libras nostrates revocantur.

5. *HS. duo & septuaginta.*] Sestertium quodlibet ad nostros calculos revocatur XLIII. libras & xv. asses conficit. Septuaginta duo sestertia 3150. si libras nostrates.

6. *Timon.*] Timon Phliasius, philosophus mordaci carminum genere & diceriis perstringit e philosophis plurimos. Claruit Olymp. cxxv. annis ante Christum cclxxx.

7. *Immenso.*] Alii legunt *impenso* precio. 8. *Timæum.*] Timæus Platonis dialogus in quo de rerum natura suam explicat opinionem: nomen habet ab interlocutore cognomine.

§ 9 Καὶ σὺ Πλάτων. καὶ γὰρ σε μαθητεύειν πόδος ἔχει.
 Πολλῶν δ' ἀργυρίων ὀλίγην ἠλλάξασο βίβλον.
 Ἐνθεν ἀπερχόμενος τοιαῦτα γράφειν ἐδιδάχθης.

INTERPRETATIO.

g Et tu Plato; etenim te discendi de- | multa autem pecunia paucos emissi
 siderium tenuit. | libros,
 unde incipiens talia scribere edoctus es.

NOTA.

g. Καὶ σὺ Πλάτων.] Hos versus mirum
 in modum deformatos ac mutilos cor- | In tertio versu pro ὀθεν scripsimus Ἐνθεν;
 reximus ex H. Stephani conjecturis. καὶ | & , cum certum sit ad implendum hujus
 γὰρ σε μαθητὴν ὁ πόδος ἔχει, quod prius le- | versus numerum aliquam vocem deside-
 gebatur mutavimus in μαθητεύειν, ἠλλάξας | rari, secundum eisdem conjecturas sane
 in ἠλλάξασο, ut staret versus hexameter. | ἐντόχως addidimus τοιαῦτα.

CAPUT XVIII.

Quid sint pedarii senatores, & quam ob causam ita appellati: quamque
 habeant originem verba hac ex edicto tralatitico consulum: SENATORES.

QUIBUS. Q. IN SENATU. SENTENTIAM. DICERE. LICET.

NON pauci sunt qui opinantur *pedarios senatores* appellatos, qui sen-
 tentiam in senatu non verbis dicerent, sed in alienam sententiam
 pedibus irent. Quid igitur? cum ^a senatusconsultum per discessionem
 fiebat, nonne universi senatores sententiam pedibus ferebant? Atque
 hæc etiam vocabuli istius ratio dicitur, quam Gavius Bassus in commen-
 tariis suis scriptam reliquit. Senatores enim dicit in veterum ætate, qui
 curulem magistratum gessissent, curru solitos honoris gratia in curiam
 vehi. In quo curru sella esset, supra quam considerent; quæ ob eam
 causam *curulis* appellaretur: sed eos senatores, qui magistratum curu-
 lem nondum ceperant, pedibus ^b itavisse in curiam: propterea senatores
 nondum majoribus honoribus functos *pedarios* nominatos. Marcus au-
 tem Varro in satyra Menippea, quæ ^c Ἰπποκύνων inscripta est, equites

INTERPRETATIO.

^a Tre solitos esse. ^b qui nondum obtinuerant ampliores magistratus. ^c Equi catellus.

NOTA.

1. In sententiam pedibus irent.] Pri-
 mis senatoribus duas in partes divisit,
 ceteri solebant non voce suam senten-
 tiam aperire, sed ad eos se conferebant
 quorum opinionem amplectebantur,
 tumque proprie dicebantur pedibus iro
 in sententiam.

2. Senatusconsultum per discessionem.]
 In rebus levioris momenti senatores non

privatim rogabantur sententiam, sed
 tantum monebat consul, ut qui hoc vel
 illud sentiret in hanc vel illam partem
 discederet. Quod senatusconsultum
 censetur fieri per discessionem.

3. Curulem Magistratum.] Curules
 magistratus amplissimi fuere dictator,
 consul, censor, prætor, ædilis curulis,
 qui sellæ curulis jus habebant.

quosdam dicit pedarios appellatos : videturque eos significare , qui non-
 dum a censoribus in ^d senatum lecti erant , senatores quidem non erant ;
 sed quia honoribus populi usi quidem erant , in senatum veniebant &
 sententiæ jus habebant. Nam & curulibus magistratibus functi , qui non-
 dum a censoribus in senatum lecti erant , senatores non erant : & , quia
 5 in postremis scripti erant , non rogabantur sententias , sed , quas ^e prin-
 cipes dixerant , in eas discedebant. Hoc significabat edictum , ^f quo nunc
 quoque consules cum senatores in curiam vocant , servandæ consuetudi-
 nis causa tralaticio utuntur. Verba edicti hæc sunt : SENATORES. QUI-
 10 BUS. Q. IN. SENATU. SENTENTIAM. DICERE. LICET. Verum
 quoque ⁴ Laberii , in quo id vocabulum positum est , notari iussimus ,
 quem legimus in ^g mimo qui , *scriptura* , inscriptus est ;

^h Caput sine lingua pedaria sententia est.

Hoc vocabulum a plerisque barbare dici animadvertimus. Nam pro
 15 *pedariis pedaneos* appellant.

INTERPRETATIO.

^d ascripti inter senatores. ^e primi. ^f quod aliunde transtatum consules adhibent , ut servant morem , cum cogunt senatores in locum publici consilii. ^g co-] mædia cui titulus est scriptura. h. sen-
 tentia pedariorum senatorum est caput
 sine lingua.

NOTÆ.

⁴. Laberii.] Vide notas in cap. VII. lib. I.

^g. Mimo.] Mimus , Diomede teste , dicitur à πῶς & μῦθος , quod sermones ac facta cujusque imitetur cum lascivia.]

Id nominis convenit tam in poema quam in autorem. Deinde quod actores ejusmodi comædiarum appellantur mimi , nemo nescit.

CAPUT XIX.

Qua ratione Gabius Bassus scripserit parcum hominem appellatum , & quam ejus vocabuli causam putarit : & contra , quem in modum , quibusque verbis Favorinus ^a hanc traditionem ejus eluserit.

20 **A** pud cœnam Favorini philosophi cum discubitu fuerat , cœptusque erat apponi cibus ; servus assistens mensæ ejus legere inceperat , aut Græcarum quid literarum aut nostratum : velut eo die , quo affui ego , legebatur Gabii Bassi eruditi viri liber de origine verborum & vocabulorum. In quo ita scriptum fuit : *Parcus composito vocabulo dictus est , quasi par arca : quoniam sicut in arca omnia reconduntur , ejusque custodia servantur & continentur ; ita homo tenax parvoque contentus omnia custodia*
 25 *& recondita habet sicuti arca. Quam ob causam parcus , quasi par arca nominatus est. Tum Favorinus , ubi hæc audivit , superstitiose , inquit ,*

INTERPRETATIO.

^a Refutaverit id quod scripserat Gabius.

& nimis ^b moleste atque odiose confabricatus commolitusque magis est originem vocabuli Gabius iste Bassus quam enarravit. Nam, si licet res dicere commenticias, cur non probabilius videatur ut accipiamus *parcum* ob eam causam dictum, quod pecuniam consumi atque impendi arceat & prohibeat, quasi *pecuniarius*. Quin potius, quod simplicius, inquit, veriusque est id dicimus? *Parcus* enim neque ab arca neque ab arcendo, sed ab eo quod est *parum*, & *parvum* denominatus est.

INTERPRETATIO.

^b inepte & fastidiose confinxit & commentus est.

A. GELLII

NOCTIUM ATTICARUM

COMMENTARIUS.

LIBER QUARTUS.

CAPUT I.

Sermo quidam Favorini philosophi cum grammatico jactantiorē factus in Socraticum modum: atque inibi in sermone dictum quibus verbis, penus a Q. Scævola definita sit.

IN vestibulo ¹ ædium Palatarum omnis fere ordinum multitudo ² opperientes salutationem ³ Cæsaris constiterant. Atque ibi, in circulo doctorum hominum, Favorino philosopho præsentē, ^b ostentabat quispiam grammaticæ rei doctor scholice quædam nugalia, de generibus & casibus vocabulorum differens, cum

INTERPRETATIO.

^a Expectantes. ^b nescio quis grammatica magister jactitabat quædam nugae scholæ suæ.

NOTÆ.

1. *Ædium Palatarum.*] Palatinus mons unus fuit e septem Romæ collibus, in quo prima Romæ fundamenta jacta sunt, ubi primum reges, deinde consules, tum imperatores plerique domum habuere. Hinc domus regiæ & imperatoriæ palatia dicta sunt: nunc præter hortos, rudera & subterraneos fornices nihil ibi superest.

2. *Opperientes salutationem.*] Ab or-

tu solis hora prima & altera, salutatores in palatium imperatoris confluebant, ibique in vestibulo expectabant donec in cubiculum interius admitterentur.

Prima salutantes atque altera continet hora.

inquit Martialis.

3. *Cæsaris.*] Is fuit, ut probabile est, Hadrianus, cujus ætate floruit Favorinus.

⁹ arduis superciliis vocisque & vultus gravitate composita, tanquam interpres & arbiter ⁊ Sibyllæ oraculorum. Tum adspiciens ad Favorinum, quanquam ei etiam nondum satis notus esset. *Penus quoque*, inquit, variis generibus dictum & varie declinatum est. Nam & hoc *penus*, & has
 5 *penus*, & hujus *peni* & *peneris* & *peniteris* & *penoris* veteres ⁊ dictaverunt. ⁊ Mundum quoque muliebrem Lucilius in Satyrarum sextodecimo non virili genere, ut ceteri, sed neutro appellavit his versibus:

ⁱ Legavit quidam uxori mundum omne penumque.

Quid mundum; quid non? Nam quis dijudicet isthuc?

10 Atque omnium horum & testimoniis & exemplis ⁊ constrepebat. Cumque nimis odiose sibi placeret: ⁱ intercessit placide Favorinus; & jam bone, inquit, magister, quidquid est nomen tibi, abunde multa docuisti, quæ quidem ignorabamus, & scire haud sane postulabamus. Quid enim
 15 refert mea, ejusque quicum loquor, quo genere *penum* dicam: aut in quas extremas literas declinem, si nemo id non nimis barbare fecerit; sed hoc plane indigeo addiscere, quid sit *penus*, & quo sensu id vocabulum dicatur, ⁱ ne rem cotidiani usus, tamquam qui in venalibus Latine loqui tentant, alia, quam oportet, voce appellem. Quæris, inquit, rem
 20 minime obscuram. Quis adeo ignorat *penum* esse vinum & triticum & oleum & lentem & fabam atque hujuscemodi cetera? Etiamne, inquit Favorinus, milium & panicum & glans & ordeum *penus* est? Sunt enim propemodum hæc quoque ejusmodi. Cumque ille reticens hæreret: Nolo, inquit, ⁱ hoc jam labores an ista, quæ dixi, *penus* appellentur: sed potesne mihi non ⁱ speciem aliquam de penu dicere, sed ⁱ definire genere
 25 proposito & differentiis appositis quid sit *penus*? Quæ genera & quas

INTERPRETATIO.

c elato supercilio & affectata majestate
 vocis & vultus. d saepe dixerunt. e or-
 natum fæminarum. f quidam testamento
 dedit conjugi omne mundum & penum.
 Quid intelligit per mundum, quid non?
 Quis hoc discernat? g importunus erat.

h abrupte ejus sermonem, i ut non ap-
 pellem alio nomine quam oportet, rum
 qua utimur quotidie, sicut utuntur, qui
 res venales volunt nominibus Latinis ap-
 pellare. k de hoc sollicitus sis.

NOTÆ.

4. Sibyllæ oraculorum.] De Sibyllarum oraculis jam dictum est lib. I. in notis ad cap. XIX.

5. Speciem.] Species, ut sentiunt philosophi, est attributum commune multis numero solo differentiis. ex. gr. homo, quæ species est convenit Platoni, Aristoteli, Socrati & ceteris qui dicuntur a logicis habere tantum differentiam numericam. Non quærebat autem Favorinus speciem, sed definitionem *penus*.

6. Definire genere & differentiis.] Definio est oratio quæ explicat naturam

rei. Secundum strictas logicorum regulas, ut sit perfecta, debet constare primo ex genere, quod multis convenit specie differentiis, tum ex differentiis, quæ nullam in aliam rem transferri possit. Ut in hac definitione, homo est animal rationale, in prima voce, animal habes genus, quod tam cadit in equum, canem, &c. quæ specie differunt, quam in ipsum hominem. In altera voce rationale differentiam habes, quæ non potest in aliud animal nisi in hominem transferri.

differentias dicas, non hercle, inquit, intelligo. Rem, inquit Favorinus, ¹ plane dictam, postulas, quod est difficillimum, dici planius. Nam hoc quidem pervulgatum est, definitionem omnem ex genere & differentia consistere. ^m Sed si item mihi præmandere, quod aiunt, postulas; faciam sane id quoque honoris tui habendi gratia. Atque deinde ita exorsus est. Si, inquit, ego te nunc rogem uti mihi dicas & quasi circumscribas verbis, quid homo sit; non opinor, respondeas hominem esse te atque me. Hoc enim, quis homo sit, ostendere est; non, quid homo sit, dicere. Sed si, inquam, peterem ut ipsum illud, quod homo est, definire; tum profecto mihi diceres, hominem esse mortale animal rationis & scientiæ capiens; vel quo alio modo diceres, ut eum a cæteris animalibus omnibus separares. Proinde igitur nunc te rogo ut, quid sit *penus*, dicas, non ut aliquid ex *penu* nomines. Tum ille ostentator voce jam molli atque demissa, philosophias, inquit, ego non didici nec discere appetivi; & si ignoro an ordeum ex *penu* sit, aut quibus verbis *penus* definiatur, ⁿ non ea reliteras quoque alias nescio. Scire, inquit ridens jam Favorinus, quid *penus* sit, non ex nostra magis est philosophia quam grammatica tua. Meministi enim credo quæri solitum quid Virgilius dixerit, *penum instruere vel longam vel longo ordine*. Utrumque enim profecto scis legi solitum. Sed, ^o ut faciam æquiore animo ut sis, ne illi quidem veteris juris magistri, qui sapientes appellati sunt, definisse satis recte existimantur quid sit *penus*. Nam ⁷ Q. Scaevolam, ad demonstrandum *penum*, his verbis usum audio. *Penus est, inquit, quod p̄ esculentum aut poculentum est.* ^q Quod enim ipsius patrisfamilias, aut liberorum patrisfamilias ejusque familia, qua circum eum aut liberos ejus est & opus eorum facit, causa paratum est, ut Mucius ait, *penus videri debet. Nam, quæ ad edendum bibendumque in dies singulos prandii aut cenæ causa parantur, penus non sunt: sed ea potius, quæ hujusce generis t̄ longe usionis gratia contrahuntur & reconduntur, ex eo quod t̄ non in promtu sint, sed intus & penitus habeantur penus dicta sunt.* Hæc ego, inquit, cum philosophiæ me dedissem, ^t non insuper tamen habui discere; quoniam civibus Romanis Latine loquentibus rem non suo vocabulo demonstrare non minus turpe esset, quam hominem non suo nomine appellare. Sic Favorinus sermones ^u in genus communes a rebus parvis & frigidis abducebat ad ea, quæ esset magis utile audire ac discere, non allata ex-

INTERPRETATIO.

<p> ^l clare. ^m cibum præmansum in os inserere. ⁿ non idcirco. ^o ut faciam te accipere in bonam partem quæ dico. ^p quod potest edi & bibi. ^q nam juxta sententiam Mucii, illud debet appellari <i>penus</i> quod paratum est pro patrefamilias, </p>	<p> ^r pro filiis patrisfamilias, & pro ejus familia, qua occupatur ejus aut filiorum ejus causa, & in ministeriis versatur. ^t comparantur & reseruantur ad diuturnos usus. ^u non sint exposita unicuique, ^t non neglexi, ^u indeterminate. </p>
---	---

NOTA.

7. Q. Scaevolam.] De quo diximus in notis ad cap. II. lib. III.

R ij



trinfecus, non per ostentationem, sed ^x indidem nata acceptaque. Præ-
 terea de penu adscribendum hoc etiam putavi, Servium Sulpicium in re-
 prehensis Scævola capitibus scripsisse ^y ⁸ Seio Ælio placuisse non que
 esui tantum & potui forent, sed tus quoque & cereos in *penu* esse, quod-
 5 que esset ejus ferme rei causa comparatum. Massurius autem Sabinus,
 in libro juris civilis secundo, etiam quod jumentorum causa apparatus
 esset, quibus dominus uteretur, ^z *penori* attributum dicit. Ligna que-
 que & virgas & carbones, quibus conficeretur *penus*, quibusdam ait vi-
 deri esse in *penu*. Ex his autem ¹, quæ ⁹ promercalia & usuaria in locis
 10 isdem essent, ea sola *penoris* putat, quæ sint ^a usui annuo.

INTERPRETATIO.

^x ex illis rebus maxime communibus. etiam tus & cereos, & quod esset in-
^y Seium Ælium existimasse penum dici non ptum ad eam rem. z appellatum suis
 solum qua possent manducari & bibi, sed penum. a destinata.

NOTÆ.

⁸. Seio Ælio.] Legendum Sexto Ælio, Christum cxcviii.
 qui quidem & in jure civili, & in elo- ⁹. Promercalia.] Promercalia, ut
 quentia peritissimus fuit, ut testatur Ci- sentit Budæus, ea sunt, quæ paterfam-
 cero: cum T. Quintio Flaminio con- lias habet venalia præter ea quæ usui
 sulatum inijt anno U. C. IOLVI. ante servat.

CAPUT II.

*Quid differat morbus & vitium; & quam vim habeant vocabula ista in
 edicto ædilium; & an eunuchus & steriles mulieres redhiberi possint,
 diversaque super ea resententia.*

25 **I**N edicto ¹ ædilium curulium, qua parte de ² mancipiis vendendis
 cautum est, scriptum sic fuit. ³ TITULUS. SERVORUM. SINGU-

INTERPRETATIO.

^a Prospectum est.

NOTÆ.

¹ *Ædilium curulium.*] Ædiles curules tra, & mœnia magnificis operibus re-
 primi creati sunt an. U. C. ccclxxxviii. ficere.
 ante Christum ccclxvi. cum enim pro- ². *Mancipiis.*] Mancipium erat proprie
 pter civiles discordias compositas, quod homo in bello captus & servituti subje-
 refert Livius lib. VI. censeret senatus ctus, idem enim fere est mancipare at-
 ut ludi maximi fierent, recusantibus id que manu capere. Hic tamen sicut &
 munus ædilibus plebis, conclamarum est pluribus aliis in locis pro quolibet ser-
 a juvenibus patriciis se id honoris deo- accipitur.
 rum immortalium causa libenter acturos ³. *Titulus servorum.*] Servi venales
 ut ædiles fierent; tumque duo e Patribus appensum e collo gestabant titulum,
 ædiles creati. Eorum munus fuit ludos in quo morbos & vitia servorum infici-
 solennes procurare & instituere, sacra- bere dominos oportebat.
 rum ædium curam gerere; templa, thea-

LORUM. UTI. SCRIPTUS. SIT. ^b COERATO. ITA. UTI. INTELLEGI. RECTE. POSSIT. QUID. MORBI. VITII. VE. ^c QUOI. Q. SIT. QUIS. FUGITIVUS. ERRO. VE. SIT. ^d NOXA. VE. SOLUTUS. NON. SIT. Propterea quæsierunt jureconsulti veteres, quod *mancipium morbosum*, quodve *vitiosum* recte diceretur; quantumque *morb* 5
us a *vicio* differret. Cælius Sabinus, in libro quem de edicto ædilium Curulium composuit, Labeonem refert, quid esset, *morb*
us, hisce verbis definisse. *Morb*
us est habitus cujusque corporis contra naturam, qui usum ejus facit deterio- 10
 rem. Sed *morb*
um alias in toto corpore accidere dicit, alias in parte corporis. Totius corporis *morb*
um esse; veluti ^e phthisis aut febris; partis autem, veluti cæcitas aut pedis debilitas. *Balbus* autem, inquit, & ^f *atypus vitiosi magis quam morbofi sunt: ut equus mordax aut* ^g *calcitro, vitiosus non morbofi s est. Sed cui morbus est, id etiam vitiosum est. Neque id tamen contra fit. Potest enim, qui vitiosus est, non morbosus esse. Quamobrem, cum de homine morbofo ageretur,* 15
nequaquam, inquit, ita diceretur: QUANTI. OB. ID. VITIUM MINORIS. ERIT. De eunucho quidem quaesitum est, an contra edictum ædilium videretur venundatus, si ignorasset emtor eum ^h eunuchum esse. Labeonem respondisse aiunt, ⁱ redhiberi posse quasi morbosum: siue autem feminas, si steriles essent, & ^j venum essent, ex edicto ædi- 20
 lium posse ^k agi, Labeonem scripsisse. De sterili autem muliere, si ^l nativa sterilitate sit, Trebatium contra Labeonem respondisse dicunt. Nam cum redhiberi eam Labeo, quasi minus sanam, putasset necesse: non oportere aiunt Trebatium ei edicto apposuisse, *si ea mulier a principio genitali in sterilitate esset.* At si ^m valetudo ejus offendisset, exque ea vi- 25
 tium factum esset, ut concipere fœtus non posset; tum sanam non videti, & ⁿ esse in causa redhibitionis. De ^o myope quoque, qui *lusciosus* La-

INTERPRETATIO.

^b curato. ^c Vnicuique. ^d qui solet recalcitrare. ^e ob hoc vitium quanto viliori pretio constabit ^f & vendita fuissent. ^g & actionem institui in jure. ^h si natura sterilis sit. ⁱ si ejus sanitas fuisset laesa, & ab ea id incommodum ortum fuisset, ut non posset suscipere libero. ^k & tunc esse causam illius redhibenda.

NOTÆ.

4. *Curato.*] Pro curato dicitur: plurima enim vocabula quæ per *u* effecimus, veteres scripserunt per *æ*.
 5. *Noxa solutus.*] Servus qui nullum maleficium admiserit, cujus causa actio possit adversus eum institui.
 6. *Phthisis.*] Phthisis est pulmonis exulceratio, quam efficit e capite defluens pituita. Appellationem habet ἀποφθίσιν corrumpere.
 7. *Atypus.*] Atypus dicitur cujus lingua non satis est expedita, ut voces omnes exprimat & conformet. Radix hu- jus nominis ἄτυπος informo, exprimo, & ἀπαιτιονum.
 8. *Eunucho.*] Quod eunuchi sive femiviri servandis regum cubilibus plerumque alias adhiberentur, nomen habere ἀποφθίσιν, quod est cubile, & ἐκείνου custodio.
 9. *Redhiberi.*] Redhibere est facere, ut rursus habeat venditor id quod habuerat. Quod quia reddendo fit, ideo redhibitio est appellata quasi reddicio.
 10. *Myope.*] Myopes illi sunt, qui res non possunt nisi propius oculis admotas

tine appellatur, & ¹ *de* *re* *verbis* dissenfum est. Alii enim redhiberi ^m omnimodis debere, alii contra, nisi id vitium morbo contractum esset. Eum vero, cui dens deesset, Servius redhiberi posse respondit: Labeo in causa esse redhibendi negavit. *Nam & magna*, inquit, *pars dente aliquo carent: neque* ⁿ *eo magis plerique homines morbofi sunt. Et absurdum admodum est dicere, non sanos nasci homines; quoniam cum infantibus non simul dentes gignuntur.* Non praterendum est, id quoque in libris veterum jurisperitorum scriptum esse, *morbum & vitium* ^o distare; quod vitium perpetuum, *morbus* ^p cum accessu discessuque sit. Sed hoc si ita est; ¹⁰ neque cæcus neque eunuchus morbosus est, contra Labeonis, quam supra dixi, sententiam. Verba Maffurii Sabini apposui ex libro juris civilis secundo. *Furiosus mutusve, cuius quod membrum lacerum lesumque est, aut obest quominus ipse aptus sit, morbofi sunt. Qui non longe videt, tam sanus est quam qui tardius currit.*

INTERPRETATIO.

I de edentulo varia fuerunt sententia. m omnino. n idcirco. o hanc differentiam habere. p accedat ac deinde discedat.

NOTA.]

discernere. Græca dictio est composita a *κρυπτο* claudio, & *ὄψ* oculus, quasi *κρυπτοὺς οὐκ ὄψεται* lucem conniveat, clausis oculis intuetur, quasi *κρυπτοὺς οὐκ ὄψεται* videatur. id hominum genus, quod ad majorem

CAPUT III.

¹⁵ *Quod nulla fuerint rei uxoriae actiones in urbe Roma ante Carvilianum divortium: atque inibi quod sit proprie pellex: quaque ejus vocabuli ratio sit.*

²⁰ **M**emoriae traditum est, ¹ quingentis fere annis post Romam conditam, ^a nullas rei uxoriae neque actiones neque cautiones in urbe Romana aut in ² Latio fuisse: ^b quia profecto nihil desiderabantur, nullis etiam tunc matrimoniis divertentibus. Servius quoque Sulpicius in libro, quem composuit de dotibus, tum primum cautiones rei uxoriae ne-

INTERPRETATIO.

a Nullas fuisse contentiones de dote uxoris post divortium, neque promissiones de reddenda dote. b quia certe non opus erat, cum illis temporibus nulla fierent conjugum divortia.

NOTÆ.

1. *Quingentis fere annis.* Id est, quingentis circiter annis, non autem quingentis prope annis; alioquin secum ipse pugnaret Gellius, qui hoc eodem capite initium divortii refert ad annum quingentesimum vicefimum tertium.
2. *Latio.* Latio pars Italiae, cujus Latini quondam incolæ fuerunt, hodie vocatur *Campagna di Roma*.

cessarias esse visas scripsit, cum ³ Sp. Carvilius, cui Ruga cognomentum fuit, vir nobilis divortium cum uxore fecit; quia liberi ex ea, corporis vitio non gignerentur, anno urbis conditæ 10xxiii. ⁴ M. Atilio P. Valerio c o s s. Atque is Carvilius traditur uxorem, quam dimisit, egregie dilexisse, carissimamque morum ejus gratia habuisse; ⁵ sed jusjurandi religionem animo atque amori prævertisse; quod jurare a censoribus coactus erat uxorem se liberum quærendorum gratia habiturum. *Pellicem* autem appellatam ^d probrosamque habitam eam, quæ juncta consuetaque esset cum eo, in cujus manu mancipioque alia matrimonii causa foret, hac antiquissima lege ostenditur, quam Numæ regis fuisse accepimus. ⁵ PELEX. ⁶ ASAM. JUNONI. NE. ⁷ TAGITO. SI. TAGET. ⁸ JUNONI. ⁹ CRINIBOUS. DEMISSIS. ^c ARNUM. FOEMINAM. CAIDITO. Pellex autem quasi *πῆλλαξ*, id est, quasi *πῆλλανίς*; ut pleraque alia, ita hoc quoque vocabulum de Græco ^f flexum est.

INTERPRETATIO.

c sed anteposuisse sacrum jusjurandum | sem & rem haberet cum eo, cui per matrimonium alia erat conjux. e agnum fuisse infamem illam qua familiaritas feminam immolato. f derivatum est.

NOTÆ.

3. Sp. Carvilius.] Hic bis consulatum gessit, primum quidem cum collega L. Posthumio anno U. C. 10xx. deinde cum Q. Fabio anno 10xxvi. ante Christum cccxviii.

4. M. Atilio, P. Valerio Coss.] Hos consules hic refert Gellius ad annum ab Urbe condita 10xxiii. cum certum sit ex fastis consularibus hoc ipso anno M. Pomponium Mathonem II. & C. Papirium Massonem renunciatos fuisse consules, nec nisi anno 10xxvii. consulatu functos esse M. Atilium & P. Valerium. Deinde vero lib. xvii. cap. xxi. hujus primi divortii tempus retrahit ad annum U. C. 10xxix. qui consules habuit T. Manlium Torquatum & C. Atilium. Valerius Maximus primum illud virum inter & uxorem repudium statuit anno U. C. 10xx. Plutarchus, quod mirum est, anno cccxx. quod ipse testatur tum in Romulo, tum in Numæ; non anno 10xx. ut sibi finxit Thysius interpres

Batavus. Dionysius Halicarnassensis, mea quidem sententia, rectius, qui cum a se ipse minime dissentiat, Gellio nostro aliquatenus suffragatur. Is lib. II. primum illud Sp. Carvili divortium accidisse dicit Olymp. cxxxvii. M. Pomponio & C. Papirio coss. nempe anno ante Christum 10xxiii. Quem igitur Urbis annum assignavit Gellius, hic retinendus est, sed substituendi consules quos Dionysius notavit.

5. Pelex.] Antiquitus uno L. scribebatur.

6. Asam.] Asam pro ara veteres dixerunt, ut Valesios pro Valeriis.

7. Tagito.] Archaismus pro tangito.

8. Junoni.] Juno Jovis soror & conjux nuptiis præerat.

9. Crinibous. . . . Arnum. Caidito.] Antiqua vocabula: nunc dicimus crinibus, agnum, cædito. Arnum originem ducit a voce Græca *ἀγρὸς ἀγρός*. Agnus.

CAPUT IV.

Quid Servius Sulpicius in libro, qui est de dotibus, scripserit de jure atque more veterum sponsaliorum.

Sponsalia in ea parte Italiae, quae Latium appellatur, hoc more atque jure solita fieri scripsit Servius Sulpicius in libro, quem scripsit de dotibus. Qui uxorem, inquit, ducturus erat, ^a ab eo, unde ducenda erat, ^g stipulabatur eam in matrimonium ductum iri. Qui daturus erat, itidem spondebat daturum. Is contractus stipulationum ^b sponsonumque dicebatur sponsalia. Tum, quae promissa erat, sponsa appellabatur; qui sponderat, ^c ducturum, sponsus. Sed si post eas stipulationes uxor non dabatur, aut non ^d ducebatur; qui stipulabatur ^e ex sponso agebat. Iudices cognoscebant. Iudex, quamobrem data acceptave non esset uxor, quarebat. Si nihil iusta causa videbatur; ^f litem pecunia aestimabat: ^g quantique interfuerat eam uxorem accipi aut dari, eum, qui sponderat aut qui stipulatus erat, condemnabat. Hoc jus sponsaliorum observatum dicit Servius ^h ad id tempus, ⁱ quo civitas universo Latio, lege Julia, data est. Haec eadem Neratius scripsit, in libro, quem de nuptiis composuit.

INTERPRETATIO.

a Postulabat ut is, a quo erat accipienda in uxorem, promitteret fore ut illam certo haberet conjugem. b promissionum. c se accepturum eam in uxorem, d accipiebatur. e instituebat actionem vi promissionis prius facta. f condemnabat ad certam quandam pecuniam solvendam.

g Et eum qui promiserat, aut qui stipulatus erat ad minus vel majus pretium solvendum obligabat, prout referebat eam duci aut concedi conjugem. h quo totum Latium donatum est privilegiis civium Romanorum.

NOTÆ.

1. Sponsalia.] Promissio futurarum nuptiarum.

2. Stipulabatur.] Stipulari verbum juris significat postulare ut aliquid sibi promittatur solennibus verbis. Hinc derivatur stipulatio & stipulatiuncula, quae certa verborum est formula, qua is qui interrogatur, dicturum facturumve se id de quo agitur promittit.

3. Ad id tempus quo civitas. Id est, ad annum U. C. DCCLXIV. ante Christum xc. quo tempore plerique Italiae populi,

maximeque Latini cum ægre ferrent se laborum omnium participes a civitatis communionem rejici, quod jure non poterant, armis extorquere tentarunt. Dubio Marte sapius decertatum: atque ut rebelles reipublica conciliarentur, lege Julia, quam scilicet tulit L. Julius Cæsar consul, primum quidem Etrusci & Umbri qui nondum aperte defecerant, tum alii nominis Latini socii civitate donati sunt. Appianus, Velleius, &c.

CAPUT V.

Historia narrata de perfidia haruspicum Etruscorum : quodque ob eam rem versus hic a pueris Romæ urbe tota cantatus est; Malum consilium consultori pessimum est.

STatua Romæ in ¹ comitio posita ² Horatii Coclitis fortissimi viri ³ de Scælo tacta est. ⁴ Ob id ⁵ fulgur ⁶ piaculis luendum, haruspices ex Etruria acciti, inimico atque hostili in populum Romanum animo, instituerant eam rem contrariis religionibus procurare. Atque illam statuam suaserunt in inferiorem locum ⁷ perperam transponi, ⁸ quem sol oppositu circum undique aliarum ædium numquam illustraret. Quod cum ita fieri persuasissent: delati ad populum proditique sunt; & cum de perfidia confessi essent, necati sunt: ⁹ constititque eam statuam, proinde ut veræ rationes post compertæ monebant, in locum editum subducendam, atque ita in ¹⁰ area Volcani sublimiori loco statuendam: eaque res bene & prospere reip. cessit. Tunc igitur, ¹¹ quod in Etruscos haruspices male consulentes animadversum vindicatumque fuerat, versus hic scite factus cantatusque esse a pueris urbe tota fertur. 15

Malum consilium ¹² consultori pessimum est.

Ea historia de haruspibus ac de versu isto ¹³ senario scripta est in Annali-

INTERPRETATIO.

a Fulmine percussa est. b haruspices e Tuscia advocati ad expiandum sacrificiis hoc fulmen. c decreverant adhibere ritus oppositos expiationi. d male. e qui a sole nunquam illuminabatur propter obiectus undecunq.ue domos. f certo apparuit eam statuam in locum sublimem attollendam, ut vera rationes postea explorata suadebant. g quod Etrusci haruspices puniti & castigati fuerant. h danti consilium. i hexametro.

NOTÆ.

1. *Comitio*.] Fuit Comitium foro conjunctum, imo pars fori a Palatii porta incipiens & finiens ad templum S. Mariæ novæ, ut ex Marliano refert Rosinus.

2. *Horatii Coclitis*.] Horatius Cocles Romanus impetum hostium in ponte sublicio tandiu sustinuit unus, quoad pons a tergo rescinderetur. Tum in Tiberim desiliit, & incolumis ad suos transnavavit, anno U. C. ccxlvii. partæ libertatis III. ante Christum lcvii. Livius, &c.

3. *Fulgur*.] Fulgur aliquando sumitur pro fulmine ut hoc loco. Nam collisis in acre nubibus qui sonitus auditur,

proprie dicitur tonitru; qui splendor emicat, fulgur; qui erumpit ignis, fulmen appellatur. Aures tonitru, fulgur oculos, fulmen obvia quæque percillit.

4. *Piaculis luendum*.] Piaculum est sacrificium vel quidlibet aliud, quod vel ad satisfaciendum pro crimine, vel ad averrendam cælitum iram adhibemus.

5. *Etruria*.] Regio Italiæ Augurum peritia celebris: nunc *la Toscana*.

6. *In area Volcani*.] Romæ templum fuit Volcano consecratum: quem Jovis & Junonis filium propter deformitatem exturbatum e cælo ferrariam exercuisse poetæ fabulantur.

bus Maximis libro undecimo, & in 7 Verrii Flacci libro primo rerum memoria dignarum: videtur autem hic versus de Græco illo Hesiodi versus expressus:

ΚΗ δ̄ κακὴ βουλή τῷ βουλευόμενῳ κακίστη.

INTERPRETATIO.

k malum vero consilium consultori pessimum.

NOTA.

7. Verrii Flacci.] Verrius Flaccus libertinus Romæ docuit, ipsique Augusti nepotibus præceptor electus cum tota schola transit in palatium, ea lege, ut ne quem præterea discipulum admitteret: & festertia centena quæ libris nostratibus 4375. æstimantur, in annum accepit. Senex obiit imperante Tiberio, Sueton. lib. de Illustr. Grammat.

CAPUT VI.

3 Verba veteris S. C. in quo decretum est ^a hostiis majoribus expiandum quod in sacrario hastæ Martiæ ^b movissent: atque inibi enarraum quid sint hostiæ succidaneæ, quid item tempora præcidaneæ: quodque Capiuo Ateius ferias quasdam præcidaneas appellavit.

10 ^c UT terram movisse nuntiari solet, eaque res procuratur: ita in veteribus ^d memoriis scriptum legimus, nuntiatum esse senatui, in ¹ sacrario, in regia, hastas ² Martias movisse. Ejus rei causa senatusconsultum factum est ³ M. Antonio A. Posthumio cō s s. ejusque exemplum hoc est.

15 QUOD. C. JULIUS. L. F. PONTIFEX. NUNTIAVIT. IN. SACRARIO. IN. REGIA. HASTAS. MARTIAS. MOVISSE, DE. EA. RE. ITA. CENSUERUNT. UTI. M. ANTONIUS. CONSUL. HOSTIIS. MAJORIBUS. JOVI. ET. MARTI, ^e PROCURARET. FET. CETERIS. DIS. QUIBUS. VIDERETUR. PLACANDIS. UTI. PROCURASSET. SATIS. HABENDUM. CENSUERUNT. ^g SI. QUID. ⁴ SUCCIDANEIS.

INTERPRETATIO.

a Majora sacrificia esse facienda ad avertendam deorum iram, b sponte mota fuissent. c quemadmodum mos est annunciare terram tremuisse, Et tunc sunt certa quadam sacrificia. d monumentis. e sacrificaret. f Et decreverunt non esse curandum quomodo sacrificaret reliquis diis quos judicaret esse placandos. g censuerunt ut sacrificia Robigo adderentur, si requirerentur succidaneæ hostiæ.

NOTÆ.

1. Sacrario.] Sacrum est locus sacer in templo, ubi sacra reconduntur.
2. Hastas Martias.] Mars deus belli præses, cujus statua utraque manu hastam tenebat.
3. M. Antonio A. Posthumio cō s.] Hi consules creati sunt anno U. C. Iocly. ante Christum xcix.
4. Succidaneis.] Merito, ut notat Vossius, in controversiam vocare licet,

OPUS. ESSET. 5 ROBIGUS. ACCEDERET.

Quod *succidaneas hostias* senatus appellavit, quæri solet quid verbum id significet. In Plauti quoque comœdia, quæ Epidicus inscripta est, ^h super eodem ipso verbo requiri audio in his versibus.

ⁱ Men' piacularem oportet fieri ob stultitiam tuam,

Ut meum tergum stultitiæ tuæ subdas succidaneum?

Succidanea autem *hostiæ* dicuntur ^k e litera per morem compositi vocabuli in, i, literam commutata. Nam quasi *succadanea* appellatæ: quoniam, si primis hostiis ^l litatum non erat, aliæ post easdem ductæ hostiæ cædebantur. Quæ, quasi ^m prioribus jam cæsis, luendi piaculi gratia, ¹⁰ subdebantur & ⁿ succidebantur: ob id *succidanea* nominatæ, litera, i, scilicet ^o tractim pronuntiata. Audio enim quosdam eam literam in hac voce barbare ^p corripere. Eadem autem ratione verbi, *pracidanea* quoque hostiæ dicuntur, quæ ante sacrificia solemnia pridie cæduntur. *Porca* etiam *pracidanea* appellata, quam piaculi gratia, ^q ante fruges novas captas immolari ⁶ Cereri mōs fuit, si qui ⁷ familiam funestam aut non purgaverant, aut aliter eam rem, quam oportuerat, procuraverant: sed porcam & hostias quasdam *pracidaneas*, sicuti dixi appellari, vulgo notum est. *Ferias pracidaneas* dici id, opinor, a vulgo remotum est: propterea verba Ateii Capitonis ex quinto librorum, quos de pontificio jure composuit, scripsi. *Tib. Coruncanio pontifici maximo feria pracidanea in atrum diem* ⁸ inauguratae sunt. Collegium decrevit ^l non habendum religioni, quin eo die ⁹ feria *pracidanea* essent. ¹⁵ ²⁰

INTERPRETATIO.

<p>^h video quæri significationem hujus vocabuli. ⁱ an debeo solvere pœnam tuæ insanie, ut facias meum dorsum succidaneum tuæ insanie. ^k quia litera e mutatur in literam i, quod solet accidere vocibus compositis. ^l non erant placati dii. ^m succedebant in</p>	<p>locum priorum victimarum jam occisurum ad expiandum aliquod crimen. ⁿ postea cædebantur o longa. ^p breviate. ^q antequam segetes nova sint pracisæ. ^r consecrata sunt. ^l non esse scrupulose dubitandum.</p>
--	---

NOTÆ.

<p>an <i>pracidanea</i> & <i>succidanea</i> hostiæ a cædendo sic dicantur, quod Gellius, Festus Pompeius, & alii sentiunt, an potius a cedendo, quia <i>pracedunt</i> aut <i>succedunt</i>. Et vero cum apud Ateium <i>feria succidanea</i> quæ succedant, & apud Ulpianum <i>succedaneus</i> alieni periculi dicatur in quem alieni periculi incommodum redundat; ejusmodi vocabula a cedendo derivata non inepte conjici potest.</p> <p>⁵. <i>Robigus</i>.] Deus fuit qui colebatur avertendæ rubiginis causa, quam pestem</p>	<p>segetum vocamus nielle.</p> <p>⁶. <i>Cereri</i>.] Ceres Saturni & Opis filia frugum dea fuit apud antiquos.</p> <p>⁷. <i>Familiam funestam</i>.] Funesta erat ea familia quæ luctum & exequias alicujus celebrabat. Et quidem vox funestus a funere ducit originem.</p> <p>⁸. <i>Atrum diem</i>.] Quis sit dies ater explicat Gellius lib. V. cap. XVII.</p> <p>⁹. <i>Feria pracidanea</i>.] Quæ solennes legitimas ferias præcedebant.</p>
--	--

CAPUT VII.

De epistola Valerii Probi grammatici ad Marcellum scripta super accentu nominum quorundam^a Pœnicorum.

² Valerius Probus grammaticus^b inter suam ætatem præstanti scientia fuit. Is Hannibâlem & Hasdrubâlem & Hamilcârem ita pronuntiabat ut penultimam^c circumflecteret: ut testis est epistola ejus scripta ad Marcellum; in qua Plautum & Ennium multosque alios veteres eodem modo pronuntiasse affirmat. Solius tamen Ennii versum unum ponit, ex libro qui Scipio inscribitur. Eum versum^d quadrato numero factum subjecimus: in quo, nisi tertia syllaba de Hannibâlis nomine circumflexa ponatur, e numerus claudus est. Versus Ennii, quem dixit, ita est.

Qui propter Hannibâlis copias considerant.

INTERPRETATIO.

^a Carthaginensium. ^b pro suis temporibus. ^c pronuntiaret quasi longam. ^d versus octometris, e quantitas deficit.

NOTÆ.

1. Pœnicorum.] De hac voce consule notas in caput IV. lib. III.

2. Valerius Probus.] M. Valerius Probus ex urbe Beryto oriundus, militiæ tædio ad studia se contulit, nec mediocrem reliquit sylvam observationum

sermonis antiqui. Sueton. lib. de Illust. Grammat.

3. Quadrato numero.] De quadratis versibus supra diximus in notis ad caput XXIX. lib. II.

CAPUT VIII.

Quid C. Fabricius de Cornelio Rufino homine avaro dixerit; quem, cum odisset inimicusque esset, designandum tamen consulem curavit.

¹⁵ Fabricius Luscinus magna gloria vir magnisque rebus gestis fuit. ² P. Cornelius Rufinus^b manu quidem strenuus & bellator bonus, militarisque disciplinæ admodum peritus fuit; sed furax homo & avaritia acri erat. Hunc Fabricius non probabat, neque amico utebatur;

INTERPRETATIO.

^a Eligendum. ^b ad arma promptus.

NOTÆ.

1. Fabricius Luscinus.] Vir optime de rep. Romana meritis tertium consul fuit an. U. C. cccclxxx. ante Christum cclxxiv.

2. P. Cornelius Rufinus.] Fabricio secundo consuli successit in eadem di-

gnitate anno U. C. cccclxxvi. ante Christum cclxxviii. quam consulis dignitatem prius sustinuerat collega M. Curio Dentato anno U. C. cccclxxiii. ante Christum ccxc.

ofusque eum morum causa fuit. Sed cum in^d temporibus reip. difficillimis consules creandi forent; & is Rufinus peteret consulatum; competitorumque ejus essent imbelles quidam & e^e futiles: summa ope admissus est Fabricius, uti Rufino consulatus deferretur. Eam rem plerisque ammirantibus, quod hominem avarum, cui esset inimicissimus, creari consulem peteret, quem hostiliter oderat: Fabricius inquit, *Nihil est quod mihi remini; si malui compilari quam^f venire.* Hunc Rufinum postea bis consulatu & dictatura functum censor Fabricius senatu movit, ob^g luxuriam notam; quod decem³ pondo libras argenti^h 4 facti haberet. Id autem, quod supra scripsi, Fabricium de Cornelio Rufino ita, ut in pleraque historia est, dixisse: M. Cicero non aliis a Fabricio, sed ipsi Rufino gratias agenti, quod ejus gratia designatus consul esset, dictum esse refert in libro secundo de Oratore. Verba Ciceronis hæc sunt. ⁱ *Arguta etiam significatio est, cum parva re & sæpe verbo res obscura & latens illustratur: ut cum C. Fabricio P. Cornelius homo, ut existimatur, avarus & furax, sed egregie fortis & bonus imperator, gratias ageret, quod se homo inimicus consulem fecisset, bello præsertim magno & gravi; Nihil est quo mihi gratias agas, inquit, si malui compilari quam venire.*

INTERPRETATIO.

c^c & ei erat insensus propter indolem. d in maximis reip. miseris. e inutiles. f vendi. g ob nimium luxum. h facti haberet in usum vasorum, &c. i subtilis.

NOTÆ.

3. Pondo.] Est libra duodecim unciarum. Sæpissime ponitur absolute, aliquando ut hoc loco adjungitur pondo libra. Porro argenti libra libris septemdecim & decem assibus nostratibus respondet.

4. Facti haberet.] Ita cum Lambecio restituiamus, cum prius legeretur *facilitaret.*

5. Quod ejus gratia.] Idem Lambecius sic legendum esse colligit ex subjectis Gellii verbis, & vestigio veteris scripturæ, cum prius haberetur, *quod ejus gratiam designatus non esset.*

CAPUT IX.

¹ *Quid significet proprie, religiosus, & ² in qua diverticula significatio vocabuli istius flexa sit; & verba Nigidii Figuli ex commentariis ejus super ea re sumta.*

Nigidius Figulus homo, ut ego arbitror, ^b juxta M. Varronem doctissimus in undecimo commentariorum grammaticorum refert ver-

INTERPRETATIO.

a Ad quas alias res applicata sit hujus vocis significatio. b Post M. Varronem.

NOTA.

1. *Quid significet proprie religiosus.*] Hujus vocis triplex est *supra* aliqua dignum observatione. Primum affert Tullius lib. II. de Nat. Deor. *Majores nostri religionem a superstitione separaverunt. Nam qui totos dies precabantur &*

sum ex antiquo carmine memoria Hercle dignum:

^c *Religentem esse oportet; religiosum nefas.*

Cujus autem id carmen sit, non scribit. Atque in eodem loco Nigidius, Hoc, inquit, ^d *inclinamentum semper hujuscemodi verborum, ut, vinosus, m-*
 5 *lierosus, religiosus, nummosus, e signat copiam quamdam immodicam rei,*
super qua dicitur. Quocirca religiosus is appellabatur, qui f nimia & super-
stitiosa religione sese alligaverat, eaque res v vitio assignabatur. Sed præter
 ista, quæ Nigidius dicit, alio quodam ^h *diverticulo significationis religio-*
 10 *sus pro casto atque observanti cohibentique sese certis legibus finibusque*
dici cœptus. Simili autem modo illa quoque vocabula, ab eadem pro-
fecta origine, diversum significare videntur, religiosi dies, & religiosa de-
lubra. Religiosi enim dies dicuntur i tristi omine infames impeditique: in
 quibus & ^k *res divinas facere & rem quampiam novam exordiri l tempe-*
 randum est. Quos multitudo imperitorum prave & ^m *perperam 3 nefas-*
 15 *tos appellant. Itaque M. Cicero in libro epistolarum nono ad Atticum,*
Majores, inquit, nostri funestiores diem esse voluerunt 4 Aliensis pugna,
 quam ⁿ *5 Urbis capta; quod o hoc malum ex illo. Itaque p alter religiosus etiam*

INTERPRETATIO.

^c oportet esse pium, non oportet esse superstitiosum. ^d terminatio. ^e denotat nescio quam abundantiam maximam. ^f qui amplectebatur majorem religionem & superstitiosam. ^g habebatur vitiosa. ^h sensu.

ⁱ tristibus signis infelices, & vacui ab opere. ^k sacra Deorum curare. ^l abstinendum est. ^m male. ⁿ Roma. ^o expugnatio Roma venit ex pugna Aliensi. ^p Aliensis pugna.

NOTÆ.

immolabant, ut sui liberi sibi superstites essent, superstitiosi sunt appellati: quod nomen postea latius patuit. Qui autem omnia quæ ad cultum Deorum pertinerent, diligenter retractarent & tanquam relegerent, dicti sunt religiosi ex relegendo, tanquam a deligendo diligentes, ex intelligendo intelligentes. Alterum est ex Massurio Sabino & Gellio desumptum, qui religiosum censet a relinquendo dictum, tanquam ceremoniæ a carendo. Tertium suppeditat Lactantius lib. IV. de vera sapientia cap. XXVIII. Hoc vinculo pietatis, inquit, obstricti Deo & religari sumus: unde ipsa religio nomen accepit.

2. *Delubra.*] Delubrum focus est in quo consecratum est Dei simulacrum: ut enim, inquit Varro, locus ille in quo ponitur candela candelabrum appellatur, ita id in quo Deum ponerent, dicebant delubrum. Cincius antiquissimus scriptor delubrum, teste Servio, ait esse fontem aut lacum ante templum ubi se deluerent.

3. *Nefastos.*] Dies nefasti vocantur, inquit Varro, per quos dies nefas est sumptorem, sive quibus non licet jus dicere. Unde Ovid. lib. I. Fastor.

Ille nefastus erit per quem iria verba stentur:

Fastus erit per quem lege licebit agi. Tria verba solennia intelligit Ovidius. Do, Dico, Addico: quæ omnem juramentum indicant. Do, dicebat Prætor, cum dabat potestatem citandi aliquem. Dico, cum pronuntiabat sententiam in causa quam cognoverat: Addico, cum quis in jure cedebat. Nefasti dies N littera notabantur, ut observat Festus. Ponebat tamen diebus nefastis prætor habere concionem, & legem promulgare.

4. *Aliensis pugna.*] Alia fluvius est Umbriæ in Sabinis, ad quem Romani a Gallis Senonibus fusi fugatique sunt, anno U. C. cccclxiii: ante Christum cccxci. Vulgo *Caminata*, teste Leandro, & *Rio de Mosso* autore Blondo appellatur.

5. *Urbis capta.*] Aliensi pugna ferociores Galli duce Brenno captam Romam

nunc dies, ^q alter in vulgus ignotus. Idem tamen M. Tullius, in oratione de accusatore constituendo, religiosa delubra dicit, non ^r ominosa nec tristica, sed majestatis venerationisque plena. Mallurius autem Sabinus, in commentariis quos de indigenis composuit. *Religiosum*, inquit, est quod propter sanctitatem aliquam remotum ac sepositum a nobis est. Verbum a relinquendo dictum, ^s tamquam cerimonia a carendo. Secundum hanc Sabinii interpretationem ^t templa quidem ac delubra, quia horum cumulus in vituperationem non cadit, ut illorum, quorum laus immodesta est, religiosa sunt, quæ non vulgo ac temere sed cum castitate cerimoniaque adeunda & reverenda & reformidanda sunt magis quam ^u invulganda. Sed dies religiosi dicti, quos ex contraria causa, ^x propter ominis diritatem, relinquimus. Idcirco ait ⁶ Terentius in ⁷ Heautontimorumenno.

¶ Tum, quod dem ei, recte est. Nam, nihil esse mihi, religio est dicere.

Quod si, ut ait Nigidius, omnia istiusmodi inclinamenta nimium ac præter modum significant, & idcirco in ^z culpas cadunt, ut, ^a vinosus, mulierosus, verbosus, morosus, famosus: cur ingeniosus, formosus & officiosus, & speciosus, quæ pariter ab ingenio & forma & officio inclinata sunt; cur etiam ^b disciplinosus, ^c consiliosus, victoriosus, quæ M. Cato ita ^d affiguravit; cur item ^e facundiosa, quod Sempronius Asellio tertiodecimo rerum gestarum ita scripsit, *Facta sua spectari oportere, dicta non, si minus facundiosa essent.* Cur, inquam, ista omnia numquam in culpam sed in laudem dicuntur; quamquam hæc quoque ^f incrementum sui nimium demonstrent? An propterea, quia illis quidem, quæ supra posuit, adhiben-

INTERPRETATIO.

q. Urbis Romæ. r aliquod malum portendentia. s sicut ceremonia dictæ sunt a carendo quod vulgus iis careat. t templa, quia eorum dignitas non potest vituperari, sicut res profanæ, quorum laudes sunt supra meritum, sunt religiosa, & ea non sunt frequentanda inconsiderate ac sine pietate, &c. u p. c.

ferenda in vulgus, x propter pessimum augurium. y deinde commode suppetit quod ipsi largiar. Nam scrupulus est mihi dicere me nihil habere. z vitiosa sunt. a amans nimium vini, mulierum, verborum. b qui facile discit. c qui dat sapientia consilia. d finxit. e eloquens. f abundantiam rei de qua agitur.

NOTÆ.

ferro flammaque popalantur, & Capitolium quo se flos nobilitatis receperat, obsident: jamque erant illud expugnaturi, nisi Manlius anserum clangore excitatus subeuntes per acclive præcipites egisset. Eos demum Camillus ab exilio revocatus ita delevit, ut ne cladis quidem nuntius superesset, anno U. C. CCCLXIV. ante Christum CCCXC. Livius, Florus, &c.

6. Terentius.] P. Terentius Afer, comicorum inter Latinos facile princeps Carthagine natus, servivit Romæ Te-

rentio Lucano senatori, a quo ob ingenium & formam non institutus modo liberaliter, sed & mature manumissus; ut in ejus vita tradit Suetonius. Cum ex Græcia rediret in Italiam, in mari periit Coss. Cn. Cornelio Dolabella & M. Fulvio Nobiliore. anno U. C. LXXV. ante Christum CLIX.

7. Heautontimorumenno.] Heautontimorumenos comœdia quæ a Cicerone, qui Terentii fabulas diligenter legerat, redditur ipse se puniens. *αὐτὸν ἑμαυτοῦ τιμωρῶν.*

us est modus quidam necessarius? Nam & *gratia*, si nimia quidem atque immodica, & *mores*, si multi atque varii, & *verba*, si perpetua atque infrunita & obtundentia, & *fama* si magna & inquieta & invidiosa sit, neque laudabilia neque utilia sunt. *Ingenium* autem & *officium* & *forma* & *disciplina* & *consilium* & *victoria* & *facundia*, sicut ipsæ virtutum amplitudines, nullis finibus cohibentur; sed quanto majora, auctioraque sunt, etiam tanto laudatiora sunt.

INTERPRETATIO.

g insipida & stolidi. habundantiora.

CAPUT X.

Quid observatum de ordine^a rogandarum sententiarum in senatu, iurgiorumque in senatu C. Cæsaris consulis & M. Catonis^b diem dicendo eximentis.

10 Ante legem, quæ nunc^c de senatu habendo observatur, ordo rogandi sententias varius fuit. Alias primus rogabatur, qui a censoribus^d princeps in senatum lectus fuerat; alias qui designati consules erant. Quidam e consulibus studio aut necessitudine aliqua adducti, quem iis visum erat, honoris gratia, extra ordinem sententiam, primum
15 rogabant. Observatum tamen est cum extra ordinem fieret, ne quis quemquam, ex alio quam^e ex consulari loco, sententiam primum rogaret. C. Cæsar in consulatu, quem cum M. Bibulo gessit, quatuor solos

INTERPRETATIO.

a Potendarum. b extrahentis tempus inter senatores. c ex ordine eorum qui longiori oratione. c de senatu in concilio fuerant consules. lium convocando. d primus relatus fuerat

NOTÆ.

1. C. Cæsar.] C. Julius Cæsar primum consul renunciatus est collega M. Calpurnio Bibulo, anno U. C. Iocxcv. ante Christum LIX. Tumque Pompeium Julia filia collocata sibi devinxit: conciliato prætoræa Crasso, & cæteris potentioribus Galliam obtinuit provinciam, anno U. C. Iocxcvi. eamque annos novem administravit. Deinde gliscente discordia, Romam infesto exercitu contra Pompeium contendit. Hic fugit, & delato ad Pharsaliam in Thessalia bello deletur, iterumque profugus in Ægypto occisus est a Ptolemæo. Romam reversus Cæsar perpetuum se dictatorem appellat, sed paulo post conjuratione Bruti & Cassii viginti tribus vulneribus in senatu confossus perit anno æt. LVI. U. C. Ioccx. ante Christum XLIV. Vir vigore animi, ut ait

Vellecius, acerrimus, munificentia effusissimus, animo super humanam & naturam & fidem evectus, magnitudinis cogitationum, celeritate bellandi, patientia periculorum, Magno illi Alexandro, sed sobrio neque iracundo similis, qui densique semper & sereno & cibo in vitam non in voluptatem uteretur. Mirum vero quod de illo tradit Plinius lib. VII. hist. nat. cap. XXV. scribere & legere simul, dictare & audire solitum. epistolarum vero tantarum rerum quaternas pariter librariis dictare, aut si nihil aliud ageret, septenas. Idem signis collatis quinque quagies dimicavit. . . præter civiles viatorias undecies C. & XCII. M. hominum occisa preliis ab eo. Et quod laudum omnium instar esse possit, omnes clementia superavit. V. Plutarchum, &c.

extra ordinem rogasse sententiam dicitur. Ex iis quatuor principem rogabat ² M. Crassum. Sed, postquam filiam ³ Cn. Pompeio desponderat, primum cœperat Pompeium rogare. Ejus rei rationem reddidisse cum senatui Tiro Tullius M. Ciceronis libertus refert: itaque se ex patrono suo audisse scribit. Id ipsum Capito Ateius in libro, quem de officio senatorio composuit, scriptum reliquit. In eodem libro Capitonis id quoque scriptum est. Caius, inquit, *Cæsar consul* ⁴ *M. Catonem sententiam rogavit. Cato rem quam consulebatur, quoniam* ⁵ *non e rep. videbatur, perficere nolabat. & Ejus rei gratia ducenda, longa oratione utebatur; & eximebatque dicendo diem. Erat enim jus senatori ut, sententiam rogatus, diceret ante quicquid vellet alii rei & quoad vellet. Cæsar consul* ⁶ *viatorem vocavit: eumque, cum finem non faceret, prehendi loquentem & in carcerem duci jussit. Senatus consurrexit: & prosequeretur Catonem in carcerem. ^h Hac, inquit, invidia facta Cæsar destitit, & mitti Catonem jussit.*

INTERPRETATIO.

f non utilis Reip. g ut eam rem protraheret. h hac re odiosa peracta.

NOTÆ.

2. *M. Crassum.*] Hic Romanorum longeditissimus, in toto foedere cum Cæsare & Pompeio, Parthici belli curam suscepit, & in itinere expilato templo Hierosolymitano cum maxima militum parte miserrime periit, an. U. C. IŒXCIX. ante Christum LV. Aurum liquidum in os ejus cadaveris infuderunt barbari, ut cujus animus, inquit Florus, arserat auri cupiditate, ejus etiam mortuum & exangue corpus exureretur.

3. *Cn. Pompeio.*] Cnæi Pompeii mores nemo pressius & ingeniosius Velleio descripsit his verbis. *Vir fuit innocentia eximius, eloquentia medius, dux bello peritissimus, civis in toga, nisi ubi vereretur ne quem haberet parem, modestissimus; potentia sua nunquam auro ad impotensiam usus, pane omnium vitiorum expertus. In quibus rebus primus esse debebat, solus esse cupiebat; neque eo viro quisquam aut alia omnia minus aut gloriam magis concupit: in appetendis honoribus immodicus, in gerendis verecundissimus. His dotibus rebusque fortiter gestis Magni cognomen consecutus est. Domitium in Africa vicit, subegit Numidiam, bellum Servile, Piraticum, & Mithridaticum feliciter confecit. Mediam, Albaniam, Iberiam ac Syriam Ro-*

manis subiecit. Quocunque arma infertur adeo felix, ut primum ex Africa, iterum ex Europa, tertio ex Asia triumpharet: & quot partes terrarum orbis sunt, totidem faceret monumenta victoriae suæ. In bello civili ex Italia fugatus a Julio Cæsare, ab eoque victus in Pharsalicis campis cum in Ægyptum profugisset, Ptolemæi regis Ægypti gratiam victoris turpiter ambientis iustu cæsus est ætatis anno LIX. U. C. IŒCCVI. ante Christum XLVIII. *Plutarchus, &c.*

4. *M. Catonem.*] Consulantur notæ in cap. XIX. lib. XIII.

5. *Eximebat dicendo diem.*] Prolixo sermone protrahere diem, quo elapso senatusconsultum ferre non licebat.

6. *Viatorem.*] Viator proprie is est qui facit iter; hic ministrum publicum sive apparitorem significat. *Viatores,* inquit Festus, appellantur, qui magistratibus apparent, eo quia initio omnium tribuum, cum agri in propinquo erant urbis, atque assidue homines rusticabantur, crebrior opera eorum erat in viâ quam urbe; quod ex agris plerumque homines vocabantur a magistratibus. & frequens eorum erat ab agris ad urbem viâ.

CAPUT XI.

Qua qualiaque sint, qua Aristoxenus, quasi magis^a comperta, de Pythagora^b memoria commendavit, & qua item Plutarchus eundem in modum de eodem Pythagora scripsit.

5 **O**pinio vetus falsa^c occupavit & convaluit Pythagoram philosophum non^d esitavisse ex animalibus; item abstinuisse fabulo, quem^e *κνάμων* Græci appellant. Ex hac opinione^f Callimachus poeta scripsit:

^g Καὶ κνάμων ἀπο χείρας ἔχεν ἀνίωντων ἐδάδι.

Καὶ γὰρ Πυθαγόρας ὡς ἐκέλευε λέγω.

10 Ex eadem item opinione M. Cicero in libro de divinatione primo, hæc verba posuit. *Iubet igitur Plato sic ad somnum proficisci corporibus^h affectis, ut nihil sit quod errorem animis perturbationemque afferat. Ex quo etiam Pythagoreisⁱ interdictum putatur, ne faba vescerentur;^j quod habet inflationem magnam is cibus tranquillitatem mentis quarentibus contrariam.* Hæc quidem M. Cicero. Sed^k Aristoxenus musicus, vir literarum veterum diligentissimus, Aristotelis philosophi auditor, in libro, quem de
15 Pythagora reliquit, nullo sæpius legumento Pythagoram dicit usum quam fabis. Quoniam is cibus & ^l subduceret sensum alvum & lævigaret. Verba ista Aristoxeni subscripti: ^m Πυθαγόρας ἦ δὴ ὁσπέριον μάλιστα τοῦ κνάμων ἐδοκίμασε λίαν, κινήτικόν τε γὰρ ἔστι, καὶ διαφορητικόν, διὸ καὶ μάλιστα κνήμητι ἀπὸ. Porculis quoque minusculis & hædis tenerioribus victitasse
20 idem Aristoxenus refert. Quam rem videtur cognovisse exⁿ Xenophilo

INTERPRETATIO.

a Certa, b scriptis tradidit. c praoccupavit animos, & confirmata est. d comedis. e fabam. f & a fabis manus abstinere, & sanguinis expers comedere. Et ego, ut Pythagoras iussit, dico. g ita dispositis. h vetitum. i quia maxime inflat hoc legumen, quod est contrarium cu-

piantibus quietem mentis. k paulatim solveret ventrem & molliret. l Pythagoras vero ex leguminibus maxime fabam probavit admodum: eam enim movere alvum, & ciere, quapropter & precipue utebatur illa.

NOTÆ.

1. Callimachus.] Hic patria Cyrenæus, natus in Africa, floruit in Græcia Olymp. cxxv. annis ante Christum cclxxx.

2. Καὶ κνάμων, &c.] Ita quidem in antiquissimis legitur exemplatibus, in quibus procul dubio subest aliquod mendum. Nos in interpretatione secuti sumus Hentici Stephani conjecturam, qui sic emendat.

Καὶ κνάμων ἀπο χείρας ἔχεν, & ἀναμων ἐδάδι.

3. Aristoxenus.] Hic ortus urbe Ta-

rento philosophicis juxta & musicis disciplinis eruditus extitit. Aristotelem audivit præceptorem, in quem officii parum memor subinde invecus est, quod Aristoteles in schola sibi delegisset Theophrastum successorem, anno circiter ante Christum cccxx. Suidas.

4. Xenophilo.] Xenophilus musicus celeberrimus, patria Chalcidensis, vixit cv. annos morborum expers, ut ex Aristoxeno refert Valerius. Quod miraculum & solitariam exemplum reperiri ait Plinius hist. nar. lib. VII. cap. L.

Pythagorico familiari suo, & ex quibusdam aliis natu majoribus, qui ab ætate Pythagoræ haud multum aberant. Ac de animalibus ⁵ Alexis etiam poeta in comœdia, quæ ^b Pythagorizusa inscribitur, docet. Videtur autem de ^m κούμω non esitato causam erroris fuisse, quia in ⁷ Empedocli carmine, qui disciplinas Pythagoræ secutus est, ⁵ versus hic invenitur.

ⁿ Δφλοῖ, πώδειλοι, κύμων ἀπο χείρας ἐχέει.

Opinati enim sunt plerique κύμων legumentum vulgo dici. Sed qui diligentius ^o anquisitiviusque carmina Empedocli arbitrati sunt, κούμω hoc in loco testiculos significare dicunt; eosque more Pythagoræ aperte atque symbolice κούμω appellatos, quia sint ^p εἰς τὸ κρεῖν δεινοὶ καὶ αἴποι ¹⁰ τὸ κρεῖν; ^q & genituræ humanæ vim præbeant. Iccircoque in Empedocli versu isto non a fabulo edendo, sed a rei Venereæ ^r proluvio, voluisse homines deducere. Plutarchus quoque homo ^f in disciplinis gravi auctoritate, in primo librorum quos de Homero composuit, Aristotelem philosophum scripsit eadem ipsa de Pythagoricis scripsisse; quod non abstinerunt ^t edendis animalibus, nisi pauca carne quadam. Verba ipsa Plutarchi, quoniam res ^u inopinata est, subscripsi. ^x Αεισοτέλης ὁ μύσας, καὶ κρεβίας, καὶ ἀκαλύφης, καὶ τούτων ἄλλων ἀπέχεσθαι φησι τοῖς Πυθαγορείκοις. καὶ τῶν ἄλλοις. ¹⁵ Ακαλύφη autem est animal marinum, quod urtica appellatur. Sed & piscibus non nullis abstineri Pythagoricos Plutarchus in ²⁰ Symposiacis dicit. Pythagoram vero ipsum sicuti celebre est ⁸ Euphorbum primo se fuisse dicitasse; ita hæc remotiora sunt his, quæ ⁹ Clearchus &

INTERPRETATIO.

in faba non manducata. n. miseri, mi
ferrimi a κούμων manus abstinete. o. &
accuratius expenderunt versus Empedocli.
p. ad generandum apti & causa generan-
di. q. & dent facultatem hominis gene-

randi, r. sordibus. f. maximi nominis in
doctrinis. t. a comedendis. u. extraordi-
naria. x. Aristoteles vero vulva, & cor-
de, & urtica, & talibus aliis abstinere
dicit Pythagoricos: uti vero aliis.

NOTÆ.

5. Alexis.] Alexis Thurii, quæ urbs
dicta est deinde Sybaris in magna Græ-
cia natus, poeta comicus Menandrum
ætate præcessit. Floruit Olympiade cxii.
annis ante Christum cccxxx.

6. Pythagorizusa.] Sic legendum mo-
nuit Reinesius Athenæi nixus autorita-
te, qui Alexin testatur scripsisse comœ-
diam Πυθαγορίζουσα. In prioribus editio-
nibus sic habetur. In comœdia quæ Py-
thagoræ vita inscribitur.

7. Empedocli.] Empedocles philoso-
phus, idemque poeta Agrigentinus.
Eum tradunt, ut absumpto corpore cre-
deretur immortalis, in ardentem Ætnæ
montis voraginem sese dedisse præcipi-
tem; ejectis autem ferreis crepidis rem
fuisse deprehensam. Ita Hippoborus
apud Laertium, qui neque hoc neque

alia de ejus morte figmenta approbat.
Id constat eum floruisse Olympiade
lxxxiv. ante Christum cccxlii. annis.

8. Euphorbum se fuisse, &c.] Pytha-
goras primus autor fuit ^α μεταμφορώσεως
sive transfusionis animarum in alia cor-
pora. Dicebat itaque, ut hanc senten-
tiam astrueret, se fuisse primo Euphor-
bum, virum illum Trojanum quem oc-
cidit Menelaus, deinde Pyrandrum ho-
minem fraudulentum, tum Calliclean.
Si tamen aliis credimus, assererat se pri-
mum Æthaliden Mercurii filium, de-
inde Euphorbum, tum Hermotimum,
postea Delium piscatorem nomine Pyr-
rhum, denique se Pythagoram fuisse.
Laertium.

9. Clearchus.] Aristotelis discipulus,
& autore Josepho, Peripateticorum

10 Dicæarchus memoriæ tradiderunt, fuisse eum postea Pyrandrum, deinde Callicleam, deinde feminam pulchra facie meretricem; cui nomen fuerat Alce.

NOTA.

nulli secundus. Eum Solensem fuisse patet ex Suida & Diogene Laertio. Claruit annis ante Christum cccx.
10. *Dicaarchus.*] Iisdem quibus Clearchus temporibus floruit Dicæarchus Messenius Aristotelis auditor, ut tradit Athenæus. Vide Vossium.

CAPUT XII.

**Nota & animadversiones censoria in veteribus monumentis reperta memoria digna.*

5

SI quis agrum suum passus fuerat ^b sordescere, eumque indiligenter curabat, ac neque araverat neque purgaverat; sive quis arborem suam vineamque ^c habuerat derelictum: non id sine pœna fuit; sed erat opus ^d censorium: censoresque ærarium faciebant. Item si quis ² eques Romanus equum habere ^e gracilentum aut parum nitidum visus erat; ^f impolitia notabatur. Id verbum significat, quasi si tu dicas incuria. Cujus utriusque auctoritates sunt: & M. Cato id sæpenumero attestatus est.

INTERPRETATIO.

^a Ignominia & pœna quibus censores afficiebant. ^b sordescere. ^c minime curaverat. ^d quod censores debebant punire. ^e macilentum. ^f afficiebatur ignominia negligentia.

NOTA.

1. *Ærarium faciebant.*] *Ærarius* fieri sive inter *Ærarios* referri dicebatur, qui jure suffragii & civis Romani privatus referebatur in tabulas, ut ara tributi nomine penderet.

2. *Eques Romanus.*] Proximam a senatoribus in republica Romana dignitatem obtinebant equites. *Horum nomen sæpe variatum*, inquit Plinius lib. XXXIII. cap. II. *Celeres sub Romulo*

regibusque appellati sunt, deinde *Fletemines*, postea *Trossuli*, cum oppidum in *Tuscis* circa *Volsinios* passuum IX. M. cepissent ejus vocabuli. Eos a plebe distinctinxit annulus aureus, angustus clavus a senatoribus, quorum insigne fuit latus clavus. Censuræ, ut ex Suetonio in Julio Cæsare colligitur, fuit quadringentorum millium.

CAPUT XIII.

Quod^a intentiones quedam tibiaram certo modo facta ischiacis mederi possint.

PRoditum hoc a plerisque est & ξ memoriae mandatum; ¹ ischiaci cum maxime doleant, tum, ^d si modulis lenibus tibicen incinat, minui dolores. Ego nuperrime in libro Theophrasti scriptum inveni, ² viperarum moribus tibicinem ^escite modulateque adhibitum mederi. Refert etiam idem Democriti liber, qui inscribitur ξ $\alpha\epsilon\iota$ $\lambda\omicron\iota\mu\acute{\omega}\nu$ η $\lambda\omicron\iota\mu\acute{\iota}\kappa\acute{\omega}\nu$ $\kappa\alpha\mu\acute{\omega}\nu$. In quo docet plurimis hominum ³ morbis medicinam fuisse ξ intentiones tibiaram. Tanta prorsus est affinitas corporibus hominum mentibusque; & propterea quoque vitiis aut medelis animorum & corporum.

INTERPRETATIO.

a Conventus aliqui. b scriptum. c ξ f de peste & pestilentibus malis. g concentus in libris traditum. d si auleres cantum | tus
suaviozem ediderit. e doctum & peritum.

NOTA.

1. Ischiaci.] Ista sunt vertebrae coxarum, quibus qui laborat ischiacus dicitur. Hinc & nos Galli derivamus la goutte sciaticque.

2. Viperarum moribus, &c.] Simile quid narrant de phalangiorum morfu curando. Phalangium quoddam araneorum genus est in Apulia, quod ab urbe Tarento, ad quam sub aestivos menses oriuntur, Tarentulas appellant: si quem momorderint, is pro diversa corporis

affectione vel risu, vel furore enecabitur, aut sensim contabescet, aut obri-
gescet statim. Neque presentius huic morbo remedium aliud est, quam certis quibusdam numeris decantata musica, qua excitatus æger tandiu saltando corpus agit, dum solutis poris venenum omne diffuserit. Consule Kirkerum, &c.
3. Morbis.] Hanc vocem ex MS. R. restituit Lambecius cum prius legeretur moribus.

CAPUT XIV.

Narratur historia de Hostilio Mancino adili & Mamilia meretrice: verbaque decreti tribunorum ad quos a Mamilia ^aprovocatum est.

CUm librum nonum Atei Capitonis Conlectaneorum legeremus, qui inscriptus est, de judiciis publicis: decretum tribunorum visum est gravitatis antiquæ plenum. Propterea id meminimus. Idque ob hanc causam & in hanc sententiam scriptum est. A. Hostilius Mancinus ædilis curulis fuit. Is Mamilia meretrici ^b diem ad populum dixit, ^c quod de ambulacro ejus noctu lapide ictus esset: vulnusque ex eo lapide ostende-

INTERPRETATIO.

a Appellatum est. b assignavit diem ut compareret coram populo. c quod ex ejus porticu lapis in eum esset projectus.

bat. Mamilia ad tribunos plebei provocavit : apud eos dixit ² commissatorem Mancinum ad ædes suas venisse : ^d eum sibi fas recipere non fuisse in æde sua ; sed, cum vi irrumperet, lapidibus depulsum. Tribuni decreverunt ædilem ex eo loco jure dejectum, quo eum venire cum ³ coronario non decuisset : ^e propterea, ne cum populo ædilis ageret, intercellerunt.

INTERPRETATIO.

^d non sibi licuisse eum admittere in domum suam. ^e ideo impediuerunt quominus Mancinus ædilis cum populo actionem intrueret in eam.

NOTÆ.

1. Plebei] Plebs plebis, plebes plebei dicitur; ut jam monuimus: estque, ut vulgus, populi pars vilior.
² Commissatorem.] Commissator seu comessator est qui intempestivis conviviis indulget.
³ Coronario.] Coronarius ille est qui coronas conficit. Solebant autem veteres, cum hilarioribus epulis utebantur, frontem præcingere coronis, unde hic Mancinus secum adducebat coronarium.

CAPUT XV.

Defensa: a culpa sententia ex historia Sallustii, quam inimici ejus cum infestatione maligne reprehenderunt.

10 **E**legantia orationis Sallustii verborumque facundia & ^a novandi studium ^b cum multa profus invidia fuit : multique non mediocri ingenio viri conati sunt reprehendere pleraque & ^c obrectare. In quibus plura ^d inscite aut maligne vellunt. Nonnulla tamen videri possunt non indigna reprehensione, quale illud in Catilinæ historia repertum est ; quod habet eam speciem, quasi parum attente dictum. Verba Sallustii hæc
 35 sunt *Ac mihi quidem, tametsi haudquaquam par gloria sequatur scriptorem & auctorem rerum, tamen in primis arduum videtur res gestas scribere. Primum, quod facta dictis exequanda sunt. Dein, quod plerique, qua delicta reprehenderis, malivolentia & invidia dicta putant. ^e Vbi de magna virtute atque gloria bonorum memores ; qua sibi quisque facilia factu putat ^f equo animo accipit : ^h supra ; veluti ficta pro falsis ducit.*
 20 Proposuit, ⁱ inquit, dicturum causas, quamobrem videatur esse arduum res gestas scribere : atque ibi non primum ^k causam, sed ^l querelas dicit. Non enim causa videri debet, cur historiæ opus arduum sit, quod ii, qui legunt, aut inique interpretantur quæ scripta sunt, aut vera esse
 25 non credunt. Obnoxiam quippe & objectam falsis existimationibus eam

INTERPRETATIO.

^a Verba nova fingendi ^b adduxit eum in malevolentiam multorum ^c calumniari ^d absurde aut malitiose reprehendunt eum qui narrat & qui facit res. Equando loqueris de singulari virtute & gloria proborum. ^g legit indifferentem hæc sunt supra ejus vires quasi fabulæ ^h istius illa falsa ⁱ inimici Sallustii. ^k difficultatis in historia. ^l historico-rum.

rem dicendam magis aiunt quam arduam. Quia, quod arduum est, sui operis difficultate est arduum, non opinionis alienæ erroribus. Hæc illi malivoli reprehensores dicunt. Sed, *arduum*, Sallustius non pro difficili tantum, sed pro eo quoque ponit, quod Græci *δυσχερής* aut *χλεπών* appellant: quod est tum difficile, tum molestum quoque & incommodum & intrectabile. Quorum verborum significatio a sententia Sallustii supra-scripta non abhorret.

INTERPRETATIO.

m arduum. n non est aliena.

CAPUT XVI.

De vocabulis quibusdam a Varrone & Nigidio contra quotidiani sermonis consuetudinem declinatis: ^a atque inibi id genus quadam cum exemplis veterum relata.

M. Varronem & P. Nigidium, viros Romani generis disertissimos, comperimus non aliter locutos esse & scripsisse, quam *senatus* & *domus*, & *fluctus*: qui est ^b patrius casus, ab eo quod est, *senatus*, *domus*, & *fluctus*. Hinc *senatui*, *domui*, *fluctui*, ceteraque his consimilia pariter dixisse. Terentii quoque comici versus in libris veteribus itidem scriptus est.

^c *Ejus annis, opinor, causa, que est mortua.*

Hanc eorum auctoritatem quidam e veteribus grammaticis ratione etiam firmare voluerunt: quod omnis dativus singularis litera finitus, *i*, si non similis est genitivi singularis; litera addita genitivum singularem facit. Ut, *patri patris*, *duci ducis*, *cadis cadis*. Cum igitur, in casu dandi *huic senatui*, dicamus; genitivus ex eo singularis *senatus* est, & non, *senatus*. Sed non omnes concedunt in casu dativo *senatui* magis dicendum quam, *senatu*. Sicut Lucilius in eodem casu, *victu*, &, *ann*, dicit; non, *victui*, & *anni*: in hisce versibus.

Quod sumtum atque epulas victu preponis honesto.

Et alio in loco,

Anu noceo, inquit.

Virgilius quoque in casu dandi, *aspectu*, dicit, non *aspectui*.

Teque aspectu ne subtrahere nostro.

Et in Georgicis,

Quod ^d nec concubitu indulgent.

Caius etiam Cæsar gravis auctor linguæ Latinæ in ¹ Anticatone, *Unius*,

INTERPRETATIO.

^a Et ibidem aliqua hujusmodi ^b geni | obiit. ^d apes non coeunt ad prognerantivus. ^c credo propter hanc vetulam qua | dos factus.

NOTA.

1. In Anticatone,] C. Cæsar primus ille Romanorum Imperator de quo di-

inquit, *arrogantia, superbiaque, dominatuque*. Item in ² Dolabellam actionis III. *Ibi isti, quorum in adibus fanisque posita & honori erant & ornatu*. In libris quoque analogicis omnia istiusmodi sine, i, litera dicenda censet.

NOTÆ.

ximus in notis ad caput X. hujus libri :
ut laudes a Cicerone collatas in Catonem Utricensem dederet, in eum libros duos conscripsit.

2. *In Dolabellam.*] Tunc primum eloquentiæ mirabilis specimen exhibuit Cæsar, cum annos natus XXI. Dolabellam repetundarum reum accusavit.

CAPUT XVII.

- 5 *De natura quarundam particularum, que preposita verbis ^a intendi atque produci barbare atque inscite videntur, exemplis rationibusque pluri-
culis ^b disceptatum.*

Lucili ex undecimo versus sunt.

- 10 ^c *Scipiade magno improbus objiciebat Asellus*
^d *Lustrum, illo censore, malum infelixque fuisse.*
Objiciebat, o, litera producta multos legere audio. Idque eo facere dicunt, ^d ut ratio numeri salva sit. Idem infra. *& jam*
^e *Conjicere in versus dictum ² praconis volebam*
Grati.

- 15 In hoc quoque prima verbi præpositio ob eandem causam producitur Item quintodecimo,

Subjicit hinc humilem, & ³ sufferctus posteriorem.

- Subjicit, u,* litera longa legunt. Quia primam syllabam brevem esse in versu heroico non convenit. Item apud Plautum in ⁴ Epidico, *con,* syllabam productam pronuntiant,

- 20 *Age nuncjam, orna te Epidice, & pallium in collum conjice.*
Apud Virgilium quoque, *subjicit,* verbum produci a plerisque audio.

INTERPRETATIO.

^a Longa fieri. ^b disputatum. ^c Scipioni. ^d ut quantitas versus constet. ^e ponitur in carmine.

NOTÆ.

1. *Lustrum.*] Græcorum Olympiadi respondebat lustrum Latinorum, quod quinto quoque anno incunte absolvebatur, quo tempore creabantur novi censes. Lustrum, inquit Varro, tempus quinquennale dicitur a luendo, hoc est solvendo, quod quinto quoque anno institueretur census, seu æstimatio bonorum cujusque, secundum quam tributa

pendebantur.

2. *Praconis.*] Præcones sunt qui justis magistratum aliquid publice denunciant.

3. *Sufferctus.*] A verbo sufferere videtur derivatum vocabulum, ita ut sufferctus hic ponatur ut sufferctus.

4. *Epidico.*] Plauti comœdia, in qua primas agit Epidicus servus.

Et etiam ⁵ Parnassia laurus

Parva sub ingenti matris se subjicit umbra.

Sed neque *ob*, neque, *sub* præpositio producendi habent naturam; neque item, *con*; nisi cum eam literæ sequuntur, quæ in verbis, *constituit*, &, *confecit*, & secundum eam primæ sunt; vel cum eliditur ex ea, *n*, litera: sicut Sallustius, *Facinoribus*, inquit, *coopertus*. In his autem, quæ supra posui, & metrum esse integrum potest, & præpositiones istæ possunt non barbare ⁿ protendi. Secunda enim litera in his verbis per duo *ii*, non per unum scribenda est. Nam verbum istud, cui supradictæ particulae præpositæ sunt, non *icio* est sed *jacio*, & præteritum non *icit*, sed *jecit*. Idque ubi compositum est ex *a* litera; *a* in *i* mutatur; sicuti fit in verbis *insilio* & *incipio*: atque ita vim consonantis capit. Et idcirco ea syllaba productius latiusque paulo pronuntiata priorem syllabam brevem esse non patitur; sed reddit eam positu longam; proptereaque & numerus in versu & ratio ¹ in pronuntiatio manet. Hæc, quæ diximus, ^k eo etiam conducunt, ut, quod apud Virgilium in sexto positum invenimus,

*Eripe me his invicte malis, aut tu mihi terram
Injice;*

sic esse *injice*, ut supra dixi, & legendum & scribendum sciamus: nisi quis tam ¹ indocilis est, ut in hoc quoque verbo, *in* præpositionem metri causa protendat. Quærimus igitur in *obicibus*, *o*, litera qua ratione intendatur, cum id vocabulum factum sit a verbo, *obicio*; & nequaquam simile sit, quod a verbo *moveo motus*, *o*, litera longa dicitur. Equidem memini ⁶ Sulpicium Apollinarem, virum præstanti literatum scientia, *obices* & *obicibus*, *o*, litera ^m correpta dicere; in Virgilio quoque sic eum legere;

ⁿ qua vi maria alta tumescant

Obicibus ruptis.

Sed ita, ut diximus, *i*, literam, quæ in vocabulo quoque gemina esse debet, paullo ^o uberius largiusque pronuntiabat. ^p Congruens igitur est ut *subices* etiam, quod proinde ut *obices* compositum est, *u*, litera brevi dici oporteat. Ennius in tragœdia, quæ Achilles inscribitur, *subices* pro aere alto ponit, qui ^q cælo subjectus est; in his versibus.

INTERPRETATIO.

<p>^f pariter exigua laurus Parnassi crescit sub umbra magna majoris arboris g sunt prima post eam. h effici longa. i in pronuntiatione. k faciunt ut intelligamus id quod in sexto Æneidos libro apud Virgilium legimus scriptum (fortissime Ænea libera me ab his miseriis, vel inji-</p>	<p>ce humum in meum cadaver insēpultum.) debere scribi & pronunciariper, injice, ut modo explicui. l tenax sua opinionis. m brevitate. n qua ratione altior oceanus exundet fractis obicibus. o longius. p convenit. q est infra cælum;</p>
--	--

N O T Æ.

⁵ Parnassia.] Parnassus mons Phocidis gemino culmine, Apollinis cultu, Musarum sedibus apud poetas celeberris.

⁶ Sulpicium Apollinarem.] Eum fuisse probabile est, quem ait Julius Capitolinus Ælii Pertinacis, cum esset puer, extitisse præceptorem.

^f Per ego deum sublimes subices, humidus

Vnde oritur imber sonitu saevo & spiritu.

Plerosque homines tamen legere audias, u, litera producta. Id ipsum autem verbum M. Cato sub alia præpositione dicit in oratione, quam de consulatu suo habuit. Ita hos, inquit, fert ventus ad priorem ⁷ Pyrenæum: quos projicit in altum. Et Pacuvius item in ^f8 Chryse. Id ⁹ promontorium, cuius linguam in altum projicit.

INTERPRETATIO.

^r Juro ego per excelsum aera, ex quo cadit pluvia cum vehementi fragore. & vento. Sin tragœdia cui nomen Chryse.

NOTÆ.

⁷ Pyrenæum.] Pyrenæi montes maximi Galliam ab Hispania dividunt. ἀπὸ τῶν πύλων dictos volunt, quod vel fulminibus sæpe percitantur vel olim pastorum incendiis exarserint.

⁸ Chryse.] Sic ex MS. regio Lam-

becius corrigit. Chryses autem fabulæ fragmenta apud Ciceronem, Varronem & alios habentur. In antiquis editionibus legebatur Anchise.

⁹ Promontorium.] Est pars terræ altior excurrens in mare.

CAPUT XVIII.

De Africano superiore sumta quadam ex annalibus memoratu dignissima.

¹⁰ **S**cipio Africanus antiquior quanta virtutum gloria præstiterit, & quam fuerit altus animo atque magnificus, ^a & qua sui conscientia nixus; pluribus rebus quæ dixerit quæque fecerit declaratum est. Ex quibus sunt hæc duo exempla ejus fiduciæ atque ^b exsuperantiæ ingentis. Cum M. Nævius tribunus plebei accusaret eum ad populum; diceretque a rege ² Antiocho accepisse pecuniam, ut conditionibus ^c gratiosis ac molibus pax cum eo populi Romani nomine fieret; & ^d quædam item alia crimini daret indigna tali viro: tum Scipio pauca præfatus, quæ dignitas vitæ suæ atque gloria postulabat, Memoria, inquit, Quirites repeto diem esse hodiernum, quo Hannibalem Pœnum imperio nostro inimicissimum

INTERPRETATIO.

^a Et quam securus ob recte facta. ^b excellentia. ^c benignis & commodis.

^d accusaret de quibusdam aliis flagitiis indignis tanto duce.

NOTÆ.

¹ Scipio Africanus antiquior.] Vide notas in cap. IV. lib. III.

² Antiocho.] Hic est Antiochus III. cognomento Magnus, Syriæ rex, qui ab Annibale Carthaginienſi impulsus, eum jam Romanis formidolosus esse cœpisset, a Scipionibus Asiatico & Africano horribili strage proſtigatus du-

ras pacis condiciones accipere coactus est anno urbis DCXXIV. ante Christum cxc. ut Livius & c. narrant. Refert Strabo eum apud Elymæos in Susiana, cum ad diripiendum Jovis Beli templum sese accingeret, a barbaris fuisse occisum anno xxxvi. regni. cXLVII. Olymp. II. ante Christum cLXXXVII.

magno proelio vici in terra Africa; pacemque & victoriam vobis peperit in-
 sperabilem. Non igitur finis adversum deos ingrati: sed censeo relinqua-
 mus nebulonem hunc; eamque nunc protinus fovi optimo maximo^c gratula-
 tum. Id cum dixisset: avertit, & ire in Capitolium cœpit. Tum ^f concio
 5 universa, quæ ad sententiam de Scipione dicendam convenerat, relicto
 tribuno, Scipionem in Capitolium comitata, atque inde ad ædes ejus,
 cum lætitia & gratulatione sollempni profecuta est. ^g Fertur etiam oratio,
 quæ videtur habita eo die a Scipione. Et, qui dicunt eam non veram,
 non ^h eunt infitias, quin hæc quidem verba fuerint, quæ dixi, Scipionis.
 Item aliud est factum ejus præclarum. Pœtilius quidam tribunus plebei ¹⁰
 a Marco, ut aiunt, Catone inimico Scipionis ⁱ comparatus in eum atque
 immisus desiderabat in senatu ^k instantissime, ut pecuniæ ^l Antiochenæ,
 prædæque, quæ eo in bello capta erat, rationem redderet. Fuerat enim
³ L. Scipioni Asiatico fratri suo imperatori in ea provincia ⁴ legatus. Ibi
 Scipio exsurgit; & prolato ^m e sinu togæ libro, rationes in eo scriptas ¹⁵
 esse dixit omnis pecuniæ omnisque prædæ: allatum ut palam recitaretur,
 & ad ærarium deferretur. Sed enim id jam non faciam, inquit, nec me
 ipse afficiam contumelia. Eumque librum statim coram discidit suis mani-
 bus, & concerpfit; ægre passus, quod, ⁿ cui salus imperii ac reip. accepta
 20 ferri deberet, rationem pecuniæ prædaticæ posceretur.

INTERPRETATIO.

e ad gratias agendas. f omnis multitu-
 do. g divulgatur. h non negant. i suscita-
 tus in eum & commotus. k vehementissi-
 me. l regis Antiochi. m ex plicatura ve-
 stis. n quod exigerent rationem pecunia
 ex præda, ab eo quem oportebat agnoscere
 servatorem imperii & reip.

NOTÆ.

3. L. Scipioni Asiatico.] Consule no-
 tas in cap. IV. lib. III.

4. Legatus.] Legati dicebantur viri
 militari disciplina præstantes, qui a se-
 natu & aliquando a consule ex Patrum
 consensu in castra legabantur ad ducem,
 qui eorum consilio & opera utere-

tur. Erant, ut ait Tullius in Vatinius,
 nuncii pacis ac belli, curatores, inter-
 pretes, bellici consilii auctores, ministri
 muneris provincialis. Denique in exer-
 citu secundi ab imperatore ejus absentis
 vices supplebant.

CAPUT XIX.

Quid M. Varro in logistorico scripserit de moderando victu
 puerorum impubium.

Pueros ¹ impuberes compertam est, si plurimo cibo nimioque somno
 2 uterentur, ² hebetiores fieri: advertimusque hinc elici tarditatem;

NOTÆ.

1. Impuberes.] Impuberes vel impu-
 bes vocantur qui nondum XIV. ætatis an-
 num attigerunt.

2. Hebetiores fieri.] Scilicet cum ob-

ruuntur non satis concocta ciborum mul-
 titudine, & sanguis impurius, & ani-
 males, ut vocant, spiritus crassiores
 fluat: unde & obtusius ingenium.

corporaque eorum ^a improcera fieri, minusque adollescere. Idem plerique alii medicorum philosophorumque, & M. Varro in ³ logistorico scripsit; ^b quæ inscripta est *Capys aut de liberis educandis*.

INTERPRETATIO.

a Non grandescere & minus crescere. b qui liber titulum habet.

NOTA.

3. Logistorico.] Logistoricus liber est rivatur a nomine *λόγος* sermo, & *ιστορία* Varronis, in quo sermonum ac dictorum historia. insignium narrationes continentur. De-

CAPUT XX.

^a Notati a censoribus, qui audientibus iis dixerant joca quadam ^b intempestiviter; ac de ejus ^c nota deliberatum, qui steterat forte apud eos oscitabundus.

Inter censorias severitates tria hæc exempla in litteris sunt ^d castigatissimæ disciplinæ. Unum est hujusmodi. Censor ^e agebat de uxore sollemne jusjurandum. Verba ita erant ^f concepta. **UT. TU. EX. ANIMI. TUI. SENTENTIA. UXOREM. HABES.** Qui jurabat cavillator quidam & ¹ canalicola & nimis ridicularius fuit. Is locum esse sibi joci dicendi ratus, cum ita, uti mos erat, censor dixisset; **ET. TU. EX. ANIMI. TUI. SENTENTIA. UXOREM. HABES?** *Habeo equidem*, inquit, *uxorem*, ² *sed non ex animi tui sententia.* Tum censor eum, quod intempestive ^h lascivisset, in ærarios retulit; ⁱ causamque hanc joci scurrilicis apud se dicti subscripsit. Altera severitas ejusdem ^k sectæ disciplinæque est. Deliberatum est de nota ejus, qui ad censores ab amico advocatus est, & in jure stans, clare nimis ac sonore oscitavit: atque inibi, prope ut plecteretur, fuit; tamquam illud indicium vagi animi foret & ^l allucinantis, & ^m fluxæ atque apertæ securitatis. Sed cum ille ⁿ dejerasset invitissimum sese ac repugnantem oscitatione victum, tenerique eo vitio quod *oscedo* appellatur; ^o tum notæ jam destinatæ exemptus est. P. Scipio Africanus Pauli F. utramque historiam posuit in oratione,

INTERPRETATIO.

a Puniti. b extra tempus. c pœna. d rigidissima observantia. e exigebat. f hæc formula expressa. g Iura te habere uxorem secundum tuam voluntatem, h jocus esset, i & dixit causam esse quod dixisset jocum illiberalem. k ordinis censorii. l minus attendentis. m soluta atque manifesta confidentia. n valde jurasset. o ipsi remissa est pœna jam constituta.

NOTÆ.

1. Canalicola.] Canalicolæ forenses homines pauperes dicti, quod circa canales fori consistere, ut ait Festus. 2. Sed non ex animi, &c.] His verbis notabat consulis libidinem, qui mulierem illam subtrahi sibi moleste ferret.

quam dixit in censura, cum ad P majorum mores populum adhortaretur. Item aliud refert Sabinus Massurius in septimo³ memoriali severe factum. *Censores*, inquit, ⁴ *P. Scipio Nasica & M. Popilius cum* ^q *equitum censum agerent; equum nimis* ^r *strigosum & male habitum, sed equitem ejus* ^r *uberrimum & habitissimum viderunt. Et cur, inquit, ita* ⁵ *est, ut tu sis quam equus curatior? Quoniam, inquit, ego me curo; equum* ⁵ *Statius. Visum est parum reverens esse responsum relatusque in ararios, ut mos est. Statius autem servile nomen fuit. Plerique apud veteres servi eo nomine fuerunt. Cæcilius quoque ille comædiarum poeta & inclutus servus fuit: & propterea nomen habuit Statius. Sed postea* ¹⁰ *versum est quasi in cognomentum: appellatusque Cæcilius Statius.*

INTERPRETATIO.

p imitandos. q equites recepserent. r macilentum, & minime curatum. s obesum & perpastum. t clarissimus.

NOTÆ.

3. *Memoriali.*] Memorialis liber qui multa in memoriam paucis revocat.

4. *P. Scipio Nasica.*] Qui est Corculum appellatus, bis consul, primum quidem cum C. Martio Figulo anno U. C. IXXCI. deinde an. IXXCIX. cum M. Claudio. Censuram gessit cum M. Popilio Læna an. U. C. IXXCV. ante Christum CLIX. quo tempore Delminio Dalmatarum urbe capta, imperatoris nomine recusato de Dalmatis triumphavit.

Ejus parens fuit P. Cornelius Scipio Nasica, Cn. Scipionis qui cum fratre Publio in Hispania petiit, filius; vir

optimus a senatu judicatus & dignissimus qui allatum e Phrygia matris deum simulacrum domo exciperet, dum ipsi templum extrueretur. Consulatum iniit M. Acilio Glabrione collega anno, ut Cicero, Livius & Plutarchus testantur, U. C. IOLXIII. ut Macrobius IOLXII.

5. *Statius.*] In omnibus fere editionibus legebatur *Statius servus meus*. Verum extremæ illæ duæ voces, teste Lambecio, desunt in MS. regio, & glossæ sapiunt. Et vero quorsum Gellius subjungeret *Statius autem servile nomen fuit*.

A. GELLII


NOCTIUM ATTICARUM

COMMENTARIUS

LIBER QUINTUS.

CAPUT I.

*Quod Musonius philosophus reprehendit improbavitque laudari philosophos
differentes a^a vociferantibus & in laudando gestientibus.*

5
10
15

MUSONIUM philosophum solitum dicere accepimus: cum philosophus, inquit, hortatur, monet, suadet, objurgat, ^b aliudve quid disciplinarum differit; tum, qui audiunt, ^c si de summo & soluto pectore obvias vulgatasque laudes effutiunt; si clamitant etiam, si vocum ejus ^d festivitatis, si ^e modulis verborum, si quibusdam quasi ^f frequentamentis orationis moventur, exagitantur, & ^g gestiunt; tum scias & qui dicit & qui audit, ^h frustra esse: neque illic philosophum loqui, sed tibicinem canere. Animus is, inquit, audientis philosophum, si, quæ dicuntur, utilia ac salubria sunt & errorum atque vitiorum medicinas ferunt, ⁱ laxamentum atque otium prolixè profuseque laudandi non habet: quisquis ille est qui audit, nisi ille est plane ^k deperditus, inter ipsam philosophi orationem, & perhorrescat necesse est & pudeat tacitus & pœniteat & gaudeat & admiretur: varios adeo vultus ^l disparilesque sensus gerat; ^m proinde ut eum conscientiamque ejus affecerit utrarumque animi partium aut sincerarum aut ægrarum philosophi pertrectatio. Præterea dicebat magnam

INTERPRETATIO.

<p> ^a Ab iis qui exclamant & qui gestus faciant dum laudant. ^b aut disputat de aliqua alia scientia. ^c si effundunt ex intimo & hilari corde laudes communes & vulgares. ^d elegantiss. ^e numeris. ^f modulationibus. ^g gestus faciunt. ^h non </p>	<p> ⁱ bene facere. ^j libertatem. ^k vitiosus. ^l dissimiles. ^m pro diversa ratione que philosophi dissertatio de utrisque animi partibus aut bonis aut malis commotum eum & ejus animum. </p>
--	--

NOTA.

<p> ¹ Musonium.] Musonius Rufus Tyrhenus Volturnensis, philosophus Stoicus, equestris ordinis, temporibus Neronis expulsum in exilium a Vespasiano </p>	<p> revocatus est. Tacitus, Suidas. Fuit & alius Musonius philosophus Cynicus Apollonio Tyaneo familiaris, de quo Eunapius. </p>
---	--

laudem

laudem non abesse ab admiratione : admirationem autem , quæ maxima est , non parere verba sed silentium : iccirco , inquit , poetarum sapientissimus ^m auditores illos Ulyxi labores suos illustrissime narrantis , ubi loquendi finis factus , non ⁿ exultare nec strepere nec vociferari facit : sed consiluisse universos dicit , quasi attonitos & ^o obstupidos ^p delinimentis aurium ad origines usque vocis permanantibus.

INTERPRETATIO.

^m Homerus. ⁿ *gestive*, obmurmurare & exclamare. ^o *obstupescentes*. ^p *illicebria aurium vocis iter obstruentibus*.

CAPUT II.

Super equo Alexandri regis , qui Bucephalus appellatus est.

Equus ¹ Alexandri regis & capite & nomine ² *Bucephalus* fuit. Emtum ³ Chares scripsit ⁴ *talentis tredecim* , & regi Philippo donatum : ^a aris nostri summa est **HS.CC.CXII**. Super hoc equo dignum memoria visum ; quod , ubi ornatus erat armatusque ad prælium , ^b haud unquam incendi sese ab alio nisi a rege passus sit. Id etiam de isto equo memoratum est ; quod cum in eo insidens Alexander , bello Indico , & facinorosa faciens fortia , in hostium ⁵ cuneum non satis sibi providens immisisset , conjectis undique in Alexandrum telis , vulneribus alte in cervice atque in latere equus perfossus est : moribundus tamen ac prope jam exsanguis ^e mediis hostibus regem vivacissimo cursu retulit : atque , ubi eum ^c extra tela extulerat , ilico concidit , & ^d domini jam superstitis securus , quasi cum sensus humani solatio , exspiravit. Tum rex Alexander , parta ejus belli victoria , oppidum in iisdem locis condidit ; atque ob equi honores ⁶ *Bucephalon* appellavit.

INTERPRETATIO.

^a *Moneta nostratis*. ^b *non siverit unquam alium quam regem super se sedere*. ^c *extra jactum teli*. ^d *certus de Alexandri salute*.

NOTÆ.

1. *Alexandri*.] Hic est Alexander Magnus Macedo , qui Græcis terrore sibi subditis , Persarum imperium devicto Dario evertit , tum India ac tota prope Asia potitus est. Morbo per ebrietatem contracto , vel , ut alii volunt , veneno extinctus est , anno ætatis XXXIII. regni XIII. ante Christum cccxxiv.

2. *Bucephali*.] *Βυκεφαλος*, idem sonat quod bovis caput : equum autem Alexandri ab aspectu torvo Bucephalum aliqui dictum volunt.

3. *Chares*.] Chares historicus Mitylene oriundus Alexandri vitam scriptis mandavit , sapius ab Athenæo laudatus. Circa Ptolemæi Lagidæ tempora annis

ante Christum plus minus trecentis floruit.

4. *Talentis tredecim*.] Talentum Atticum viginti quatuor festercia valebat , & revocatur ad **CDL**. libras nostrates. Unde tredecim talenta , sive cccxxii. festercia conficiunt 13650. libras Gallicas.

5. *Cuneum*.] Vide notas in c. VII. l. III.

6. *Bucephalon*.] Bucephala , si Ptolemæo Geographo credimus , Indiæ intra Gangem urbs est in Pandanorum regione. Existimat Sanfon , cum aliis , Bucephalam nunc esse *Lahor* urbem provinciæ *Pengab* ad fluvium Hydaspem , nunc *Rahway* , in imperio Magni Mogolis celebrem.

CAPUT III.

Quæ causa quodque initium fuisse dicatur Protagoræ ad philosophiæ literas adeundi.

Protagoram, virum in studiis doctrinarum egregium, cujus nomen Plato libro illi suo ^a incluto inscripsit, adolescentem aiunt, virtus quærendi gratia, ^b in mercedem missum; vecturasque onerum corpore suo factitavisse. ^c quod genus Græci βασιλῶντας vocant; Latine *basijulos* appellamus. Is de proximo rure in ^d Abderam oppidum, ^e cujus popularis fuit, caudices ligni plurimos funiculo brevi circumdatos portabat. Tum forte ^f Democritus civitatis ejusdem civis, homo ante alios virtutis & philosophiæ gratia venerandus, cum egrederetur extra urbem, videt eum, cum illo genere oneris tam impedito ac ^g tam incoibili, facile atque expedite incedentem: & prope accedit; & ^h vincturam posituramque ligni scite periteque factam considerat; petitque ut paulum ⁱ acquiescat. Quod ubi Protagoras, uti erat petatum, fecit; atque itidem ^j Democritus acervum illum & quasi orbem caudicum, brevi vinculo comprehensum, ratione quadam quasi geometrica ^k librari continerique animadvertit: interrogavit quis id lignum ita composuisset: &, cum ille a se compositum dixisset, desideravit uti solveret, ac denuo in modum eundem collocaret. At postquam ille solvit, ac similiter composuit: tum

INTERPRETATIO.

a Praclaro. b operam conduxisse. & corpus suum locasse ferendis ponderibus. c quos homines appellant Græci portantes.

d e qua erat ortus. e quod tam difficile poterat conjungi. f conjunctionem ac dispositionem. g requiescat. h suspensum.

NOTÆ.

1. *Protagoram.*] Protagoras philosophus annos natus xc. obiit. Floruit, ut ex Apollodoro tradit Diogenes Laertius, Olymp. LXXXIV. Verum Apollodorus in supputanda ratione temporum Protagoræ, an Democriti? Non parum aberrat. Idem enim tradit Democritum natum fuisse Olymp. LXXX. ergo Olymp. LXXXIV. annum attigerat ætatis fere decimum quintum: at tunc temporis quo vixit primis philosophiæ rudimentis institui cœperat, potuit habere discipulos? Potuit florere Protagoras ejus auditor, quem adolescentem e sylvis ipse vix, uti refert Gellius, in scholam abduxerat. Imo hinc colligitur ne ipsius quidem Thrasylly apud Laertium sententiam stare posse qui censet Democritum na-

tum esse anno III. LXXVII. Olymp. ante Christum cccclxix.

2. *Abderam.*] Ubi Thraciæ fuit Abdera, ab Abdera Diomedis sorore, teste Solino, condita & appellata: patria Democriti, & Protagoræ. Nigro & aliis est *Asperosa*.

3. *Democritus.*] Philosophus Abderites risu solebat humanos omnes casus excipere. Sensit atomos rerum omnium esse primordia, quam opinionem hac ætate Gassendus ingeniosissime illustravit. Ætatis annum cix. cum attigisset, sine ullo doloris sensu vita fructus est, ut ex Hipparcho refert in ejus vita Diogenes Laertius. De Democrito consule Gellium nostrum lib. X. cap. XVII.

Democritus animi aciem solertiamque hominis non docti demiratus, Mi adolefcens, inquit, cum ingenium benefaciendi habeas, sunt majora melioraque quæ facere tecum possis: abduxitque eum statim, secumque habuit, & sumtum ministravit, & philosophias docuit, & esse eum fecit, quantus postea fuit. Is tamen Protagoras ⁱ insincerus quidem philosophus, sed acerrimus ⁴ sophistarum fuit. Pecuniam quippe ingentem cum a discipulis acciperet annuam, pollicebatur se id docere, quam verborum industria causa infirmior, fieret fortior. Quam rem Græce ita dicebat; *ἢ τὸν ἥτις λόγον τὸν κρείττω ποιεῖν.*

INTERPRETATIO.

i captiosus, k inferiorem causam superiorem facere.

NOTÆ.

4. Sophistarum.] Sophistarum nomen primo fuit honorificum, deinde in quidam scientiæ speciem jactitarent. invidiam abiit, ut sophistæ dicerentur, qui fallacibus conclusiunculis fictam

CAPUT IV.

De verbo, duoetvicesimo, quod vulgo incognitum, a viris doctis a multifariam in libris scriptum est.

Aptud Sigillaria forte in libraria ego & Julius Paulus vir memoria nostra doctissimus confederamus: atque ibi expositi erant ^a Fabii annales, ^b bonæ atque sinceræ vetustatis libri, quos venditor sine mendis esse contendebat. Grammaticus autem quispiam de nobilioribus ab emtore ad spectandos libros adhibitus, reperisse unum in libro mendum dicebat. Sed contra librarius ^c in quodvis pignus vocabat, ni in una nupiam litera delictum esset. Ostendebat grammaticus ita scriptum in libro quarto. *Quapropter ³ tum primum ex plebe alter consul factus est ^d duoetvicesimo anno postquam Romam Galli ceperunt.* Non, inquit, duoetvicesimo, sed, *duodevicesimo* scribi oportuit. Quid enim est, *duoetvicesimo*?

INTERPRETATIO.

a Multis modis. b accurata & legitima sionem si ullum esset erratum in ulla antiquitatis. c faciebat quamlibet spon- tera. d vicesimo secundo.

NOTÆ.

1. Apud sigillaria.] Sigillaria vicus fuit Romæ, ubi sigilla vendebantur.

2. Fabii.] De Q. Fabio Pictore historico diximus in notis ad cap. XII. lib. I.

3. Tum primum ex plebe alter consul factus est, &c.] Ab opinione Fabii dissentiunt fasti consulares: si enim consul alter e plebe primum creatus est anno

XXII. post Romam a Gallis captam; cum ea clades inciderit in annum U.C. CCCLXIV. debuit juxta sententiam Fabii primus e plebe consul renunciari anno CCCCLXXXVI. fasti autem primum e plebe consulem non referunt nisi ad annum U.C. CCCLXXXVIII. Porro fuit is primus e plebeiis consulibus L. Sextius.

Alio quoque loco hic ita scripsit. *Mortuus est anno duodevicesimo: Rex fuit annos viginti & unum.*

CAPUT V.

Cujusmodi joco^a cavillatus sit Antiochum regem^b Pœnus Hannibal.

IN libris veterum^c memoriarum scriptum est^d Hannibalem Karthagi-
 5 niensem apud regem Antiochum facetissime cavillatum esse. Ea cavilla-
 tio hujuscemodi fuit. Ostendebat ei Antiochus in campo copias ingen-
 tes, quas bellum populo Romano factururus comparaverat: ^e convertebat-
 que exercitum^e insignibus argenteis & aureis florentem. ^f Inducebat etiam
 20 ^g currus cum falcibus, & elephantos cum turribus, equitatumque frenis,
 30 ^h ephippiis, monilibus, ⁱ phaleris præfulgentem. Atque ibi rex contem-
 platione tanti ac tam ornati exercitus gloriabundus Hannibalem adspicit:
 & ^j Putasne, inquit, conferri posse, ac satis esse credis Romanis hæc
 omnia? Tum Pœnus^k eludens ignaviam imbelliamque militum ejus præ-
 45 ciose armatorum. Satis^l plane, inquit, satis esse credo Romanis hæc
 omnia, etiamsi avarissimi sunt. Nihil prorsus neque tam lepide neque
 tam acerbe dici potest. Rex de numero exercitus sui ac ^m de æquiparatio-
 ne æstimanda quæsierat: respondit Hannibal de præda.

INTERPRETATIO.

^a Riserit, ^b Carthaginiensis. ^c com-
 5 mentariorum. ^d monstrabat ad ostenta-
 tionem, il faisoit montre de son armée.
^e armis. ^f ostentabat. ^g sellis. ^h stragulis. | ⁱ an credis hæc posse comparari & hu-
 omnia sufficere Romanis. ^k deridens so-
 cordiam & imbecillitatem. I certe. ^m ad
 de pretio ejus comparando interrogaverat.

NOTÆ.

1. *Hannibalem, Antiochum.*] Deutro-
 que diximus superius. De Hannibale
 quidem lib. II. in notis ad cap. VI. de
 Antiocho ad cap. XVIII. lib. IV.
 2. *Currus cum falcibus.*] Falcati cur-
 5 sus in veteri Romanorum maximeque | Perfarum militia adhibiti, directis utrin-
 que a jugo hastis, & insertis rotarum
 inter radios spiculis, in adversos hostes
 concitatis equis non sine ingenti clade
 ferebantur.

CAPUT VI.

De coronis militaribus; que sit earum triumphalis, que obsidionalis, que
 20 civica, que muralis, que castrensis, que navalis, que ovalis, que^a olea-
 ginea.

Militares coronæ^b multifariæ sunt. Quarum quæ nobilissimæ sunt
 25 hæc ferme esse accepimus, triumphalem, obsidionalem, civicam, mur-

INTERPRETATIO.

^a Contexta ex olea. ^b multiplices.

ralem, castrensem, navalem. Est ea quoque corona quæ *ovalis* dicitur. Est item postrema *oleaginea*, qua uti solent qui in prælio non fuerunt, sed ^c triumphum procurant. *Triumphales* coronæ sunt aureæ, quæ imperatoribus ob honorem triumphii mittuntur. Id vulgo dicitur ¹ *aurum coronarium*. Hæ antiquitus e lauru erant; post fieri ex auro cœptæ. *Obsidionalis* est, quam ⁱⁱ, qui liberati sunt obsidione, dant ei duci, qui liberavit. Ea corona ^d graminea est: observarique solitum ut fieret e gramine, quod in eo loco generatum esset, intra quem clausi erant, qui obsidebantur. Hanc coronam gramineam senatus populusque Romanus ² *Q. Fabio Maximo* dedit, bello Pœnorum secundo; quod urbem Romanam obsidione hostium liberasset. *Civica* corona appellatur, quam civis civi a quo servatus est in prælio testem vitæ salutisque perceptæ dat. Ea fit e fronde querna; quoniam cibus victusque antiquissimus quernus capi solitus sit. Etiam ³ ex ilice; ^c quod genus superiori proximum est, sicut scriptum est in quadam comœdia Cæcili.

^f *Advehuntur*, inquit, cum ilignea corona & oblamyde.

Di vestram fidem!

⁴ *Massurius* autem *Sabinus*, in undecimo librorum memorialium, civicam coronam tum dari solitum dicit; cum is, qui civem servaverat, eodem tempore etiam hostem occiderat; neque locum in ea pugna reliquerat. Aliter jus civicæ coronæ negat concessum: *Tiberium* tamen *Cæsarem* consultum, an civicam coronam capere posset, qui civem in prælio servasset & hostes ibidem duos interfecisset, sed locum, in quo pugnabat, non retinisset, eoque loco hostes potiti essent; rescripsisse dicit eum quoque civicam dignum videri; quod appareret tam iniquo loco civem ab eo servatum, ut etiam a fortiter pugnantibus retineri non ^g quiverit. Hac corona civica ⁵ *L. Gellius* vir censorius in senatu *Ciceronem* consulem donari ^h e republica censuit; quod ejus opera esset atrocissima illa *Catilinæ* conjuratio detecta vindicataque. *Muralis* est corona, qua donatur

INTERPRETATIO.

^c sunt causa triumphii. ^d herbacea. ^e quod ilice, & tunica. ^f Superi appello vestram coronæ genus maxime accedit ad superius. ^g fidem. ^g potuerit. ^h judicavit utile esse ^f adducuntur, ut ait, cum corona ex reipublica.

NOTÆ.

1. *Aurum coronarium*.] Aurum ex quo conficiebantur coronæ.

2. *Q. Fabio Maximo*.] Hic est *Q. Fabius Maximus* qui difficillimis temporibus, cum Romanorum exercitum profligasset *Hannibal*, proditor a populo creatus afflictam remp. cunctando utcunque sustentavit anno U. C. *IOXXXVII.* ante Christum *CCXVII.* *Polybius*, *Livius*.

3. *Ex ilice*.] *Ilex* arbor glandifera ex genere quercuum. *Gall. de l'yuse*.

4. *Massurius Sabinus*.] *A. Gellio* jam

supra laudatus, fuit *Ateii Capitonis* successor, ab auditoribus pauper sustentabatur: jam quinquagenarius in equitum ordinem ascitus est. Claruit *Augusti* *Tiberii*que temporibus, adeoque is est cujus *Perseus* meminit cum ait,

Si quid Massuri rubrica notavit.

5. *L. Gellius*.] *L. Gellius Publicola* consul est renunciatus cum *Cn. Cornelio Lentulo* anno U. C. *IOCLXXXII.* ante Christum *LXXII.*

ab imperatore qui primus murum subiit, inque oppidum hostium per vim
 descendit. Idcirco quasi muri pinnis decorata est. *Castrensis* est corona,
 qua donat eum imperator, qui primus hostium castra pugnans introivit.
 Ea corona insigne valli habet. *Navalis* est; qua donari solet, maritimo
 5 prælio, qui primus in hostium navem armatus vi transilivit. Ea quasi na-
 vium rostro¹ insignita est. Et *muralis* autem & *castrensis* & *navalis* fieri
 ex auro solent. *Ovalis* vero corona myrtea est. Ea utebantur imperatores
 qui⁶ ovantes introibant urbem. Ovandi autem ac non triumphandi causa
 est, cum aut bella^k non rite indicta, neque cum justo hoste gesta sunt;
 10 aut hostium^l nomen humile & non idoneum est, ut servorum piratarum-
 que; aut, deditioe repente facta, ^mimpulverea, ut dici solet, incruen-
 taque victoria obvenit. Cui facilitati aptam esse⁷ Veneris frondem cre-
 diderunt, quod non Martius sed quasi Venerius quidam triumphus foret.
 Hanc myrteam coronam⁸ M. Crassus, cum bello fugitivorum confecto
 15 ovans rediret, insolenter aspernatus est; senatusque consultum facien-
 dum per gratiam curavit, ut lauro, non myrto, coronaretur. M. Cato
 objecit⁹ M. Fulvio Nobiliori quod milites per ambitionem coronis, de
 causis levissimis, donasset. De qua re verba ipsa apposui Catonis. *Nam*
principio quis vidit corona donari quemquam, cum oppidum captum non
 20 *esset; aut castra hostium non incensa essent?* Fulvius autem, in quem hoc
 a Catone dictum est, coronis donaverat milites, quia vallum curaverant,
 aut quia puteum strenue foderant. Prætereundum non est, quod ad ova-
 tiones attingit; super quo dissensisse veteres scriptores scio. Partim enim

INTERPRETATIO.

i ornata est. k non legitime declarata. l fama tenuis. m sine pulvere ut vulgo loqui-
 mur, & sine sanguine victoria contingit.

NOTÆ.

6. *Ovantes.*] Ovantes scribit Festus
 latantes esse, ab eo clamore quem vi-
 flores milites geminata litera o emit-
 runt. Rectius, ut mihi quidem videtur,
 Plutarchus ovationis nomen ab ove de-
 ducit; quod qui hoc minore triumpho
 decorarentur, ovem immolarent: cum
 taurum sacrificarent quibus triumphus
 major decernebatur. Porro quibus ovan-
 di jus erat, primis quidem reip. Roma-
 næ temporibus sine exercitu & legionibus
 pedites Urbem ingrediebantur, ut ex
 Dionysio Halicarnasseo & Plutarcho
 patet: subinde consuetudo invaluit, ut
 purpura vestiti & sceptrum manu ten-
 nentes equo veherentur concinentibus
 tibiis, & turmis equitum præcedentibus.
 Triumphantes autem picta vel aurata
 veste tubis clangentibus, senatû sub

prætextis currum comitante, turmis
 equitum subsequenteribus, curru quadri-
 jugo ferebantur.

7. *Veneris frondem.*] Myrtum scilicet
 consecratam Veneri, quæ dea pul-
 chritudinis & amorum a veteribus ha-
 bita est.

8. *M. Crassus bello fugitivorum, &c.*]
 Crassus prætor cum Pompeio delevit fu-
 gitivorum ac perditorum manum, qui
 gladiatoribus Spartaco, Oenomaio &
 Crixo ducibus jam formidabiles Ro-
 manis esse cœperant, an. U. C. 1061. ante
 Christum LXXII.

9. *M. Fulvio Nobiliori.*] Hic maximis
 quibusque magistratibus & domi & belli
 clarus, Ætolos Romanis subiecit consul
 anno U. C. 1065. ante Christum
 CLXXXIX.

scripserunt, qui ovaret introire solitum ¹⁰ equo vehementem; at Sabinus Massurius pedibus ingredi ovantes dicit, sequentibus eos non militibus, sed universo senatu.

INTERPRETATIO.

in equo vestum.

NOTA.

¹⁰. Equo vehementem.] Hic vehens passim dicitur, sicut apud Tullium in Bruto N. 331. Sed te intuens, o Brute, doleo, cujus in adolescentiam per medias laudes quasi quadrigis vehementem transversa incurrit misera fortuna reipublica.

CAPUT VII.

Personæ vocabulum quam lepide interpretatus sit, quamque esse vocis ejus originem dixerit Gabius Bassus.

Lepide mehercules & scite ¹ Gabius Bassus in libris, quos de origine vocabulorum composuit, unde appellata ² Persona sit interpretatur: a personando enim id vocabulum factum esse conjectat. Nam caput, inquit, & os cooperimento personæ tectum undique ^b unaque tantum vocis emittende via pervium, quoniam non vaga neque diffusa est, in unum tantummodo exitum collectam coactamque vocem, & magis claros canorosque sonitus facit. Quoniam igitur indumentum illud oris clarescere & resonare vocem facit; ob eam causam persona dicta est, o, litera, propter vocabuli formam, productiore.

INTERPRETATIO.

^a Certe Gabius festive & eleganter. ^b & perforatum duntaxat ea parte qua patet vocis iter.

NOTÆ.

¹. Gabius Bassus.] Consulantur notæ in cap. IX. lib. III.

². Persona.] Est histrionum larva, Gall. un masque. Vix ulli probaverit Gabius Bassus nomen hoc a personando derivatum: repugnat enim quantitas. Scalliger ita dictum putat quod sit περίσωμα, vel προσωμα, quasi sit indumenti

quædam species. Sed quid? Si dicamus, inquit Vossius, personam esse a προσωπή. duriusculum id videtur. sed cogitandum similiter περί in pro mutari in προσωπή a quo Proserpina. At quod Latinis persona, id Græcis πρόσωπον, προσωπίον, προσωπή.

CAPUT VIII.

Defensus error a Virgilio versibus, quos arguerat Iulius Hyginus grammaticus: & ibidem quid sit lituus; deque etymologia vocis ejus.

^a **I**ps^e ¹ Quirinali lituo, parvaque sedebat
Succinctus ² trabea; levaque ³ ancile gerebat.

5 In his versibus errasse Virgilium Hyginus scripsit, tamquam non animadvertit deesse aliquid hisce verbis;

Ips^e Quirinali lituo.

Nam, si nihil, inquit, deesse animadvertimus, videtur ita dictum ut fiat, lituo & trabea succinctus. Quod est, inquit, absurdissimum. Quippe cum
10 lituus sit virga brevis in parte, qua robustior est, incurva; qua augures utuntur: quonam modo lituo succinctus videri potest? Immo ipse Hyginus parum animadvertit sic hoc esse dictum, ut pleraque dici ^b per defectio-

15 nem solent. Veluti cum dicitur; *M. Cicero homo magna eloquentia.*
⁴ Et *Q. Roscius histrio summa venustate.* Non plenum hoc utrumque, non perfectum est; sed enim pro pleno atque perfecto auditur. Ut Virgilius alio in loco dixit;

Victorem Buten immani corpore,

id est, corpus immane habentem. Et item alibi;

In medium geminos immani pondere castus

20 *Projecit.*

Ac similiter:

c domus sanie dapibusque cruentis,

Intus opaca, ingens.

Sic igitur id quoque videri dictum debet, ⁵ *Picus Quirinali lituo erat;* &

INTERPRETATIO.

^a Ille sedebat cum baculo Quirinali, ^b *supprimendo. c ades tenebrosa, magna & vestitus parva trabea, & sinistra* ^c *foedata sanguine & cibis sanguinolenti manu ferebat parvum scutum. b aliquid*

NOTÆ.

1. *Quirinali Lituo.*] Lituus Auguralis de quo hic agitur, ab ejus litui quo canitur similitudine nomen invenit, ita Cicero, fuitque clarissimum insigne auguratus. Porro Quirinalis a Romulo dicitur, cujus auguris lituus, deflagran- te templo fuit a flammis illæsus.

2. *Trabea.*] Trabea genus vestis triplex fuit. Primum Diis consecratum, totum erat purpureum: alterum regibus destinatum, purpureum erat immixtum albo colore: tertium augurale, ex purpura & cocco tinctum erat. *Servius.*

3. *Ancile.*] Ancile clypeus fuit rotundus & incurvus, similis illi qui tempore regis Numæ delapsus est e cælo. De ancili sic Ovidius in Fastis:

Atque ancile vocat, quod ab omni parte recisum est:

Quemque notes oculis angulus omnis abest.

4. *Et Q. Roscius.*] Ita legendum conjicit Lambecius, cum in plurimis editionibus (*& quasi Roscius*) habeatur.

5. *Picus.*] Rex Latinorum, Fauni patris, Latini regis avus, auguriorum pecti

euti dicimus, *statua grandi capite erat. Est autem, & erat, & fuit*, plerumque absunt, cum elegantia, sine detrimento sententiæ. Et, quoniam facta *litui* mentio est, non prætermittendum est, quod posse quæri animadvertimus, utrum lituus auguralis a tuba, quæ *lituus* appellatur, an tuba a lituo augurum *lituus* dicta sit. Utrumque enim pari forma & pariter incurvum est. Sed sit, ut quidam putant, tuba a sonitu lituus appellata est ex illo Homericò versu, ^d *Λιγξὲ βίος*: necesse est ita accipi ut virga auguralis a tubæ similitudine *lituus* vocetur. Utitur autem vocabulo isto Virgilius & pro tuba.

^e *Et lituo pugnæ insignis obibat & hasta.*

INTERPRETATIO.

^d *sonnit arcus. e* *ornatus tuba & hastili, in certamine aderat.*

NOTA.

ritissimus fuit. Hunc Saturno genitum | ligine licet augurari, vixit annis ante
fuisse Virgilius & Ovidius testantur; | Christum plus minus c1000.
adeoque, quantum in illa temporum ca-

CAPUT IX.

Historia de Cræsi filio sumta ex Herodoti libris.

Filius ¹ Cræsi regis, ^a cum jam per ætatem fari posset, infans erat; & cum jam multum adolevisset, item nihil fari quibat. Mutus adeo & elinguis diu habitus est. Cum vero in patrem ejus ² bello magno victum, & urbe, in qua erat, capta, hostis gladio ^b deducto regem esse ignorans invaderet: diduxit adolescens os clamare nitens: eoque nisu & ^c impetu spiritus vitium nodumque linguæ rupit; planeque & ^d articulate elocutus est, clamans in hostem ne rex Cræsus occideretur. Tum & hostis gladium reduxit, & rex vita donatus est, & adolescens loqui prorsum deinceps incæpit. Herodotus in historiis hujus ^e memoriæ scriptor

INTERPRETATIO.

^a *Cum haberet ætatem idoneam ad loquendum, erat mutus. Et cum ad juventutem processisset, pariter nihil loqui poterat. b* *evaginato. c* *contentione hali-*
tus. d *distincte. e* *rei memorabilis.*

NOTÆ.

¹ *Cræsi Regis.*] Cræsus Lydorum rex opulentissimus, supra modum ambitiosus Ioniam finitimasque regiones sibi subjecit, adeoque Cyrum Persarum regem sine causa bello laceffit: superatus & amissis Sardibus urbe regia, damnatus igni, superbiæ pœnas dedit. Tum vero Solonis effatum, mortalium ante obitum, beatum dicendum neminem, ve-

rum esse intelligens, Solonem voce magna inelamavit. Ita Cyrus admonitus de rerum humanarum inconstantia Cræsum e flammis ereptum apud se liberaliter habuit Olymp. LIX. an. ante Christi ortum 1044. *Herodot. lib. 1.*

² *Bello magno victum*] Bello scilicet quo Sardibus expugnatis a Cyro comprehensus est.

est: ejusque verba sunt, quæ prima dixisse filium Cræsi refert; ^f *Av. Seg.*
 πη, μη κτινε Κερίων. Sed & quispiam ^g Samius athleta, nomen illi fuit
 Αἴγλις, cum antea non loquens fuisset, ob similem dicitur causam loqui
 5 non bona fide fieret; & sortem nominis falsam subijci animadvertisset;
 repente in eum, qui id faciebat, sese videre quid faceret ^h magnum in-
 clamavit. Atque is oris vinculo solutus, per omne inde vitæ tempus,
^h non turbide neque adhæse locutus est.

INTERPRETATIO.

^f homo ne occidas Cræsum, ^g magna voce. h expedita lingua nunquam balbutit.

NOTA.

^g Samius.] Oriundus e Samo, quæ in- | sum urbem: a fluvio Samo etiamnum
 fula jacet ad oram Ionix contra Ephe- | vulgo dicta.

CAPUT X.

*De argumentis quæ Græce ἀντιθέποντα appellantur, a nobis
 reciproca dici possunt.*

10 **I**nter vicia argumentorum longe maximum esse vitium videtur eorum,
 quæ ἀντιθέποντα Græci dicunt. Ea quidam ex nostris ^a non ¹ Hercules
 nimis absurde reciproca appellaverunt. Id autem vitium accidit hoc modo,
 cum argumentum propositum referri contra ^b convertique potest in
 15 eum a quo dictum est; & utrumque ^c pariter valet: quale est ^d pervul-
 gatum illud, quo Protagoram sophistarum acerrimum usum esse ferunt
 adversus Evathlum discipulum suum. Lis namque inter eos & controver-
 sia super ^e pacta mercede hæc fuit. Evathlus adolescens dives, eloquentiæ
 discendæ ^f causarumque orandi cupiens fuit. ^g Is in disciplinam Protagoræ
 20 sese dedit; daturumque promisit mercedem grandem pecuniam, quan-
 tam Protagoras petiverat: dimidiumque ejus jam tunc dedit statim prius
 quam disceret: pepigitque ut reliquum dimidium daret, quo primo die
 causam apud judices orasset & vicisset. Postea cum ^h diutule auditor
ⁱ affectatorque Protagoræ fuisset; & in studio quidem facundiæ ^k ab-
 25 unde promovisset, ^l causas tamen non reciperet; tempusque jam longum

INTERPRETATIO.

a Certe satis eleganter. b retorqueri. c habet vim aequalem. d notissimum hoc
 argumentum. e promissa. f & causarum
 agendarum cupidus fuit. g Ille se fecit | discipulum Protagora. h satis diu. i dis-
 cipulus. k satis profecisset. l causa pete-
 randæ non ipsi darentur.

NOTA.

¹ Hercules.] Consulantur notæ in cap. XXIX. lib. II.

transcurreret; & facere id videretur ne reliquum mercedis daret: capit consilium Protagoras, ut tum existimabat, astutum. Petere instituit ex pacto mercedem; ² litem cum Evathlo contestatur. Et, cum ad iudices, ³ conjiciendæ consistendæque causæ gratia, venissent; tum Protagoras sic exorsus est. Disce, inquit, stultissime adolescens, utroque id modo fore ut reddas quod peto, sive contra te pronunciatum erit sive pro te. Nam, si ⁴ contra te lis data erit, merces mihi ex sententia debebitur, quia ego vicero: sin vero ⁵ secundum te judicatum erit; merces mihi ex pacto debebitur, quia tu viceris. Ad ea respondit Evathlus. Potui, inquit, ⁶ huic tuæ tam ancipiti captioni isse obviam, si verba non ipse facerem, atque alio patrono uterer. Sed majus mihi in ista victoria ⁷ prolubium est, cum te non in causa tantum sed in argumento quoque isto vinco. Disce igitur tu quoque, magister sapientissime, utroque modo fieri uti non reddam quod petis; sive contra me pronunciatum erit sive pro me. Nam, si iudices pro causa mea senserint, nihil tibi ex sententia debebitur: quia ego vicero. Sin contra me pronunciaverint; nihil tibi ex pacto debebo, quia non vicero. Tum iudices dubiosum hoc inexplicabileque esse, quod utrimque dicebatur, rati, ne sententia sua, utramcumque in partem dicta esset, ipsa sese rescinderet, rem in iudicatam reliquerunt; causamque ⁸ in diem longissimam distulerunt. Sic ab adolescente discipulo magister disciplinæ eloquentiæ inclutus suo sibi argumento confutatus est, & ⁹ captio- nis versute excogitatæ frustratus fuit.

INTERPRETATIO.

in efflueret. n. ad iudicandum & decernendum de causa. o. si litem amittas. p. in gratiam tui. q. occurrere tam am- bigua argutia. r. diu distulerunt in dies. s. inutiliter laboravit in callidis argutiis. quas invenerat.

NOTÆ.

2. *Litem contestatur.*] Litem contestari est, cum petitor, & is a quo petitur, vel in iure apud prætorem, vel in iudicio apud iudicem inter se contendunt præsentibus testibus, quos & hic qui petit, & ille qui negat quod peti- tur, rogat ut rei testes esse velint. 3. *Prolubium.*] Illecebra & incitamentum: quam lectionem restituit ex MS. Lambecius, cum prius *prolubium* haberetur.

CAPUT XI.

Biantis de re uxoria syllogismum non videri posse^a ad νερé πορτο.

Existimavit quidam etiam illud Biantis, viri sapientis ac nobilis, responsum ^b consimile esse atque est Protagorion illud, de quo dixi modo, 25

INTERPRETATIO.

^a Reciprocum. ^b simile esse syllogismo reciproco Protagora quem supra attuli.

antistrephon. Nam cum rogatus esset a quodam ¹ Bias, deberetne uxorem ducere, an vitam vivere ^c cælibem, ^d ἦτοι, inquit, καλῶ ἐξέεις, ἢ ἀσχηρῶς; καὶ εἰ καλῶ, ἐξέεις κοινῶς εἰ δ' ἀσχηρῶς, ἐξέεις ² Ποινῶς. ἐκείτους δ' ἐκ ἀγαθόν, οὐ λιπτότερον ἀεγ. Sic autem hoc responsum convertunt. ^c εἰ μὲν καλῶ ἐξέω, οὐχ' ἐξέω Ποινῶς εἰ δ' ἀσχηρῶς, οὐχ' ἐξέω κοινῶς. γαμπτέρον ἀεγ. Sed minime hoc esse videtur ἀντιστρέφον, quoniam ex altero latere conversum frigidius est infirmiusque. Nam Bias proposuit non esse ducendam uxorem propter alterutrum incommodum, quod necessario patiendum erit ei qui duxerit. Qui convertit autem, non ab eo se defendit incommodo quod adest; sed carere se altero dicit quod non adest. Satis est autem tuendæ sententiæ quam Bias dixit; quod eum, qui duxit uxorem, pati necesse est ex duobus incommodis alterum, ut aut κοινῶς habeat aut Ποινῶς. Sed Favorinus noster, cum facta esset forte mentio syllogismi istius, quo Bias usus est, cujus prima ^f πρότασις est, ἢτοι καλῶ ἐξέεις, ἢ ἀσχηρῶς; ^g non ratum id neque iustum disjunctum esse ait: quoniam non necessarium est alterum ex duobus, quæ disjunguntur, verum esse. Quod in ^h proloquio disjunctivo necessarium est. Eminentia enim quadam significari formatum turpes & pulchræ videntur. Est autem, inquit, tertium quoque inter duo ista, quæ disjunguntur: cujus rationem prospectumque Bias non habuit. Inter enim pulcherrimam fœminam & deformissimam media quadam forma est; quæ a nimix pulchritudinis periculo & a summo deformitatis odio vacat. Qualis a Q. Ennio in ³ Menalippa perquam eleganti vocabulo, *stata*, dicitur; quæ neque κοινῶς futura sit, neque Ποινῶς. Quam formam modicam & modestam Favorinus non mehercle inscite appellabat uxoriam. Ennius autem in ista, quam dixi, tragœdia, eas fere fœminas ait incolumi pudicitia esse, quæ ⁴ stata forma forent.

I N T E R P R E T A T I O.

c sine uxore. d aut ait pulchram habebis aut deformem. Si pulchram, habebis communem: si vero deformem, habebis Pœnam. Alterutrum autem non bonum. Non accipienda igitur uxor. e si quidem pulchram habebo, non habebo Pœnam: *si vero deformem, non habebo communem, ducenda igitur uxor. f propositio. g dicit non esse certum nec habere iustam disjunctionem. h in prima propositione disjunctiva.*

N O T Æ.

1. *Bias.*] Unus e septem Græciæ sapientibus, Priene in Ionia oriundus, juris acerrimus defensor, adeo ut ætate confectus cum nonnullius causam perorasset, in sinu nepotis ex filia caput reclinans obierit. Floruit circa Olymp. XLII. annis ante Christum Iocxii. Laert.
2. *Ποινῶς.*] Pœnam hic intellige Furiam; quo sensu Maro in Culice ait.
Et flammæ & serena quatit mihi verbera Pœna.
Et Plutarchus in Othone. *αἰς σὺν ἀνορίας ἀλλά λυος ἢ Ποινῆς, ἢ πελαγοναίης δαιμόνων.*
3. *In Menalippa.*] Ennii tragœdia.
4. *Stata forma.*] Ea est quæ neque redundat, neque deficit.

CAPUT XII.

De nominibus deorum populi Romani Dijovis & Vejovis.

IN antiquis ¹ spektionibus nomina hæc deorum inesse animadvertimus, *Dijovis & Vejovis*. Est autem etiam ædes Vejovis Romæ inter arcem & capitolium. Eorum nominum ² rationem esse hanc comperi; *Jovem* Latini veteres a juvando appellavere: eundemque alio vocabulo juncto patrem dixerunt. Nam quod est in ^b elisis aut immutatis quibusdam literis Jupiter; id plenum atque integrum est *Jovispater*. Sic & *Neptunuspater* conjuncte dictus est, & ² *Saturnuspater* & ³ *Ianuspater*, & ⁴ *Marspater*. Hoc enim est, *Marspiter*. Item Jovis *Diespater* appellatus est, id est, diei & lucis pater. Iccircoque simili nomine *Dijovis* dictus est, & *Lucetius*: quod nos die & luce ^c quasi vita ipsa afficeret & juvaret. *Lucetium* autem *Jovem* Cn. Nævius in libris belli Pœnici appellat. Cum Jovem igitur & Dijovem a juvando nominassent: eum quoque contra deum, qui non juvandi potestatem, sed vim nocendi haberet (nam deos quosdam ut prodesse celebrabant, quosdam ne obessent placabant) *Vejovem* appellarunt demta atque detracta juvandi facultate. *Ve* enim particula, quæ, in aliis atque aliis vocabulis varia, tum per has duas literas, tum, *a*, litera media immissa dicitur, duplicem significatum eundemque inter sese diversum capit. Nam & augendæ rei & minuendæ valet, sicuti aliæ particula plurimæ. Propter quod accidit, ut quædam vocabula, quibus particula ista præponitur, ambigua sint & ^d utroqueversum dicantur; ⁵ *vescum*, *vehemens*, & ⁶ *vegrande*; de quibus alio in loco, uberiore tractatu facto, admonuimus: *vesani* autem & *vecordes* ex una tantum parte, quæ privativa est, quam Græci ^e *σεντικόν μόριον* dicunt. Simulachrum igitur dei ⁷ *Vejovis*, quod est in æde, de qua supra dixi, sagittas tenet, quæ

INTERPRETATIO.

^a Intellexi esse hanc interpretationem. | utramque partem. ^c privativam particu-
^b suppressis. ^c quasi vitam daret. ^d in | lam.

NOTÆ.

1. *Spektionibus*.] Spektio proprie verbum est augurum, quorum ita divisa erant munera, ut qui spektionem haberent, nunciationem non haberent. Spektiones autem hoc loco fuisse verba auguralia suspicamur.

2. *Saturnuspater*.] Antiquissimus fere Deorum, Cœli & Vestæ filius, pater Jovis.

3. *Ianuspater*.] Janus Italiæ rex Saturnum a filio ejectum perbenigne excepit, ac post mortem relatus est inter deos.

Bifrons pingebatur, quippe qui & ex præteritis colligeret utilitatem, & futura prudenter prævideret.

4. *Marspater*.] Belli deus.

5. *Vescus*.] Vox ambigua composita ex *ve* & *esca*; modo significat fastidiosum, modo edacem.

6. *Vegrande*.] Vocabulum anceps modo significat magnum quid, modo pusillum.

7. *Vejovis*.] Quis sit indicat Ovid. III. *Fastorum*.

sunt videlicet paratæ ad nocendum. Quapropter eum deum plerique
 8 Apollinem esse dixerunt; immolaturque illi, ritu humano, capra: equi-
 que animalis figmentum juxta simulachrum stat. Propterea Virgilium quo-
 que aiunt, multæ antiquitatis hominem sine ostentationis odio peritum,
 9 numina læva in Georgicis quoque deprecari; significantem quandam vim
 esse hujuscemodi deorum in lædendo magis quam in juvando potentem.
 Versus Virgilii hi sunt:

f In tenui labor, at tenuis non gloria: si quem
 Numina læva sinunt, auditque vocatus Apollo.

10 In istis autem dis, quos placari oportet uti mala a nobis vel a frugibus ma-
 tis amoveantur, 9 Averruncus quoque habetur & 10 Robigus.

INTERPRETATIO.

f est labor in exigua re, sed honor non exiguus, si dii adversi patiuntur aliquem de-
 ecre, & Apollo invocatus exaudit.

NOTÆ.

Nunc vocor ad nomen: *vegrandia*
farra coloni

Qua male creverunt, vesicaque par-
va vocant.

Vis ea si verbi est, cur non ego Vejovis
adem

Ædem non magni suspicer esse Iovis?

8. *Apollinem.*] Hic Jovis & Latonæ
 filius in insula Delo natus est.

9. *Averruncus.*] Sive Alexicacus Ro-
 manis Deus fuit, quem credebant aver-
 runcare, id est, depellere mala. Volunt

nonnulli Averruncos deos aliud nomen
 fuisse nisi figuras quas modo appellat
 Talismanicas. Imagines sunt vel ærea
 vel lapideæ in quibus cum serpen-
 tum, aut aliorum ejusmodi animalium
 vel etiam ignis forma impressa sit, vi &
 efficientia siderum, vulgo creditur occul-
 ta virtus a serpentibus & ab incendiis
 salvas præstare domos, & urbes in qui-
 bus conservatæ fuerint.

10. *Robigus.*] De quo consule nota
 in cap. VI. lib. IV.

CAPUT XIII.

De officiorum gradu atque ordine a moribus populi Romani observato.

Seniorum hominum & Romæ nobilium, atque in morum disciplina-
 rumque veterum doctrina memoriaque præstantium, disceptatio quæ-
 15 dam fuit; præsentem & audientem me, de gradu atque ordine officiorum.
 Cumque quæreretur, b quibus nos ea prioribus potioribusque facere
 oporteret, si necesse esset in opera danda faciundoque officio alios alius
 anteferre: non constabat. Conveniebat autem facile, constabatque et
 moribus pop. Rom. primum c juxta parentes locum tenere pupillos debere
 20 fidei tutelæque nostræ creditos; secundum eos proximum locum clientes
 habere, qui sese itidem in fidem patrociniumque nostrum dediderunt;
 tunc in tertio loco esse hospites; postea esse cognatos affinesque. Hujus

INTERPRETATIO.

a Juxta consuetudinem, b quibus oporteret nos ea prius exhibere, c post parentes.

moris observationisque multa sunt testimonia documentaque in antiquitatibus perscripta. Ex quibus unum hoc interiam, de clientibus cognatisque, ^d quod præ manibus est, ponemus. M. Cato in oratione, quam dixit apud censores in Lentulum, ita scripsit. *Quod majores ^e sanctius habuere defendi pupillos, quam clientem non fallere. ^f Adversus cognatos pro cliente testatur. Testimonium adversum clientem nemo dicit: ^g patrem primum, deinde patronum proximum nomen habere.* Maffurius autem Sabinus, in libro juris civilis tertio, antiquiorem locum hospiti tribuit quam clienti, Verba ex eo libro hæc sunt: *In officiis apud majores ita observatum est, ^h primum tutela, deinde hospiti, deinde ⁱ clienti, tum cognato, postea affini. De qua causa fœmina viri ^k potiores sunt habitæ, pupillarique tutela muliebri prælatæ: ^l etiam adversus quem affuissent ejus filii, tutores relictæ in eadem causa pupillo aderant.* Firmum atque clarum isti testimonium rei perhibet auctoritas C. Cæsaris pontificis maximi, qui in oratione, quam pro ² Bithynis dixit, hoc principio usus est. *Vel pro hospitio regis ³ Nicomedis, vel pro horum necessitate quorum res agitur, defugere hoc munus ¹ M. V. non potui. Nam neque hominum morte memoria deleri debet, quin a proximis retineatur; neque clientes sine summa infamia desereri possunt; quibus etiam a propinquis nostris opem ferre instituimus.*

INTERPRETATIO.

^d quod habemus in manibus. ^e credere melius esse. ^f ostendit clientem præferendum esse cognatis. ^g hoc ostendit patrem habere primum locum, postea patronum sequentem locum habere. ^h primo habendam esse rationem eorum qui sunt in nostra tutela, secundo hospitem, ter-

tio clientium, quarto consanguineorum, quinto propinquorum. ⁱ prælatæ sunt. ^k quin etiam patres tutores relictæ in judicio adjuvabant in eadem causa pupillum adversus quem eorum filii stabant. ^l M. Vinici.

NOTÆ.

1. *Clienti.*] Clientis dicitur qui alicujus ad tutelam se recipit, eumque patronum habet.

2. *Bithynis.*] Bithynia Asiæ minoris regio, alias Mygdonia & Bebrycia appellata; nunc aliis *Bursia*, aliis *Beesangial*, aliis *Osmanil* dicitur.

3. *Nicomedis.*] Apud hunc Nicomedem, ut autor est Suetonius, impudicis libidinibus servivit Cæsar, quod militum salibus ac jocis abunde derisum est. Hic ipse est qui moriens Bithyniam populo Rom. reliquit an. U. C. IocLXXIX. ante Christum LXXV.

CAPUT XIV.

Quod Appion doctus homo, qui Plistonices appellatus est, vidisse se Romæ scripsit recognitionem inter se mutuam ex vetere notitia hominis & leonis. 20

¹ Appion, qui Plistonices appellatus est, literis homo multis præditus rerumque Græcarum plurima atque varia scientia fuit. Ejus libri

NOTA.

1. *Appion.*] Appion Grammaticus, inquit Plinius in præfat. Hist. Natur. hic quem Tiberius Cæsar cymbalum mundi vocabat, cum publica fama tym-

non incelebres feruntur; quibus omnium ferme, quæ mirifica in Ægypto
 vifuntur audiunturque, historia comprehenditur. Sed in his, quæ audivisse
 vel legisse sese dicit, fortasse a vitio studioque ostentationis fit loquacior:
 est enim ^a sane quam in prædicandis doctrinis suis venditor. Hoc autem,
 5 quod in libro Ægyptiacorum quinto scripsit, neque audisse neque legisse,
 sed ipsum sese in urbe Romana vidisse oculis suis confirmat. In circo ma-
 ximo, inquit, venationis amplissimæ pugna populo dabatur. Ejus rei,
 Romæ cum forte essem, spectator, inquit, fui. Multæ ibi sævientes feræ
^b magnitudine bestiarum excellentes: omniumque inusitata aut forma erat
 10 aut ferocia. Sed præter alia omnia leonum, inquit, immanitas admi-
 rationi fuit; præterque omnis ceteros unius. Is unus leo corporis impetu,
 & vastitudine, terrificoque fremitu & sonoro, ² toris comisque cervicum
 fluctuantibus animos oculosque omnium in se convertit. Introductus erat
 inter complures ceteros ad pugnam bestiarum datus servus viri consularis,
 15 Ei servo Androclus nomen fuit. Hunc ille leo ubi vidit procul: repente,
 inquit, quasi ammittans stetit: ac deinde sensim atque placide ^c tamquam
 nosciturus ad hominem accedit: tum caudam more atque ritu adu-
 lantium canum clementer & blande movet; hominiquæ sese corpori ad-
 jungit; cruraque ejus & manus prope jam exanimati metu lingua leniter
 20 demulcet. Homo Androclus inter illa tam atrocis feræ blandimenta am-
 plissimum animum reciperat: paulatim oculos ad contuendum leonem refert.
 Tum, quasi mutua recognitione facta, lætos, inquit, & gratulabundos
 videres hominem & leonem. Ea re prorsus tam admirabili maximus po-
 puli clamor excitatur. Accessit a Cæsare Androclus. Quæritur ab eo
 25 causa, cur ille atrocissimus leo uni pepercisset. Ibi Androclus rem mirifi-
 cam narrat atque ammirandam. Cum provinciam, inquit, Africanam pro-
 consulari imperio meus dominus obtineret: ego ibi iniquis ejus & quotidia-
 nis verberibus ad fugam sum coactus; &, ut mihi a ^d domino terræ illius
 præfide tutiores latebræ forent; in camporum & harenarum solitudines
 30 concessi: ac, si defuisset cibus, consilium fuit mortem aliquo pacto qua-
 rere. Tum sole, inquit, medio rapido & flagrante, specum quamdam na-
 ctus remotam latebrosamque, in eam me penetrao & recondo. Neque

INTERPRETATIO.

^a Maximus jaçator sua eruditionis. | cognoscens. d adversus herum qui gubernabat hanc regionem.
^b monstrosa immanitate horribiles. c quasi

NOTÆ.

panum potius videri possit, immortalitate donari a se scripsit ad quos aliqua com-
 ponebat: ab aliis Plistonices, id est, sæpe victor; Polyhistor ab aliis appellatus, ob plurima doctrinarum genera quibus ex-
 cellebat. Fuit natus Oasi Ægypti civitate: sed Alexandrinus dici gaudebat, quod illius civitatis jus haberet. Tiberii & Caligulæ ad quem ab Alexandrinis
 legatus est, temporibus floruit, anno post Christum natum circiter xxxviii.
 2. Toris. | Torus proprie funis est et loris retortis, quibus quia lecti tendebantur torus lectus dictus est. Hoc loci sunt eminentes musculorum partes, quales in robustiori corpore videntur, quæ nervis quasi totidem funibus astringuntur.

multo post ad eandem specum venit hic leo, debili uno & cruento pede, gemitus edens & ^c murmura dolorem cruciatumq; vulneris commiserantia. Atque illic primo quidem conspectu advenientis leonis territum sibi & pavefactum animum dixit. Sed postquam introgressus, inquit, leo, uti re ipsa apparuit, in habitaculum illud suum vidit me procul delitescentem; 5
mitis & mansuetus accessit, ac sublatum pedem ostendere ac porrigere, quasi opis petendæ gratia, visus est. Ibi, inquit, ego ^f stirpem ingentem vestigio pedis ejus hærentem revelli; ^g conceptamque saniem vulnere intimo expressi; accuratiusque, sine magna jam formidine, siccavi penitus atque deterfi cruorem. Ille tunc mea opera & medela levatus, pede in 10
manibus meis posito recubuit & quievit. Atque, ex eo die, triennium totum ego & leo in eadem specu eodemque victu viximus. Nam, quas venabatur feras, membra ^h opimiora ad specum mihi suggerebat. Quæ ego, ignis copiam non habens, sole meridiano tosta edebam. Sed ubi me, inquit, vitæ illius ferinæ jam pertæsum est: leone in venatum pro- 15
fecto, reliqui specum; &, viam ferme tridui permensus, a militibus visus apprehensusque sum, & ad dominum ex Africa Romam deductus. Is me statim rei capitalis damnandum, dandumque ad bestias curavit. Intellego autem, inquit, hunc quoque leonem, me tunc separato, captum gratiam mihi nunc etiam beneficii & medicinæ referre. Hæc Appion di- 20
xisse Androclum tradit: eaque omnia scripta circumlataque tabella populo declarat: atque ideo, cunctis perentibus, dimissum Androclum & ^f pœna solutum; leonemque ei suffragiis populi donatum. Postea, inquit, videbamus Androclum & leonem loro tenui revinctum urbe tota circum tabernas ire; donari ^k ære Androclum; floribus spargi leonem; omnes fere 25
fere ubique obvios dicere: *Hic est leo hospes hominis, hic est homo medicus leonis.*

INTERPRETATIO.

e rugitus deplorantes dolorem & tormentum plaga. f spinam infixam planta pedis. g & ex interiore plaga feci ut exiret cor- ruptus sanguis. *h meliora. i supplicio liberatum. k pecunia.*

CAPUT XV.

Corpusne sit vox an ^a ἀσώματον varias esse philosophorum sententias.

Vetus atque perpetua quæstio inter nobilissimos philosophorum agitata est; ¹ corpusne sit vox an incorporeum: hoc enim vocabulum 30

INTERPRETATIO.

^a *Incorporeum aliquid.*

NOTA.

1. Corpusne sit vox.] Non erat certe id dubitet esse corporeum quod vel ipsis belluarum sensibus percipitur? Verum philosophi tantum æstuarent. Quis enim multo clarius id patebit subjecta defini-

quidam fixerunt ^b proinde quod Græce dicitur ἀσώματος. Corpus autem est, quod aut efficiens est aut patiens. Id Græce definitur, ^c τὸ δραστικὸν ἢ πάσχειν σώμα ὄντι. Quam definitionem significare volens Lucretius ita scripsit;

5 ^d *Tangere enim aut tangi nisi corpus nulla potest res.*

Alio quoque modo corpus esse Græci dicunt ^e τὸ τριχῆ διάστατον. Sed vocem Stoici corpus esse contendunt; eamque esse dicunt ^f ictum aera. Plato autem non esse vocem corpus putat: non enim percussus, inquit, aer, sed plaga ipsa atque percussio vox est. ^g οὐχ ἀπλῶς πληγὴ ἀεὲς ἐστὶν ἢ φωνή, ^h πλὴν τῆς γὰρ τὸν ἀέρος καὶ δάκτυλος περιγόμενου, καὶ οὐδέπω ποιεῖ φωνὴν ἀλλ' ἢ πόση πληγὴ, καὶ σφοδρὰ, καὶ πόση ἢ ὅσπερ ἀκουσὴν γενεᾶς. Democritus ac deinde Epicurus ex ⁱ individuis corporibus vocem constare dicunt; eamque ut ipsis eorum verbis utar, ^k βέβαια λόγων appellant. ^l Hos aliosque tales argutæ delectabilisque desidiæ aculeos cum audiremus vel lectitaremus; neque in his ^m scrupulis, aut emolumentum aliquod solidum ad rationem vitæ pertinens; aut finem ullum ⁿ quærendi videremus: Ennium Neoptolemum probabamus; qui profecto ita ait;

3 *Philosophandum est paucis. Nam omnino ⁿ haud placet.*

INTERPRETATIO.

^b ad similitudinem ejus quod Græci dicunt ἀσώματος. ^c agens aut patiens corpus est. ^d nulla res præter corpus potest tangere aut tangi. ^e triplici dimensione distans. ^f aerem percussum. ^g non simpliciter percussio aeris est vox: percutit enim aerem & digitus impulsus, & minime facit vocem. Sed

certa quadam percussio & vehemens, & talis, ut audiri possit. h qua non possunt secari. i flumen verborum. k hos & ejusmodi stimulos negligentia subtilioris & jucunda. l quasiunculis. m disputandi. n philosophari semper.

NOTÆ.

tione vocis quam ex Aristotele lib. II. de Anima colligimus. Vox est ictus aeris respiratione attracti qui ab anima in pulmonibus existente cum quadam imaginatione efficitur. Atque hic obiter notabis vocem quæ solis convenit animantibus sic distingui & a sono, qui etiam corporibus inanimatis competit, & a sermone qui unius est hominis ratione utentis.

2. Τὸ τριχῆ διάστατον.] Trina illa dimensio quam Physici quantitatem di-

cunt, est longitudo, latitudo, & profunditas.

3. *Philosophandum.*] Censet Vossius versum illum Ennii fuisse trochaicum quadratum hujusmodi.

Philosophari mihi est necesse: at paucis, nam omnino haud placet.

Idque colligit ex Tullio lib. II. Tuscul. Quæst. ubi legitur, *Neoptolemus quidem apud Ennium philosophari sibi ait necesse esse, sed paucis, nam omnino haud placere.*

CAPUT XVI.

De vi oculorum atque videndi rationibus.

DE videndi ratione deque cernendi natura diversas esse opiniones philosophorum animadvertimus. ¹ Stoici causas esse videndi dicunt, radorum ex oculis in ea quæ videri queunt, emissionem, ² aerisque simul intentionem. ³ Epicurus autem affluere semper ex omnibus corporibus ^a simulacra quædam corporum ipsorum, eaque sese in oculos inferre, atque ita fieri sensum videndi putat. Plato existimat genus quoddam ignis lucisque de oculis exire; idque conjunctum continuatumque vel cum luce solis vel cum alterius ignis lumine, ^b sua vi & externa nixum, efficere, ut, quæcumque ^c offenderit illustraveritque, cernamus. Sed & hic ea, quæ differimus, imaginandum; eiusdemque illius Enniani Neoptolemi, de quo supra scripsimus, consilio utendum est; ^d qui degustandum ex philosophia censet, non in eam ingurgitandum.

INTERPRETATIO.

a Species. *b* suffultum propria vi & philosophia limen, non intimos recessus aliena. *c* repererit. *d* qui sentit adeundum penetrandos.

NOTÆ.

1. *Stoici causas, &c.*] Fuit hæc Empedoclis & Stoicorum opinio, aspectum fieri radorum ex oculis emissionem. Ipseque Plato sic explicat in Timæo videndi rationem; ex oculis, inquit, emicat lux, quæ una cum lumine externi aeris objectum attingit, ipsumque suo contactu visibile efficit: tum vero ad oculum reflectitur ea lux affecta qualitate objecti visibilis, & ubi in pupilla inseciderit, fit visio. Refellitur hæc sententia ex eo quod incredibile sit ex tantula pupilla tantum posse luminis erumpere, ut ad solem ipsum, longeque remotiores stellas pervenire possit; deinde quis putet lumen illud a stellis quas in firmamento cernimus posse ad oculum nostrum puncto temporis reflecti; cum ipsum solis lumen nunquam e terra ad mediam aeris regionem reflectatur. Denique nonne fidem omnem superat quod totum illud spatium quod firmamentum inter & terram jacet emissis ex oculis radiis repleatur?

2. *Aerisque simul intentionem.*] Ad hunc locum illustrandum non parum confert modus quo nonnulli Stoicorum mentem explicant. Volunt scilicet ex

eorum sententia ad oculi superficiem prodire radios, qui aerem ad rem visam ita propellant, ut inde fiat velut conus, cujus cuspis sit in oculo, & basis in ipsa re visa; atque ut manus admoto baculo sentit quidquid contingitur aut molle aut durum: sic visum aere intento quod obvium fuerit sive nigrum sive album sentire. Ita fere explicat Macrobius lib. VII. cap. XIV. *Tria nobis necessaria sunt ad effectum videndi, lumen quod de nobis emittimus, & ut aer qui interjacet lucidus sit, & corpus quo offenso desinat intentio.*

3. *Epicurus, &c.*] Epicuro suffragatur tota Peripatetica schola, cujus autor Aristoteles censet visum fieri receptis a re objecta imaginibus, quas species vocant. Scilicet ex corporibus simulacra corporum ipsorum effluunt, quibus in retina oculi exceptis, efficitur visio. Eo fere modo quo, si per diem diligenter cubiculum claudatur, admitta duntaxat per exiguum foramen luce, rerum omnium imagines in opposita foraminis charta, familiari naturæ miraculo depinguntur.

CAPUT XVII.

Quam ob causam dies primi post kalendas, nonas, idus, atri habeantur;
& cur diem quoque quartum ante kalendas, vel nonas, vel idus, quasi
religiosum plerique vitant.

5 **V**errius Flaccus, in quarto de verborum significatione, dies, qui sunt
postridie ¹ kalendas, nonas, idus, quos vulgus imperite nefastos di-
cit, propter hanc causam dictos habitosque atros esse scribit. ² Urbe, inquit,
a ² Gallis Senonibus recuperata, L. Atilius in senatu verba fecit, Q. Sul-
picius Tribunum militum ad Aliam adversus Gallos pugnaturum ^b rem
10 divinam dimicandi gratia postridie idus fecisse; tum exercitum populi Ro-
mani ^c occisione occisum, & post diem tertium ^d ejus diei urbem præter
Capitolium captam esse; compluresque alii senatores recordari sese dixerunt,
quotiens belli gerendi gratia res divina postridie kalendas, nonas, idus, a
15 magistratu populi Romani facta esset, ejus belli proximo deinceps præter
rem publicam male gestam esse. Tum senatus eam rem ad pontifices rejectit,
ut ipsi, quod videretur, statuerent: pontifices decreverunt nullum his die-
bus sacrificium recte futurum. Ante diem quoque quartum kalendas vel
20 nonas vel idus, tanquam ^e inominalem diem, plerique vitant. Ejus ob-
servationis an religio ulla sit tradita, quæri solet. Nihil super ea re scri-
ptum invenimus: nisi quod Q. Claudius Annalium quinto cladem; pug-
næ Cannensis ^f vastissimam factam dicit ante diem quartum nonas ⁴ Sex-
tilis.

INTERPRETATIO.

a Post Romam receptam ex Gallis Senonibus. b sacrificasse die primopost idus ad pugnandum feliciter. c ingenti strage deletum. d ab eo die, e infelicem. f maximam.

NOTÆ.

1. Kalendas, nonas, idus.] Menses ex Romuli statutis dividebant Romani in partes tres, in kalendas, nonas & idus. Kalendæ primus dies mensis ita dictus est, quod tunc calarentur, sive appellarentur reliqui mensis dies. Nonæ mensibus Martio, Maio, Junio & Octobri in septimum: reliquis mensibus in diem quintum incidebant: ita vero dicebantur quod ab eo die ad idus novem dies semper numerarentur. Idus denique Martio, Maio, Junio & Octobri decimo quinto die: in cæteris decimo tertio numerabantur. Derivatam nomen a verbo iduare, quod sonat dividere, propterea quod duas in partes prope æquales mensem dividerent.

2. Gallis Senonibus.] Senones Gallie populi ad Sequanam supra Parisios in eam partem Italiae, quæ prope Padi ostia jacet, primum inundarunt; deinde Romanis ad Aliam penitus deletis Romam ferro flammaque vastarunt. De qua clade jam superius egimus.

3. Pugna Cannensis.] Consule quæ supra diximus pluribus locis.

4. Sextilis.] Augustus mensis Sextilis prius appellabatur, quod, cum annum inciperent a Martio Romani, ordine sextus esset. Deinde vero cum eo mense consulatum iniisset, & Aegypto subacta belli civilis flammam extinxisset Octavianus Cæsar, placuit senatui, ut qui ante sextilis, postea vocaretur Augustus.

CAPUT XVIII.

In quid & quantum differat historia ab annalibus : superque ea re verba posita ex libro rerum gestarum Sempronii Afellionis primo.

Historiam ab annalibus quidam differre eo putant, quod, cum utrumque sit rerum gestarum narratio, earum tamen proprie rerum sit historia, quibus rebus gerendis interfuerit is, qui narret. Eamque esse opinionem quorundam Verrius Flaccus refert, in libro de significatu verborum quarto; ac se quidem dubitare super ea re dicit: posse autem videri putat non nihil esse rationis in ea opinione, quod historia Græce significet rerum cognitionem præsentium. Sed nos audire soliti sumus annales omnino id esse quod historiæ sint; historias non omnino esse id quod annales sint. Sicuti, quod est homo, id necessario animal esse; quod est animal non id necesse est hominem esse: ita historias quidem esse aiunt rerum gestarum vel expositionem vel demonstrationem vel quo alio nomine id dicendum est; annales vero esse cum res gestæ plurium annorum, observato cujusque anni ordine, deinceps componuntur. Cum vero non per annos sed per dies singulos res gestæ scribuntur, ea historia Græco vocabulo ^a ἐπισημειωσις dicitur, cujus Latinum intepretamentum scriptum est in libro ¹ Sempronii Afellionis primo; ex quo libro pluria verba adscriptimus, ut simul ibidem quid ipse inter res gestas & annales ^b esse dixerit ostenderemus; *Verum inter eos, inquit, qui annales relinquere voluissent, & eos qui res gestas a Romanis perscribere conati essent, c omni- rerum hoc interfuit. d Annales libri tantummodo quod factum quoque anno gestum sit, id demonstrabant. Id est eorum quasi qui diarium scribunt, quam Græci ἐπισημειωσις vocant. e Nobis non modo satis esse video quod factum esset id pronuntiare; sed etiam quo consilio quaque ratione gesta essent demonstrare.* Paulo post idem Afellio in eodem libro. ^f *Nam neque alacriores ad rem publicam defendendam, neque segniores ad rem perperam faciendam annales libri commovere quicquam possunt. Scribere autem bellum quo initum consule, & quo modo confectum sit, & quis triumphans introierit & quæ eo in bello gesta sint iterare; non predicare autem interea quid senatus decreverit, aut quæ ² lex rogatione lata sit, neque quibus consiliis ea gesta sint; id fabulas pueris est narrare, non historias scribere.*

INTERPRETATIO.

<p>^a Diarium, Journal. ^b differre. ^c hæc est omnis differentia. ^d libri annales declarant tantum res gestas cujusque anni, ut res gestas cujusque diei declarant ii qui componunt diarium. ^e historicis.</p>	<p>^f nam annales nullomodo possunt excitare fortiores ad propugnandam rempublicam, nec possunt movere tardiores ad res male gerendas.</p>
---	--

NOTÆ.

1. Sempronii Afellionis.] De quo diximus in notis ad cap. XIII, lib. II.

2. Lex rogatione lata.] Consule cap. XX. lib. X.

CAPUT XIX.

Quid sit adoptio, quid item sit arrogatio, quantumque inter se differant, verbaque ejus qua qualiaque sint, qui in liberis arrogandis super ea populum rogat.

5 **C**Um in alienam familiam inque liberorum locum ^a extranei sumuntur, aut per prætorem fit, aut per populum. Quod per prætorem fit adoptatio dicitur: quod per populum; arrogatio. Adoptantur autem, cum a parente, in cujus potestate sunt, tertia ¹ mancipatione ² in jure ceduntur; ^b atque ab eo qui adoptat, apud eum apud quem legis actio est, vindicantur. Arrogantur ii, qui, cum sui juris sunt, in alienam sese potestatem tradunt: ejusque rei ipsi auctores fiunt. Sed arrogationes non temere nec ^c inexplorate committuntur. Nam ³ comitia arbitris etiam pontificibus præbentur, quæ *curiata* appellantur: ætasque ejus, qui arrogari vult, an liberis potius gignendis idonea sit, bonaque ejus qui arrogari ne infidiose appetita sint, consideratur: iusquejurandum a Q. Mucio ¹⁵ pontifice maximo ^d conceptum dicitur quod in arrogando juraretur. Sed arrogari non potest nisi jam ⁴ vesticeps. Arrogatio autem dicta; quæ ^e genus hoc in alienam familiam transitus per populi rogationem fit. Ejus rogationis verba hæc sunt. VELITIS. IUBEATIS. QUIRITES. UTI. LUCIUS. VALERIUS. LUCIO. TITIO. TAM. IURE. LEGE. Q. ²⁰ FILIUS. SIBI. SIET. QUAM. SI. EX. EO. PATRE. MATRE. Q. FAMILIAS. EIUS. NATUS. ESSET. UTI. Q. EI. VITÆ. N.

INTERPRETATIO.

^a Alieni liberi. ^b Et proprii sunt ejus qui adoptat apud eum, &c. ^c inconsiderate sunt. ^d certis quibusdam verbis expressum. ^e hæc species migrationis in familiam alterius.

NOTÆ.

1. *Tertia mancipatione.*] Mancipatio est imaginaria quædam venditio, quæ sic transgebatur. Testibus adhibitis quinque Romanis civibus puberibus, & eo qui libripens vocabatur; is qui mancipium accipiebat, æs in manibus habens ita dicebat. Hunc ego hominem ex jure Quiritium meum esse aio, isque mihi emptus est hoc ære. Deinde ære percutiebat libram, idque æs dabat ei a quo mancipium accipiebat, quasi pretii loco. *Boetius.*

2. *In jure ceduntur.*] Cedere in jure dicitur est dominus, cum rem suam alteri alienabat apud magistratum; cujus actionis hæc fuit formula. Hominem manu

tenens is cui cedebatur, ita vindicabat. Hunc ego hominem ex jure Quiritium meum esse aio. Tum prætor cedentem interrogabat an contra vindicaret: quo negante aut tacente, prætor vindicanti hominem addicebat, idque legis actio dicebatur, quod ex legum decretis ea omnia peragerentur.

3. *Comitia curiata.*] Vide cap. XXVII. lib. XV.

4. *Vesticeps.*] Vestis, teste Servio, idem est quod barba: unde adolescens quatuordecim annos natus dicebatur vesticeps quasi pubertate vestitus. Contra investes, quorum ætas erat infra quatuordecim annos.

CIS. Q. IN EO. POTESTAS. SIET. UTI. PATRI. 5^f ENDO. FI-
 LIO. EST. HÆC. ULI. DIXI. ITA. VOS. QUIRITES. ROGO.
 Neque pupillus autem, neque mulier, quæ in parentis potestate non est,
 arrogari possunt. Quoniam & cum fœminis nulla comitorum com-
 munio est; & tutoribus in pupillos tantam esse auctoritatem potestatem-
 que fas non est, h ut caput liberum fidei suæ commissum alienæ ditioni
 subiciant. 6 Libertinos vero ab 7 ingenuis adoptari quidem jure posse Mas-
 surlus Sabinus scripsit. Sed id neque permitti dicit; neque permitten-
 dum esse unquam putat, ut homines libertini ordinis per adoptionem
 in jura ingenuorum invadant. Alioquin, si juris ista antiquitas servetur,
 etiam servus a domino per prætorem dari in adoptionem potest. Idque
 ait plerosque juris veteris auctores posse fieri scripsisse. Animadvertimus
 in oratione P. Scipionis, quam censor habuit ad populum de moribus,
 inter ea, quæ reprehendebat quod contra majorum instituta fierent, id
 etiam eum culpavisse, quod filius adoptivus patri adoptatori¹ inter præ-
 mia patrum prodesse. Verba ex ea oratione hæc sunt. In alia⁸ tribu patrem,
 in alia filium suffragium ferre; filium adoptivum tam prodesse, quam si ex
 se natum habeat; absentes censeri jubere, ut ad censum nemini necesse sit
 venire.

INTERPRETATIO.

f in. g femina non possunt adesse in pu- | creditam. i afferret privilegia patrum
 blicis conventibus. h ut alterius potestati | qui liberos ex se genuerant.
 permittant vitam liberorum sua tutela

NOTÆ.

5. Endo.] Vox antiqua pro, in, Lucre-
 tio familiaris.

6. Libertinos.] Libertini sunt ii qui
 ex parentibus libertis sive a servitute in
 libertatem assertis nati sunt.

7. Ingenuis.] Ingenui censentur
 quorum parentes nunquam servierant.

8. Tribu.] Populum Romanum, ut
 asserit Dionysius Halicarnasæus, Romu-

lus in tres partes divisit, quas tribus
 appellavit. Tribus prioribus totidem ad-
 didit Tarquinius Priscus. Ab hac opi-
 nione dissentit Livius, & Urbem a Ro-
 mulo quatuor in partes divisam, tribus-
 que a tributo solvendo dictas existimat.
 Cæterum adeo tribuum numerus excre-
 vit, ut Ciceronis ætate triginta quinque
 recenserentur.

CAPUT XX.

* Quod vocabulum Latinum Solæcismo fuerit Capioni Sinnio, b quid autem
 id ipsum appellaverint veteres Latini, quibusque verbis Solæcismum
 definierit idem Capito Sinnius.

¹ Solæcismus a Sinnio Capitone ejusdemq; ætatis aliis imparilitas appel-
 latus, vetustioribus Latinis stribligo dicebatur, a c versura videlicet

INTERPRETATIO.

a Quam vocem latinam attulerit Capito Sinnius ad exprimendum hoc vocabulum
 (solæcismus) b quomodo. c in versione.

NOTA.

1. Solæcismus.] Est oratio vitiosa sic dicta a civibus urbis Solorum, quæ urbs

& pravitate tortuosæ orationis, quasi ^d 2 sterobiligo quædam. Quod vitium Sinius Capito in literis, quas ad Clodium Tuscum dedit, hisce verbis definit. Solæcismus est, inquit, impar & inconueniens compositura partium orationis. Cum Græcum autem vocabulum sit solæcismus; Attici homines, qui elegantius locuti sunt, usi eo sint, quæri solet. Sol nos neque solæcismum neque barbarismum apud Græcorum idoneos adhuc inuenimus. Nam sicut *σολαιεσν*, ita *σολικον* dixerunt, nostri quoque antiquiores solæcum facile, solæcismum haud scio an unquam dixerint, quod si ita est; neque in Græco neque in Latino solæcismus probe dicitur.

INTERPRETATIO.

d obliquitas.

NOTÆ.

in Cilicia a Solone conditore nomen habuit. Scilicet hujus incolæ, licet Attici, ab Atticæ linguæ venustate ita deflexerant, ut sermonem Atticum Solicæ

linguæ vitis inquinarent. Unde solæcismus ad significandam orationis prauitatem eessit in proverbium.

2. Sterobiligo.] A Græca voce *σπρίλιον*

CAPUT XXI.

10 Pluria qui dicat & compluria & compluries, non barbare dicere sed Latine

Pluria forte quis dixit sermocinans vir apprime doctus, amicus meo non Hercle studio ostentandi, neque quo *plura* dicendum non putaret. Est enim doctrina homo seria & ad vitæ officia ^a deuincta ac nihil de verbis laborante. Sed, opinor, assidua veterum scriptorum tractatione ^b inoleverat linguæ illius vox, quam in libris sæpe offenderat. Aderat, cum ille hoc dixit, reprehensor ^c audaculus verborum qui perpauca eademque a vulgo ^d protrita legerat: habebatque nonnullas disciplinæ grammaticæ ^e inauditiunculas, partim rudes inchoatasque, partim non probas, easque quasi pulverem ob oculos, cum adortus quemque fuerat, adspergebat. Sicut tunc amico nostro, Barbare, inquit, dixisti *pluria*. nam neque rationem verbum hoc neque auctoritatem habet. Ibi ille amicus respondens, Amabo te, inquit, vir bone, quia ^f nunc mihi a magis seriis rebus otium est, velim doceas nos cur *pluria* sive *compluria* (nihil enim differt) non Latine sed Barbare dixerint M. Cato, Q. Claudius, Valerius Antias, ^g L. Aelius, P. Nigidius, M. Varro; quos ^h subscriptores approbatoresque hujus verbi habemus, præter poetarum oratorumque veterum multam copiam. Ad quæ ille nimis arroganter, Tibi, inquit, habeas auctoritatem istas ex ⁱ Faunorum & Aboriginum sæculo repetitas: atque huic rationi

INTERPRETATIO.

^a Accommodata. ^b adhererat. ^c paulo ^d audacior. ^e usurpata sæpius. ^f levissimas ^g cognitiones. ^h jam non sum occupatus negotiis gravioribus. ⁱ g. autores.

NOTÆ.

1. Faunorum & Aboriginum sæculo.] Antiquissima Italix tempora designat, respondens.

respondeas. Nullum enim vocabulum neutrum comparativum, numero plurativo, casu recto, ante extremam, *a*, habet, *i*, literam, sicuti, *meliora, majora, graviora*. Proinde igitur *plura* & non *pluria* dici consuevit; ne contra formam perpetuam in comparativo, *i*, litera sit ante extremam, *a*. Tum ille amicus noster, cum hominem confidentem pluribus verbis non dignum existimaret, Sinnii, inquit, Capitonis doctissimi viri epistolæ sunt uno in libro multæ, opinor, positæ² in templo Pacis. Prima epistola scripta est ad Pacuvium Labeonem: cui titulus præscriptus est; **PLURIA NON PLURA DICI DEBERE**. In ea epistola rationes grammaticas posuit, per quas docet *pluria* Latinum esse, *plura* barbarum. Ad Capitonem igitur te dimittimus. Ex eo id quoque simul disces, si modo assequi poteris quod in ea epistola scriptum est, *pluria* sive *plura*^h absolutum esse sive simplex; non, ut tibi videtur, comparativum. Hujus opinionis Sinnianæ id quoque adjumentum est, quod, *compluries* cum dicimus, non comparative dicimus. Ab eo autem quod est, *compluria*, adverbium est factum *compluries*. Id quoque quoniam minus usitatum est; versum Plauti subscripti, ex comædia, quæ Persa inscribitur.

Quid metuis? Metuo Hercle vero. Sensi ego compluries.

Item M. Cato, in quarto Originum, eodem in loco ter hoc verbum posuit. *Compluries eorum milites mercenarii inter sese multi alteri alteros occidere; compluries multi simul ad hostes transfugere; compluries in imperatorem imperum facere.*

INTERPRETATIO.

h positivum.

NOTÆ.

quibus regnabat Faunus Pici filius, Saturni nepos. Successit autem Pico patri lxxvii. anno ante Æneæ adventum in Italiam, ante Christum clocclxi. Aborigines populi sunt qui primi locum illum tenere, ubi deinde Roma condita est: quasi sine origine primi omnium essent, ita sunt appellati.

2. *In templo pacis.*] Templum pacis magnificentissimum adjunctam habuit bibliothecam, ubi inter cætera volumina Capitonis Sinnii epistolæ servabantur.

A. GELLII

NOCTIUM ATTICARUM

COMMENTARIUS.

LIBER SEXTUS.

CAPUT I.

Quem in modum responderit Chrysippus adversus eos, qui providentiam consistere negaverunt.

1 **** homines fecisse dicatur: tantam ^a vim esse ærumnarum & malorum.
 Adversus ea Chrysippus cum in libro ^b *mei ægyptius* quarto differeret,
 5 Nihil est prorsus istis, inquit, imperitius, nihil ^c insubidius, qui opi-
 nantur bona esse potuisse, si non essent ibidem mala. Nam cum bona ma-
 lis contraria sint; ^d utraque necessarium est, opposita inter sese & quasi
 mutuo, adverso quæque fultra nisu, consistere. Nullum adeo contrarium
 sine contrario altero. ^e quo enim pacto justitiæ sensus esse posset, nisi es-
 10 sent injuriæ? Aut quid aliud ² justitia est, quam injustitiæ privatio? Quid
 item fortitudo intelligi posset, nisi ex ignaviæ oppositione? Quid conti-
 nentia nisi ex intemperantiæ? Quo item modo prudentia esset, nisi foret
 contra imprudentia? Proinde, inquit, homines stulti cur non hoc etiam
 desiderant ut veritas sit & non sit mendacium? Namque itidem sunt bona
 15 & mala, felicitas & infortunitas, dolor & voluptas. ^f Alterum enim ex

INTERPRETATIO.

^a Abundantiam. ^b de providentia. ^c tione mutua. ^e nam quomodo posset ani-
^c ineptius. ^d oportet illa duo opposita in- ^f madveriti justitia. ^f unum enim, ut dicit
 ter se se invicem permanere nixa opposi- Plato, connexum est alteri quasi capitibus

NOTÆ.

1. **** homines fecisse.] Deest hujus
 capituli initium, in quo, ut probabilis
 est conjectura, nonnulli philosophi ex in-
 numerabilibus hujusce vitæ ærumnis con-
 cludebant omnia casu contingere, atque
 hominem fortuito creatum fuisse.
 2. justitia est injustitia privatio.] Hanc
 affert justitiæ definitionem Chrysippus,
 quæ haud scio an cuiquam philosopho
 probari possit. Nemo certe justitia præ-
 ditos dixerit infantes, in quibus nulla
 est injustitia. Verius itaque aut juxta
 mentem Ciceronis lib. II. de Inventio-
 ne: *justitia est habitus animi, communi
 utilitate conservata, suam cuique tri-
 buens dignitatem.* Aut ex magis rece-
 pta definitione Ulpiani, *Justitia est con-
 stans & perpetua voluntas jus suum cui-
 que tribuendi.*

altero, sicuti Plato ait, verticibus inter se contrariis deligatum est: & sustuleris unum; abstuleris utrumque. Idem Chrysippus in eodem libro tractat consideratque dignumque esse id quæri putat, ^h *εἰ αὖτ' αὐδέξ' πῶν νόσοι καὶ φύσιν γίνονται*. Id est, naturane ipsa rerum vel providentia, quæ compagem hanc mundi & genus hominum fecit, morbos quoque & debilitates & ægrotudines corporum, quas patiuntur homines, fecerit. Existimat autem non fuisse hoc principale naturæ consilium, ut faceret homines morbis obnoxios. Numquam enim hoc convenisse naturæ auctori parentique rerum omnium bonarum. Sed cum multa, inquit, atque magna gigneret pareretque aptissima & utilissima: alia quoque simul ^k agnata sunt incommoda iis ipsis, quæ faciebat, cohærentia: eaque non per naturam, sed per ^l sequelas quasdam necessarias facta dicit. Quod ipse appellat, ^m *καὶ ἀναγκαῖότητα*. Sicut, inquit, cum corpora hominum natura fingeret, ratio subtilior & utilitas ipsa operis postulavit ut tenuissimis munitisque ossiculis caput compingeret. Sed hanc utilitatem rei majoris alia quædam incommoditas extrinsecus consecuta est; ut fieret caput tenuiter munitum, & ictibus offensionibusque parvis fragile. Proinde morbi quoque & ægrotudines partæ sunt, dum salus paritur. Sic Herce, inquit, dum virtus hominibus per consilium naturæ gignitur, vitia ibidem per affinitatem contrariam nata sunt.

INTERPRETATIO.

oppositis. g. si tollas unum, tolles utrumque. h. an hominum morbi secundum naturam accidant. i. universitatem rerum. k. oborta sunt. l. per consecutiones. m. per consequentiam.

NOTA.

3. Ea non per naturam, sed per sequelas.] Ita juxta sententiam Ethnicorum quibus fidei lumen non illuxit, de calamitatum causa disserit. Nos Christiani tantam in vitia propensionem, tot morbos, tot calamitates quibus affligimur, ex fatali primi parentis peccato in reliquam posteritatem defluxisse credimus.

CAPUT II.

Quo itidem modo & vim necessitatemque fati constituerit, & esse tamen in nobis consilii judicii que nostri arbitrium confirmaverit.

Fatum, quod Græci *πᾶσι μὲν*, vel *εἰμαρμένον* vocant, ad hanc ferme sententiam Chrysippus Stoicæ princeps philosophiæ definit.

NOTA.

1. Fatum] Fatum pro diversa notione nominis vel est omnino rejiciendum a Christianis vel admittendum: si sumatur pro connexionione causarum ita necessaria, ut quadam siderum efficientia hu-

manæ voluntati vim afferat, detestandum est; quippe quod & dei potestatem a quo pendent omnia, & liberum hominis arbitrium evertat. Sin autem per fatum intelligatur ordo ille quo jux-

Fatum est, inquit, ^a sempiterna quædam & indeclinabilis series rerum & catena,volvens semetipsa sese & implicans per æternos consequentiæ ordines, ex quibus apta connexaque est. Ipsa autem verba Chryssippi, quantum valui memoria, adscripsi; ut, si cui meum istud interpretamentum videbitur esse obscurius, ad ipsius verba animadvertat. In libro enim ^b περὶ προνοίας quarto ^c εἰμαρμένῳ esse dicit φυσικῶς συνέταξεν τῶν ὄλων ἐξ αἰδοῦ τῶν ἐπίθεον τοῖς ἐτέροις ἐπακρολουδούντων, καὶ μὴ πολὺ μὲν οὖν ἀδραβία του ὄσις τῆς ποιούτης συμπλοκῆς. Aliarum autem opinionum disciplinarumque auctores huic definitioni ita ^d obstrepunt. Si Chryssippus, inquit, ^e fato putat omnia moveri & regi, ^f nec declinari transcendique posse agmina fati & volumina: peccata quoque hominum & ^g delicta non sustentanda neque condicenda sunt ipsis voluntatibusque eorum; sed necessitati cuidam & ^h instantiæ, quæ oritur ex fato omnium, quæ sit rerum domina & arbitra; per quam necesse sit fieri quicquid futurum est: & propterea ⁱ nocentium pœnas legibus inique constitutas, si homines ad maleficia non sponte veniunt, sed fato trahuntur. Contra ea Chryssippus tenuiter multa & argute disserit. Sed omnium fere, quæ super ea re scripsit, sententia hujuscemodi est. Quamquam ita sit, inquit, ut ratione quadam principali necessario coacta atque connexa sint fato omnia; ingenia tamen ipsa ^j mentium nostrarum proinde sunt fato obnoxia, ^k ut proprietates eorum est ipsa & qualitas. ^l Nam si sunt per naturam primitus salubriter utiliterque facta; omnem illam vim, quæ de fato extrinsecus ingruit, inoffensius tractabiliusque transmittunt: sin vero sunt aspera & incerta & rudia, nullisque artium bonarum ^m adminiculis fulta: ⁿ etiam si parvo sive nullo fatalis incommodi conflictu urgeantur; sua tamen ^o scævitate & voluntario impetu in assidua delicta & in errores ruunt. Idque ipsum ut ea ratione fiat naturalis illa & necessaria rerum consequentia efficit, quæ fatum vocatur. Est enim genere ipso quasi fatale & consequens, ut mala ingenia peccatis & erroribus non ^p vacent. Hujus deinde rei exemplo non ^q hercle nimis aliene neque illepide utitur. Sicut, inquit, lapidem ^r cylindrum

INTERPRETATIO.

a Est æternus quidam & ineluctabilis rerum, ordo & consequentia, qua seipsa regitur, & connectitur serie immutabili rerum ex quibus ille ordo dependet, & cum quibus conjungitur. b de providentia. c fatum esse ait naturalem connexionem omnium rerum ab æterno aliis alias consequentibus: & quidem post multum tempus immutabili permanente tali compli-

catione. d adversantur. e neque posse evitari & superari vim & connexionem fati. f peccata non reprimenda, neque attribuenda sunt ipsis hominibus. g impulsioni. h convenienter eorum natura ac dotibus. i si natura nobis concessit mores bonos & commodos. k subsidiis. l tametsi levia vel nulla ipsis eveniant mala ex fato. m malignitate. n careant.

NOTÆ.

ta divinæ providentiæ leges causæ non modo naturales, sed etiam liberæ obtinent effectum; ut consequenti necessitate non alio modo res possunt evenire quam quo prævisæ sunt a deo, ita hoc

sensu debet admitti fatum, quemadmodum S. Thomas [ex S. Augustini doctrina] egregie colligit.

2. Cylindrum. J Cylindrus lapis est instar columnæ teres & oblongus atque

si per spatia terræ °prona atque derutajacias, causam quidem ei & ini-
 rium præcipitantiæ feceris; mox tamen ille præceps volvitur, non quia tu
 id jam facis, sed quoniam ita sese modus ejus & formæ volubilitas ha-
 ber: sic ordo & ratio & necessitas fati genera ipsa & principia causarum
 movet; impetus vero consiliorum mentiumque nostrarum, actionesque
 ipsas, voluntas cujusque propria & animorum ingenia moderantur. In-
 fert deinde verba hæc, his, quæ dixit, congruentia. P Διὸ καὶ ἴψ' Πυθα-
 γορείων οὕτως εἴρηται.

Γνώση δ' ἀνθρώποις αὐθαίρετα πῆματ' ἔχοντας,
 ὅς τῶν βλαβῶν ἐκείνοις παρ' αὐτοῖς γινόμενον, καὶ κατ' ὀρεμῶν αὐτῶν ἀμάρταν-
 τῶν τε καὶ βλαπτομένων, καὶ κατ' ἴπυ αὐτῶν διάνοιαν καὶ πάθος. Propterea ne-
 gat oportere ferri audiri que homines aut nequam aut ignavos & nocentes
 & audaces; qui, cum in culpa & in maleficio °revicti sunt, perfugiunt
 ad fati necessitatem, tamquam in aliquod fati °asylum; & , quæ pessi-
 me fecerunt, ea non suæ temeritati sed fato esse attribuenda dicunt. Pri-
 mus autem Homerus sapientissimus & antiquissimus poetarum dixit in
 hisce versibus:

Ω πόποι, ὅς δὴ νυ θεοὶ βροτῶν αἰπρόωνται.
 Ἐξ ἡμέων γὰρ φασὶ κακὰ ἔμμεναι, οἳ δ' ἔχ' αὐτοῖ
 Σφῆσιν ἀτασθαλίησιν ὑπὲρ μέτρον ἄλγ' ἔχουσιν.

Itaque M. Cicero in libro, quem de fato conscripsit, cum quaestionem
 istam diceret obscurissimam esse & implicatissimam; Chrysippum quo-
 que philosophum non expedisse se in ea refert, his verbis: *Chrysippus*
astuans laboransque, quonam pacto explicet & fato omnia fieri, & esse
aliquid in nobis, intricatur hoc modo.

INTERPRETATIO.

o declivia & abrupta. p quapropter a Pythagoreis ita dictum est. Cognosces autem homines voluntaria damna habentes. Vtproe injuriis unicuique a seipso factis, & hominibus ex impetu suo peccantibus & sibi nocentibus & ex suo consilio, & electione, q deprehensi sunt.		1 Papa, ut nempe mortales accusant deos: Ex nobis enim dicunt mala esse: ipsi vero Sua improbitate prater fatum dolores patiuntur. [maxime dubius.
--	--	--

NOTÆ.

rotatilis, quem æquandis areis adhi-
 bere solent agricolæ. Dicitur ἀπὸ τῆς κυ-
 λινδίου volvere.
 3. Asylum.] Locus est consecratus ad
 quem qui confugiunt securi censentur,
 hinc enim sine summo piaculo non pos-
 sunt avelli. Derivatam est vocabulum
 ab ἀ privativo & οὐκίω rapio.

CAPUT III.

Historia sumta ex libris Tiberonis de serpente inusitata longitudinis.

TUbero in historiis scriptum reliquit, bello primo ^a Pœnico ² Attilium Regulum consulem, in Africa, castris apud ³ Bagradam flumen positis, prælium grande atque acre fecisse adversus unum serpentem, illic ^b stabulantem, inusitatae immanitatis; eumque, magna totius exercitus ^c conflictione, ⁴ ballistis atque ⁵ catapultis diu oppugnatum; ejusque interfecti corium longum pedes centum & viginti Romam misisse,

INTERPRETATIO.

a Carthaginiensi. b habitantem. c contentione.

NOTÆ.

1. *Tubero.*] Is est, quantum conjicerelicet, L. Aelius Tubero historicus, quem Q. Ciceronis legatum in Asia fuisse testatur Tullius in epist. ad Quintum Fratrem. Q. Aelius Tubero filius historici multa scripsit de jure civili.

2. *Attilium Regulum.*] Hic est Attilius ille in historia Romana adeo celebris, qui captus a Carthaginiensibus & Romam missus de captivis permutandis, cum id e reip. bono fore non sentiret, egit in senatu ne commutarentur, ac ne fidem hosti datam violaret, Carthaginem ad crudele supplicium rediit. Captus est anno U. C. ccccxcix, ante

Christum cclv. Vir in utraque fortuna insignis.

3. *Bagradam.*] Bagradas flumen ortum e Libycis montibus inter Uticam & Carthaginem evolvitur in mare; alii dicitur *Megrada*, alii *Magrida*, alii *Magiordech*.

4. *Ballistis.*] Ballista belli machina fuit, qua saxa impetu mirabili torquabantur: nomen habet a Græco *βῆλον* jacere.

5. *Catapultis.*] Catapulta genus machinæ bellicæ, qua jaculum longius vibrabatur. a pellendo videtur nomen accepisse. aliquando pro ballista sumitur.

CAPUT IV.

Quid idem Tubero novæ historiae de Attilio Regulo a Karthaginiensibus capti literis mandaverit, quid etiam Tuditanus super eodem Regulo scripserit.

QUOD satis celebre est de Attilio Regulo; id nuperrime legimus scriptum in ¹ Tuditani libris: Regulum captum, ad ea quæ in senatu Romæ dixit, suadens ne captivi cum Karthaginiensibus permutarentur, id quoque addidisse, venenum sibi Karthaginienses dedisse ^a non præsentariunt,

INTERPRETATIO.

a Non afferens præsentem mortem.

NOTÆ.

1. *Tuditani.*] C. Sempronius Tuditanus cum M. Aquilio fuit consul anno U. C. lxxxv, ante Christum cxxx. aliquot commentarios edidit. Is cum

omni vita atque victu exultus, cum ejus elegans est habitus etiam orationis genus. Cic. in Bruto.

sed ejusmodi quod^b mortem in diem profertur; eo consilio, ut viveret quidem tantisper quoad fieret permutatio, post autem^c grassante sensim veneno cor tabesceret. Eundem Regulum Tubero in historiis redisse Karthaginem, ² novisque exemplorum modis excruciatum a Pœnis dicit. In aras, inquit, & profundas tenebras eum claudebant; ac diu post, ubi erat visus sol ardentissimus, repente educebant & ^d adversus ³ ictus solis oppositum continebant, atque intendere in cœlum oculos cogebant. Palpebras quoque ejus; ne connivere posset, sursum ac deorsum diductas insuebant. Tuditanus autem somno diu prohibitum atque ita vita privatum refert. Idque ubi Romæ cognitum est; nobilissimos Pœnorum captivos liberis Reguli a senatu deditos, & ^e ab iis in armario ⁴ muricibus præfixo destitutos, eademque insomnia cruciatos interisse.

INTERPRETATIO.

^b quod differret mortem in aliquod tempus. ^c paulatim pervadente. ^d contrarios solis. ^e in machina ferrea unciis ferreis armata, desperatos, & similibus vigiliis enecatos periisse.

NOTÆ.

². Novisque exemplorum modis excruciatum.] Licet innumeris veterum cum Græcorum tum Latinorum monumentis id contestatum sit: tamen Hofmannus lexicographus post Palmerium quem citat, censet omnino commentitium, & intererrata historica M. Attilii caveam & aculeos, & palpebras resectas numerat. Quibus argumentis? Scilicet Polybius dum Attilii cladem, & captivitatem narrat, de tam immani cæde ne verbum quidem fecit: deinde in fragmento Diodori Siculi quod edidit Valesius, cruenta mors Attilii non refertur. Hac duplici ratione fidem historicis omnibus & recentibus & antiquis abrogare nititur. Verum esto sane Attilii necem præterierit Polybius; non præterit certe Tuditanus Polybio æqualis ætate, auctoritate major, consulatu gesto; non præteriere M. Tullius, Livius, Appianus & quotquot res Romanas attigere,

quos omnes in ea re vel scientes fucum fecisse, vel passos fuisse imprudentes nemo nisi temere dixerit. Quidquid alii senserint: apud nos plus habebit ponderis ad stabiliendam hujus historiæ fidem constans totius antiquitatis commemoratio, quam ad infirmandam unius aut alterius fortasse scriptoris non dissensio, sed silentium.

³. Ictus solis.] Ictus solis usurpantur pro radiis: imo ictus absolute radios aliquando significant, quo sensu dixit Horatius:

*Tum spisa ramis laurea fervidos
Excludet ictus.* l. 2. Carm. Ode 15.

⁴. Muricibus.] Murex aliud aliis locis sonat: modo sumitur pro pisce marino, modo pro purpura, modo pro asperioris saxi acumine, aliquando etiam pro tribulis: hoc loco pro ferreis unciis accipitur.

CAPUT V.

Quod Alfenus jurisconsultus in verbis veteribus interpretandis erraverit.

¹ Alfenus jurisconsultus, Servii Sulpicii discipulus, rerumque antiquarum ^a non incuriosus, in libro digestorum trigésimo & quarto,

INTERPRETATIO.

^a studiosus.

NOTA.

¹. Alfenus.] P. Alfenus Varus Cremonensis a sutrina quam exercuerat in

conjectaneorum autem secundo, *In fœdere*, inquit, quod inter populum Romanum & Karthaginenses factum est, scriptum invenitur, ut Karthaginenses quotquot annis populo Romano darent certum pondus argenti puri puti. Quæsitumque est quid esset argentum purum putum. Respondit ego, inquit, esse purum putum valde purum: sicut novum novicium dicimus & proprium propicium, augere atque intendere volentes novi & proprii significationem. Hoc ubi legimus: mirabamur eandem affinitatem visam esse Alfeno puri & puti, quæ sit novi & novicii. Nam si esset puricium, tum sane videretur dici, quasi novicium. Id etiam mirum fuit, quod novicium per augendi figuram dictum existimavit; cum sit novicium non quod magis novum sit, sed quod a novo dictum inclinatumque sit. His ergo assentimus, qui putum esse dicunt a putando dictum; & ob eam causam prima syllaba brevi pronunciant, non longa; uti existimasse Alfenum videtur, qui a puro id esse factum scripsit. Putare autem veteres dixerunt, vacantia ex qua re ac non necessaria aut etiam obstantia & aliena auferre & excidere, & quod esse utile ac sine vitio videretur, relinquere. Sic namque arbores & vites, & sic etiam rationes putari dictum. Verbum quoque ipsum puto, quod declarandæ sententiæ nostræ causa dicimus, non signat profecto aliud quam id agere nos in re dubia obscuraque, ut, decisus amputatisque falsis opinionibus, quod videatur esse verum & integrum & incorruptum, retineamus. Argentum ergo in Karthaginensi fœdere putum dictum esse, quasi expuratum, excoctumque, omnique aliena materia carens, omnibusque ex eo vitiis detractis emaculatum & candefactum. Scriptum est autem purum putum non in Karthaginensi solum fœdere, sed tum in multis aliis veterum libris, tum in Q. quoque Ennii tragœdia, quæ inscribitur Alexander, & in satyra M. Varronis, quæ inscripta est Δις παίδες οἱ Ἰεγυτες.

INTERPRETATIO.

b superflua. c noxia. d rationes dilatis sordibus expurgatum. & redduntur putari similiter ac vites. e ab-candidum. f bis pueri senes.

NOTÆ.

patria ad juris civilis scientiam se contulit, adeoque subinde claruit, ut cum P. Vinutio consulatum gesserit anno Christi tertio.

2. Puri puti.] Argentum purgatum & excoctum dicitur putum; verbum enim putare, idem valet quod purum facere,

ait Varro: sic is sermo in quo plura disponuntur verba, ne sit confusus atque ut diluceat, dicitur disputare. Quid veto significet præterea idem verbum putare patet ex iis quæ hoc eodem capite consequuntur.

CAPUT VI.

Temere inepteque reprehensum esse a Julio Hygino Vergilium quod præpetes Dædali pennas dixit; atque inibi quid sint aves præpetes, & quid illa sint aves, quas Nigidius inferas appellavit.

^a **D**ædalus, ut fama est, fugiens Minoia regna
Præpetibus pennis ausus se credere cælo.

In his Vergilii versibus reprehendit Hyginus, *Præpetibus pennis*, quasi improprie & inscite dictum. Nam *Præpetes*, inquit, aves ab auguribus appellantur, quæ aut opportune prævolant, ^b aut idoneas sedes capiunt. Non apte igitur usum verbo augurali existimavit in Dædali volatu nihil ad augurum disciplinam pertinente. Sed Hyginus nimis Hercle ineptus ¹⁰ est, cum quid *præpetes* essent se scire ratus est; Vergilium autem & ² Cn. Matrium doctum virum ignorasse, qui in septimo Iliadis, victoriam ^c volucrem, præpetem appellavit hoc versu;

Dum det vincenti præpes victoria palmam.

Cur autem non Q. quoque Ennium reprehendit, qui in annalibus, non ¹⁵ pennas Dædali præpetes, sed longe diversius, inquit;

^d *Quid*

³ *Brundisium pulchro præcinctum præpete portu?*

Et, si viam potius naturamque verbi considerasset, neque id solum quod augures dicerent inspexisset; veniam prorsus poetis daret similitudine ac ²⁰

INTERPRETATIO.

^a *Dædalus*, quemadmodum dicunt, ^{tum. c} volantem. ^d quid dicam *Brundisium* ornatum securo portu.
^{aliu} *præpetibus*. ^b vel eligunt locum ap-

NOTÆ.

1. *Dædalus*.] Celeberrimus architectus, patria Atheniensis, occiso sororis filio in Cretam se recepit, Minoisque regis animum sibi devinxit. Minotaurum monstrum ex Pasiphae & Tauro natum includit in Labyrinthum, ac Theseo contra Minotaurum pugnanti artem tradidit, qua se se ex illis flexibus expediret. Theseus pugnat, vincit, evadit. Itatus Minos Dædalum in carcerem rapit, ex quo cereis sibi & filio pennis annexis feliciter evolavit: at imprudens filius dum altius atollitur, alis ardore solis resolutis, in mare decidit: atque hinc maris Icarii nomen.

2. *Cn. Matrium*.] Cn. Matrius vir doctissimus & mimiamborum poeta floruit

1. ante Christum annis. Aliquot ex Homero versus expressit; & hunc qui legitur in VII. Iliad.

είσανε δαίμων

Αυμὶ δαίμων, δάδω' ἐπίποτοί γε ἴκων;
sic vertit;

Dum det vincenti præpes victoria palmam.

3. *Brundisium*.] Urbs est Calabriae ad mare Hadriaticum posita, ex cujus portu in Græciam transitus fuit maxime communis. Hodie dicitur *Brindes*. Porro Brundisium, teste Strabone, lingua Messapiorum caput cervi significat, quod ad hujus similitudinem urbs illa propius accedit.

translatione verborum, non significatione propria utentibus. Nam quoniam non ipsæ tantum aves quæ prosperius prævolant, sed etiam loci, quos ^c capiunt, qui idonei felicesque sunt, *præpetes* appellantur; idcirco Dædali pennas *præpetes* dixit: quoniam ex locis in quibus periculum metuebatur in loca tutiora pervenerat. *Locos* porro *præpetes* & augures appellant; & Ennius in annalium primo dixit,

^f *Præpetibus hilares sese pulchrisque locis dant.*

Avibus autem *præpetibus* contrarias aves *inferas* appellari Nigidius Figulus in libro primo augurii privati ita dicit, & *Diforepat* ⁴ *dextra, sinistra;* *præpes infera.* Ex quo est conjectare *præpetes* appellatas, quæ altius sublimiusque volitent; cum differre a *præpetibus* Nigidius *inferas* dixerit. Adulescens ego Romæ, tum cum etiam ad grammaticos ^h itarem, audiivi Apollinarem Sulpicium quem in primis sectabar, cum ⁱ de iure augurio quæreretur & mentio *præpetum avium* facta esset, Eracio Claro præfecto urbi dicere, *præpetes* sibi videri esse alites, quas Homerus ^k *ταυροπτερας* appellaverit. Quoniam istas potissimum augures spectarent, quæ ingentibus alis patulæ atque ^l porrectæ prævolarent. Atque ibi hos Homeri versus dixit:

^m Τὴν δ' οἰωνοῖσι ταυροπτερίῃσι κελδίς
Περσεύς, ἣν οὐκ μετατρέποι' οἶδ' ἀλεξίω.

INTERPRETATIO.

^c eligunt. ^f lati veniunt in loca tuta & egregia. ^g opposita est. ^h sapius accederem. ⁱ de iure augurum. ^k habentes alas extensas. ^l expassa.

^m Tu autem avibus habentibus alas extensus jubes parere, has neque curo neque moror.

NOTA.

A. *Dextra sinistra; præpes infera.*] lum portendebat. præpes superius, infera volabat inferius.

CAPUT VII.

De Acca Larentia & Caia Tarratia, deque origine sacerdotii fratrum Arvalium.

Accæ Larentiæ & Caiæ Tarratiæ, sive illa Fufetia est, nomina in antiquis annalibus celebria sunt. Earum alteræ post mortem, Tar-

NOTA.

1. *Acca Larentie.* [Ea fuit nobilissima meretrix de qua Plutarchus in *Questionibus Romanis*, Maerobius, ipseque Augustinus lib. VI. de Civ. Dei c. VII. mentionem faciunt. Hæc mirabili casu summas opes adepta est. Herculis æditus otiosus aliquando lusit tesseris secum utraque manu alternante, in una

constituens Herculem in altera seipsum, ea lege, ut victus cœna scortoque multaretur. vincit Hercules, ad eum adducitur famosa meretrix Larentia, quam in somnis, ut ei gratiam referret, monuit mercedem solvendam ab eo juvene qui primus occurreret. is fuit Tarrutius ditissimus juvenis, a quo hæres est constituta.

ratia autem vivæ amplissimi honores a populo Romano habiti sunt, & Tarratiam quidem virginem Vestæ fuisse lex Horatia testis est, quæ super ea ad populum lata: qua lege ei plurimi honores fiunt: Inter quos, jus quoque testimonii dicendi tribuitur; ^a *testabilisque* una omnium fœminarum ut sit datur. Id verbum est ipsius legis Horatiæ. Contrarium est in XII. tabulis scriptum. IMPROBUS. ^b INTESTABILIS. Q. ESTO. Præterea si quadraginta annos nata ^c sacerdotio abire ac nubere voluisset, jus ei potestasque ^d exaugurandi atque nubendi facta est, magnificentia & beneficii gratia, quod ^e campum Tiberinum sive Martium populo Romano condonasset. Sed Acca Larentia ^e corpus in vulgus dabat: pecuniamque emeruerat ex eo quæstu uberem. Ea testamento, ut in Antianis historia scriptum est, Romulum regem; ut quidam alii tradiderunt, populum Romanum bonis suis heredem fecit. Ob id ^f meritum a ^g flamine Quirinali sacrificium ei publice fit: & dies e nomine ejus in ^h fastos additus. Sed Sabinus Massurius in primo Memorialium secutus quosdam historiarum scriptores Accam Larentiam Romuli nutricem fuisse dicit. *Ea*, inquit, *mulier ex duodecim filiis maribus unum morte amisit. In illius locum Romulus Accæ Larentiæ sese filium dedit: seque & ceteros ejus filios* ⁶ *fratres arvales appellavit. Ex eo tempore collegium mansit fratrum arvalium numero duodecim. Cujus sacerdotii insigne est spicea corona & albe* ⁷ *infula.*

INTERPRETATIO.

a Et ipsi uni inter omnes fœminas conceditur potestas testimonii dicendi. b carentis jure dicendi testimonii. c deponere sacerdotis officium. d solvenda religionis. e permittebat corpus suum libidini omnium. f beneficium.

NOTÆ.

2. *Exaugurandi.*] Exaugurare est id quod sacrum erat adhibitis solvendarum religionum cerimoniis profanum facere.

3. *Campum Tiberinum.*] Post exactos reges Romanos ager Tarquiniorum, qui inter urbem ac Tiberim fuit, consecratus Marti, Martius deinde campus fuit. Livius lib. II.

4. *Flamine Quirinali.*] Flamen Quirinalis a Numa in Romuli honorem institutus est, quod Romulus appellatus Quirinus Romam condidisset.

5. *Fastos.*] Fasti sunt libri in quibus totius anni dierum ratio explicatur.

6. *Fratres Arvales.*] Sacerdotes sunt a Romulo instituti qui pro munere suo hostias Ambarvales Baccho & Cereri ad frugum & vini ubertatem solebant immolare. Dicebantur autem hostiæ Ambarvales, quod ante sacrificium ter circum arva ducebantur.

7. *Infula.*] Autore Festo, sunt filamenta lanea, quibus sacerdotes, & hostia templaque velabantur.

CAPUT VIII.

Notata quedam de Alexandro & de P. Scipione memoratu digna.

Appion Græcus homo, qui Plistonices est appellatus, facili atque Alacri facundia fuit. Is cum de Alexandri regis laudibus scriberet,

Bb ij



Victi, inquit, hostis uxorem^a facie incluta mulierem vetuit in conspectum suum deduci; ut eam ne oculis suis quidem contingeret. Lepida igitur quaestio agitari potest utrum videri continentiore par sit, Publiumne Africanum superiorem, qui² Karthagine ampla civitate in Hispania expugnata, ^b virginem tempestivam, forma egregia, nobilis viri Hispani filiam, captam perductamque ad se patri inviolatam reddidit; an regem Alexandrum, qui Darii regis uxorem eandemque ejusdem sororem praelio magno captam, quam esse audiebat exsuperanti forma, videre noluit, perducique ad sese prohibuit. Sed^c hanc³ utramque declamatiunculam super Alexandro & Scipione celebraverint, quibus abunde & ingenii & otii & verborum est. Nos satis habebimus, quod ex historia est, id dicere; Scipionem istum verone an falso incertum; fama tamen, cum esset adolescens, ^dhaud sincera fuisse. Et propemodum confutuisse hosce versus a Cn. Naevio poeta in eum scriptos esse;

^e *Etiam qui res magnas manu saepe gessit gloriose;
Cujus facta viva nunc vigent; qui apud gentes solus
Praestat: eum suus pater cum pallio uno ab amica abduxit.*

His ego versibus credo adductum Valerium Antiatem adversum ceteros omnes scriptores de Scipionis moribus sensisse; & eam puellam captivam non redditam patri scripsisse, contra quam nos supra diximus, sed retentam a Scipione atque in deliciis amoribusque ab eo ^fusurpatam.

INTERPRETATIO.

a *Faeminam pulchritudine excellenti.*
b *puellam nubilem formosissimam.* c *verum de hac dissertatione super Alexandro & Scipione disputent illi, quibus permittit ingenium & tempus & facundia, d non bona fuisse.* e *Qui illustrem gloriam retu-*

lit ex rebus fortiter gestis, cujus actionis quasi spirantes jam florent; qui inter populos unus excellit, illum suus pater solo pallio indutum abstraxit a meretrici, & possessam.

NOTAE.

1. *Victi hostis.*] Hic Darius est Codomanus ultimus rex Persarum, cujus copiis ad Issum Ciliciae urbem iterum ab Alexandro fuis, mater uxor ac liberi in potestatem victoris venere, anno ante Christum cccxxxi. *Curtius, &c.*

2. *Karthagine.*] Triplex est Carthago: prima in Africa caput imperii Punici, & Romae aemula, nunc vix rudera supersunt, ab incolis dicitur *Bersack*. Altera est in Hispania Tarraconensi ad mare,

alias Carthago nova, jam *Cartagena* nominatur. Tertia Carthago vetus in Hispania Tarraconensi, nunc vicus dictus *Cartavieja* in Aragoniae regno. Hic intelligitur Carthago nova, quam Scipio expugnavit ante Christum. cccix.

3. *Utramque declamatiunculam.*] *Curtius Alexander*, qui imbecillitatis suae memor virginem videre noluit: fortius egit Scipio, qui contentia fretus vidit, & intactam remisit ad suos.

CAPUT IX.

Locus exentus ex annalibus L. Pisonis, historia & orationis lepidissima.

Quod res videbatur memoratu digna, quam fecisse Cn. Flavium Annii filium² ædilem curulem³ L. Pifo in tertio annali scripsit, eaque res^a perquam pure & venuste narrata a Pifone: locum istum totum huc ex Pisonis annali transposuimus. Cn. inquit, Flavius patre libertino natus^b scriptum faciebat: isque in eo tempore adili curuli^c apparebat, quo tempore adiles^d subrogantur: eumque^e pro tribu adilem curulem renuntiaverunt. At adilis, qui⁶ comitia habebat, negat accipere, neque sibi placere, qui scriptum faceret, eum adilem fieri. Cn. Flavius Annii filius dicitur^f tabulas posuisse: scriptu sese abdicasse: isque adilis curulis factus est. Idem Cn. Flavius Annii filius dicitur ad collegam venisse visere agrotum: & in⁷ conclave postquam introivit, adolescentes ibi complures nobiles sedebant contemnentes eum: assurgere ei nemo voluit. Cnaus Flavius Annii filius adilis^g id arrisit. Sellam curulem iussit sibi afferi. Eam in limine apposuit, nequis illorum exire posset: h^h utique ii omnes inviti viderent sese in sella curuli sedentem.

INTERPRETATIO.

a Elegantissime. b professione erat scriba, c aderat ut minister. d substituntur. e creatus est a prima tribu adilis curulis. f deposuisse tabulas, & abjecisse officium scribae. g ad eam rem substitit. h & eo consilio ut.

NOTÆ.

1. Cn. Flavium.] Hic humili loco natus, plebe sibi devincta, quemadmodum refert Plinius, Ædilis Curulis fuerat renunciatus: quod ita senatus ægre tulit, ut plerique nobilium præ indignatione annulos aureos & phaleras deposuerint.

2. Ædilem curulem.] Consulantur notæ in cap. II. lib. IV.

3. L. Pifo.] Vir tanta virtute atque integritate fuit, teste Tullio, ut etiam illis optimis temporibus, cum hominem invenire nequam neminem posses, solus tamen Frugi nominaretur. Consulatum gessit anno U. C. Iocxxi. ante Christum cxxxiii. Orationes reliquit, & annales, si Tullio credimus, sane exiliter scriptos, quos tamen simplicissima fuisse suavitate Gellius tradit lib. XI. cap. XIV.

4. Subrogantur.] Subrogari dicitur qui in locum alterius magistratus sufficitur.

5. Pro tribu.] In Badiana & Gryphiana editione habetur prima tribus. verum præter antiquissimas editiones lectionis nostræ fundus est Livius, qui lib. IX. citra dubium hos citat annales de Flavio. Invenio in quibusdam annalibus, inquit, quum apparet adilibus, fierique se pro tribu, adilem videret neque accipi nomen, scilicet a cæteris qui repugnabant, quod scriptum faceret, tabulam posuisse. Gronovius pro tribu interpretatur in prærogativa tribu, sive in ea quæ principium esset, & quæ primo loco ad suffragium ferendum vocaretur.

6. Comitia habebat.] In conventu publico populi Romani præerat eligendis magistratibus.

7. Conclave] Est secretior locus in interioribus tectis, cujus clavim habent communem domestici, vel in quo multa sint cubicula clausa.

CAPUT X.

Historia super Euclide Socratico ; cuius exemplo Taurus philosophus adhortari adolescentes suos solitus est ad philosophiam^a gnauiter sectandam.

Philosophus Taurus, vir memoria nostra in ^b disciplina Platonica celebratus, cum aliis bonis multis salubribusque exemplis hortabatur ad
 5 philosophiam capeffendam ; tum vel maxime ^c ista re animos iuuentum expergebat, ^d Euclidem quam dicebat Socraticum factitauisse. ^d Decreto, inquit, suo Athenienses caverant, ut, qui ² Megaris civis esset, si inu-
 lisse Athenas pedem prehensus esset, ea res ei homini ^e capitalis esset. Tante
 Athenienses, inquit, odio flagrabant finitimorum hominum Megarensium.
 10 Tum Euclides, qui indidem Megaris erat, quique ante id decretum esse Athenis
 & audire Socratem consueverat, postquam id decretum sanxerunt, sub noctem,
 cum advesperasceret, tunica longa muliebri indutus & pallio versicolore amictus,
 & caput ^f ³ rica velatus e domo sua Megaris Athenas ad Socratem ^g commeabat ; ut vel noctis aliquo tempore consiliorum
 15 sermonumque ejus fieret particeps : rursusque sub luce ⁴ milia passuum paulo
 amplius viginti, eadem veste illa tectus redibat. At nunc, inquit, videre est
 philosophos ultro currere ut doceant ad fores iuuentum diuitum ; cog-
 que ibi sedere atque ^h opperiri prope ad meridiem, donec discipuli nocturnum
 omne vinum edormiant.

INTERPRETATIO.

^a Diligenter sequendam. ^b celebris in philosophia Platonis. ^c excitabat animum adolescentium ea re quam aiebat Euclidem Socraticum saepe fecisse. ^d Athenien-

ses tulerant hoc edictum. ^e digna morte. ^f tegumento capitis. ^g conveniebat. ^h expectare, usquedum auditores concocinans omne vinum quod per noctem biberunt.

NOTÆ.

1. Euclidem Socraticum.] Euclides Socraticus Megaricus, alius est ab insigni mathematico cognomine, qui Ptolemæi Lagida temporibus Alexandria claruit, Socratico aliquanto posterior. Hic autor fuit sectæ philosophorum, qui ab ipso dicti sunt Megarici, deinde *ἐπιστολῶν*, sive contentiosi, ac demum *διαλεκτικοί*, quippe qui se dialecticæ totos addicerent. Strabo, Laertius. Annis ante Christum

ccclx. floruit.

2. Megaris.] Megara quæ & in plurali neutro, & in singulari fœminino dicitur, urbs est Achaia ad sinum Saronicum. Etiamnum hodie dicitur *Megra*.

3. Rica.] Veli genus est, quo mulieres caput obtegebant.

4. Milia passuum viginti.] Si nostrates ad leucas revocentur, octo circiter conficiunt.

CAPUT XI.

Verba ex oratione Q. Metelli Numidici, quæ libuit meminisse, ad officium gravitatis dignitatisque vite decentia.

CUM inquinatissimis hominibus non esse convicio decertandum, neque in maledictis adversus impudentes & improbos ¹ ^b velitandum, ^c quia tantisper similis & compar eorum fias dum paria & consimilia dicas atque audias, non minus ex oratione Q. Metelli Numidici sapientis viri cognosci potest, quam ex libris & disciplinis philosophorum. Verba hæc sunt Metelli adversus Cn. Manlium tribunum plebei, a quo apud populum in concione laceffitus jactatusque fuerat dictis petulantibus. Nunc quod ad illum attinet, Quirites, quoniam se ampliorem putat esse, si se mihi inimicum dicitaverit, quem ego mihi neque amicum recipio neque inimicum respicio, in eum ego non sum plura dicturus. Nam eum indignissimum arbitror, qui a viris bonis benedicatur; tum ne idoneum quidem cui a probis maledicatur. Nam si in eo tempore hujuscemodi ^d homunculum nomines, ^e in quo poenire non possis; majore honore quam contumelia afficias.

INTERPRETATIO.

a Cum hominibus vilissimis non esse contendendum contumeliis. b jurgandum. c quem suppar eorum. d parvum hominem. e quem nequeas punire.
e quia redderis quodammodo aqualis

NOTA.

1. Velitandum.] Velitatio, inquit Festus, dicta est ultro citroque probrorum objectio, ab exemplo velitaris pugnae. Plautus. Nescio quid velitati estis inter vos. Velites enim, eodem autore dicuntur expediti milites quasi volites, id est, volantes.

CAPUT XII.

Quod neque testamentum, sicuti Servius Sulpicius existimavit; neque sacellum, sicuti C. Trebatius, a duplicia verba sunt, sed a testatione alterum productum, c alterum a sacro diminutum.

Servius Sulpicius jureconsultus, vir ætatis suæ doctissimus, in libro ²⁰ de sacris detestandis secundo, qua ratione adductus testamentum

INTERPRETATIO.

a Ex duobus vocabulis composita. b hoc nomen testamentum. c hæc vox sacellum.

NOTÆ.

1. De sacris detestandis.] In iis libris quas publice in concione populi fieri agebat Sulpicius de sacrorum detestationibus, sive consecrationibus omnibus, oporteret in comitiis curiatis, quæ Gellius libro XV. cap. XXVII. calata vocat.

verbum esse duplex scripserit, non reperio. Nam compositum esse dixit a mentis contestatione. Quid igitur *calceamentum*, quid ² *paludamentum*, quid *parvimentum*, quid *vestimentum*, quid alia mille per hujuscemodi formam producta? Etiamne ista omnia composita dicemus? ^d Obrepisse autem videtur Servio, vel si quis alius est qui id prior dixit, falsa quidem sed non abhorrens neque inconcinna quasi mentis quædam in hoc vocabulo significatio. Sicut hercle ³ C. quoque Trebatio eadem concinitas obrepit. Nam in libro de religionibus secundo, *Sacellum est*, inquit, *locus parvus deo sacratus cum ara*. Deinde addit verba hæc. *Sacellum ex duobus verbis arbitror compositum sacri & cella; quasi sacra cella*. Hoc quidem scripsit Trebatius. Sed quis ignorat *sacellum* & simplex verbum esse, & non ex *sacro* & *cella* copulatum, sed ex *sacro* diminutum?

INTERPRETATIO.

^d apparet vero Servio, vel alicui alii | *surdam neque inelegantem. e* elegantis
occurrisse in hac voce testamentum | *venit in mentem.*
aliquam significationem mentis non ab-

NOTÆ.

2. *Paludamentum*.] Ornatus erat militaris, quem potissimum adhibebant imperatores, qui tunc dicebantur paludati. Vestis erat non tantum purpura, sed etiam auro & cocco splendida.
3. *C. Trebatio*.] Hic ipse est Treba-

tius ad quem plures epistolas scripsit Cicero. Fuit Julii Cæsaris, quem in Gallias secutus est, familiaris, ejusque consilio Augustus usus est. Plurimos scripsit libros, sed, quod non admodum eleganter essent conscripti, minus celebres.

CAPUT XIII.

De quaestionibus apud Taurum philosophum in convivio agitis, qua ¹ symposiaca vocantur.

15

² **F**actitatum observatumque hoc Athenis est ab iis, qui erant philosopho Tauro ^b junctiores. Cum domum suam nos vocaret, ne omnino, ut dicitur, immunes & ² *asymboli* veniremus, ^c conjectabamus ad cœnulam non cupedias ciborum sed argutias quaestionum. Unusquisque igitur nostrum ^d commentus ^e paratusque ibat quod quaereret: eratque initium loquendi edundi finis. Quærebantur autem non gravia nec ^f reverenda, sed *εὐδαιμονία* quædam lepida & minuta & ^h florentem vino ani-

20

INTERPRETATIO.

^a *Vsurpatum*. ^b *familiariores*. ^c *afferebamus ad sobriam cœnam non delicias epularum, sed subtilitatem quaestionum*. | ^d *meditatus*. ^e *accedebat paratus ad proponendam aliquam quaestionem*. ^f *ardua*.
^g *quaesita hęcitantia animum vino et-*

NOTÆ.

1. *Symposiaca*.] Consule cap. VI. lib. II I.
2. *Asymboli*.] *Asymbolus* est qui nihil conferens venit convivium. Dicitio com-

ponitur ex *ἀ* privante & altera voce *σύνβολον*, quod significat id quod plures in cœnâ sumptum conferunt. Gall. *l'écot-mum*

mum laceffentia. quale hoc ferme est subtilitatis ludicræ, quod dicam. Quæsitum est ³ quando moriens moreretur; cum jam in morte esset, an tum etiam cum in vita foret: & quando surgens surgeret; cum jam staret, an tum etiam cum sederet: &, qui artem disceret, quando artifex fieret; cum jam esset, an tum cum etiam non esset. Utrum enim horum dices; absurde atque ridicule dixeris: multoque absurdius esse videbitur, si aut utrumque esse dicas aut neutrum. Sed ea omnia ¹ cum captiones esse quidam futiles & inanes dicerent: Nolite, inquit Taurus, hæc quasi nugarum aliquem ludum aspernari. Gravissimi philosophorum super hac re serio quæsi verunt: & alii moriendi verbum atque momentum manente adhuc vita dici atque fieri putaverunt; alii nihil in eo tempore vitæ reliquerunt; totumque illud, quod mori dicitur, morti ^k vindicaverunt. ^l item de cæteris similibus in diversa tempora & in contrarias sententias discesserunt. Sed Plato, inquit, noster neque vitæ id tempus neque morti dedit; idemque in omni consimilium rerum disceptatione fecit. Vidit quippe utrumque esse ^m pugnans; neque posse ex duobus contrariis altero manente alterum ⁿ constitui: ^o quæstionemque fieri per diversorum inter sese finium mortis & vitæ cohærentiam: & iccirco peperit ipse expressitque aliud quoddam novum in consinio tempus; quod verbis propriis atque integris ^p τὴν ἐξάφνης φύσιν appellavit: idque ipsum ita, uti dico, inquit, in libro cui Parmenides titulus est, scriptum ab eo reperietis: ^q τὸ γὰρ ἐξάφνης τοιοῦτόν τι εἶοικε σημαίνειν, ὡς ἐξ ἐκεῖνου μεταβάλλον εἰς ἐκείπρον. Tales apud Taurum symbolæ, taliaque erant ⁴ secundarum mensarum, ut ipse dicere solitus erat, ^r τραγήματα.

INTERPRETATIO.

creatum. i *sophismata vana & puerilia.* k *attribuerunt.* l *similiter ejusmodi quæstionibus assignant varia tempora juxta diversas opiniones.* m *oppositum.* n *manere.* o *& disputationem oriri ex conjunctione variorum inter se terminorum*

mortis & vitæ, & iccirco excogitavit, & attulit aliquod aliud novum tempus in illa vicinitate mortis & vitæ. p *subitanæ naturam.* q *subito enim tale quid videtur significare, ut ex hoc transiens ad aliud.* r *bellaria.*

NOTÆ.

3. *Quando moriens moreretur.*] Quæstionem hic non admodum difficilem proponebat Taurus, quam facile solvas fidicas hominem tunc incipere mori, cum vivere desinit; tum desinere vivere, cum incipit mori. At, inquires, eo temporis puncto quo vivere desinit & incipit mori; an vivus est, an mortuus homo? Respondeo vel esse vivum, & proximo post non futurum; vel esse mortuum,

& proxime ante non fuisse: quod subtilius explicant philosophi per inceptio-nem & desitionem, ut ipsi quidem dicunt, tam intrinsicam quam extrinsicam.

4. *Secundarum mensarum.*] Secundæ mensæ erant fructus, & cætera ejusmodi bellaria, quæ sublatis carnibus secundo loco apponebantur. Gall. *le dessert.*

5. *Τραγήματα.*] Ea sunt quæ ad mensam apponuntur, ἀπὸ τῆς τρώγειν comedere.

CAPUT XIV.

*Pœniendis peccatis tres esse rationes a Philosophis attributas ; & quamobrem
Plato tantum duarum ex his meminerit.*

- ^a ¹ Pœniendis peccatis tres esse debere causas existimatum est. Una est, quæ ^b *νοθεσία*, vel *κόλασις*, vel *παινίσις* dicitur; cum pœna adhibetur
5 castigandi atque emendandi gratia, ut is, qui fortuito deliquit, attentior fiat correctiorque. Altera est, quam ii, qui vocabula ista curiosius diviserunt, ^c *τιμωρίαν* appellant. Ea causa animadvertendi est, cum dignitas auctoritasque ejus, in quem est peccatum, tuenda est, ne prætermissa animadversio contentum ejus pariat & ^d honorem levet: iccircoque id ei
10 ² vocabulum a conservatione honoris factum putant. Tertia ratio ^e vindicandi est, quæ ^f *προφειγμα*, a Græcis nominatur, cum pœnitio propter exemplum est necessaria; ut cæteri similibus a peccatis, quæ prohiberi publicitus interest, metu cognitæ pœnæ deterreantur: iccirco veteres quoque nostri exempla pro maximis gravissimisque pœnis dicebant. Quando
15 igitur aut spes magna est ut is, qui peccavit, & citra pœnam ipse sese ultro corrigat: aut spes contra nulla est emendari eum posse & corrigi; ^h aut jacturam dignitatis, in quam peccatum est, metui non necessum est, aut non id peccatum est, ⁱ cujus exemplo necessario metu succurrendum sit: tum, ^k quicquid ita delictum est, non sane dignum esse imponendæ pœnæ studium visum est.
20 Has tres ulciscendi rationes & philosophi alii ^l plurifariam & noster Taurus in primo commentariorum, quos in ^m Gorgiam Platonis composuit, scriptas reliquit. Plato autem ipse verbis apertis duas solas esse pœniendi causas dicit: unam; quam primo in loco propter corrigendum, alteram, quam in tertio propter exempli metum posuimus. Verba sunt hæc Platonis in Gorgia: ⁿ *ὁρῶσιναι ὃ παινί, τῶ ἐν τιμωρίᾳ ἐνπ, ὅπ' ἄλλῃ ὁρῶσιναι*

INTERPRETATIO.

a Philosophi crediderunt triplicem esse modum castiganda culpa. b increpatio, aut castigatio, aut admonitio. c pœnam. d diminuat dignitatem. e puniendi. f exemplum. g sine supplicio. h aut non oportet timere damnum honoris ejus qui
offensus est. i cujus pœna exemplum terrore requisito debeat alios avertere. k hic in occasionibus peccatum non dignum esse pœna visum est. l pluribus locis. m convenit autem omnem qui castigatur ab alio recte castigante aut melio-

NOTÆ.

1. Pœniendis.] Pœnire vocabulum antiquum pro punire.
2. Vocabulum a conservatione honoris, &c.] *Τιμωρία* pœna est quæ idcirco infligitur, ut conservetur alterius honor, qui Græce *τιμὴ* dicitur.
3. Gorgiam Platonis.] Gorgias Dia logus Platonis, in quo rationem edocet, qua vanæ Rhetorum sophistarum argutia refellantur. Nomen habet ab interlocutore Gorgia Leontino Rhetore, Ilocratis magistro, qui, ut refert Tullius, in maxima hominum turba dicere jubebat si quis quid quæretet, & primas se ad omnia de quibus quisque audire vellet, esse paratum denuntiavit.

ρουμένω ἢ βελτίονι γινεσθαι, καὶ ὀνίκαδ' ἢ παρὰδειξμά π τοῖς ἄλλοις γινεσθαι ἵνα ἄλλοι ὁρῶντες πάρονται αὐτῷ παρῶν, φοβούμενοι βελτίους γινανται. In hisce verbis facile intelligas *πρωείαν* Platonem dixisse, non ut supra scripsi quosdam dicere, sed ita ut ⁿ promisce dici solet, pro omni pœnitione. ° An ne autem quasi omnino parvam & contemptu dignam præterierit pœnæ sumendæ causam propter tuendam læsi hominis auctoritatem, an magis, quasi ei, quam dicebat, rei non necessariam prætermiserit, cum de pœnis, non in vita neque inter homines, sed post vitæ tempus capiendis scriberet, ego in medium relinquo.

INTERPRETATIO.

rem fieri, & fructum capere, aut exemplum aliis esse; ut omnes videntes patientem qua patitur, territi fiant meliores. n sine discrimine. ° ego vero iudicandum relinquo, an omiserit tanquam levem & consemnendam causam repetendi supplicii ad defendendam dignitatem offensis, an potius tacuerit quasi non utilem ei rei de qua loquebatur, cum intelligeret pœnas non per vitam, neque in terra, sed post vita spatium exigendas.

CAPUT XV.

De verbo, quiesco, an e littera corripi an produci debeat.

10

Amicus noster homo multi studii atque ^a in bonarum disciplinarum opere frequens, verbum, *quiescit*, usitate, ^e, littera correpta dixit. Alter item amicus homo ^b in doctrinis, quasi in ² præstigiis, mirificus, ^c communiumque vocum respuens nimis & fastidians, barbare eum dixisse opinatus est; quoniam producere debuisset non corripere. Nam, *quiescit*, ita oportere dici ^d prædicavit, ut *calescit*, *nitescit*, *stupefcit*, atque alia hujuscemodi multa. Id etiam addebat, quod, *quies*, *e*, producta non brevi diceretur. Noster autem, ^e qua est omnium rerum veracunda mediocritate, ne si ³ Ælii quidem, Cincii, & Satyri dicendum ita

15

INTERPRETATIO.

a In varia eruditione multum versatus. b excultus literis ad prodigium. c solitius contemnere & rejicere vulgaria vocabula. d dixit insolenter. e ut est in omnibus rebus valde moderatus.

NOTÆ.

1. c, *littera correpta*.] Nemini dubium haftenus fuit, quin secundam syllabam saltem positione longam haberet verbum *quiesco*; aliud igitur intelligit Gellius. Nempe Græcorum ad morem alludit, qui in oratione soluta e modo longum, & pleniore voce, ut in vocabulo *εquis*, modo breve, ut in *εgredior*, pronuntiabant clarius. Quod e latinum efferebatur eodem sono quo ⁿ græcum censebatur esse longum in oratione soluta: si vero pronuntiaretur ut *e*, habebatur breve.

2. *Præstigiis*.] Præstigiæ delusiones sunt, cum quis subtili manuum dexteritate res alias exhibet quam ^{revera} sint & oculos perstringit.

3. *Ælii, Cincii, & Satyri*.] Veteres Romani quorum auctoritas præsertim in nativa lingua magni debebat esse ponderis.

cenfuiſſent, obſecurum ſeſe fuiſſe ait contra perpetuam Latinæ linguæ conſuetudinem: ^f neque ſe tam inſignite locuturum, abſona inauditaque ut diceret. Literas autem ſuper hac re fecit inter exercitia quædam ludicra: & *quieſco*, non eſſe hiſ ſimile, quæ ſupra poſui, nec a quiete dictum, ſed ab eo *quietem*; Græcæque vocis *ἤσυχον* & *ἤσυχον* Ionice à verbo *ἤσυχον*, *ἤσυχον* & modum & originem verbum illud habere demonſtravit: rationibusque haud ſane frigidis docuit, *quieſco*, *e*, litera longa dici non convenire.

INTERPRETATIO.

f & non ſe ita male locuturum, ut proferret abſurda & inſolentia.

CAPUT XVI.

10 *Notatum verbum*, deprecor, a poeta Catullo inuſitate quidem ſed apte poſitum & proprie: deque ratione ejus verbi: exemplisque veterum ſcriptorum.

15 ^a **E**Jusmodi quiſpiam qui tumultuariis & modicis linguæ exercitationibus ad famam ſe faciendæ permiſerat, neque orationis Latinæ uſurpationes veras didicerat, cum in ¹ Lycio forte ^b veſpera ambularemus, ^c ludo ibi & voluptati nobis fuit. Nam cum eſſet verbum, *deprecor*, ^d doctiuscule poſitum in ² Catulli carmine; quia id ignorabat, frigidiffimos verſus eſſe dicebat, omnium quidem meo judicio venuſtiſſimos, quos ſubſcripti:

20 ^e *Lesbia mi dicit ſemper male, nec tacet umquam*
De me Lesbia: me diſpeream niſi amat.
Quo ſigno? quaſi non totidem mox deprecor illi
Aſſidue. Verum diſpeream niſi amo.

25 *Deprecor* hoc in loco vir bonus ita dictum eſſe putabat, ut plerumque a vulgo dicitur; quod ſignificat valde precor & oro & ſupplico. In quo, *de*, præpoſitio ad augendum & cumulandum valet. Quod ſi ita eſſet; frigidum ſane verſus forent. Nunc enim contra omnino eſt. Nam, *de*, præ-

INTERPRETATIO.

^a Certus quidam ejus generis homo, qui *conditiore modo.* ^c *Lesbia de me male curſim ac temere exercitatus in lingua ſemper loquitur, & nunquam Lesbia de latina, ſibi comparaverat nomen eloquentis, neque callebat proprias ſignificationes verborum Latinorum.* ^b *sub tempus me ſilet: moriar niſi me amat. Quo argumento? Quaſi non ſemper ab ea precibus meis averarem id quod mihi improcur.* ^d *re-* *tur. Sed moriar niſi amo.*

NOTÆ.

1. *Lycio.*] Lycium vel Lyceum locus fuit prope Athenas celeberrimus, ubi philoſophiæ ludum Ariſtoteles aperiebat.

2. *Catulli.*] C. Valerius Catullus poeta laſcivus, natus eſt Veronæ anno, ut ait Eufebius in Chron. II, Olymp. CLXXIII. ſcilicet U. C. IſCLXVII. ante Chriſtum LXXXVII. Obiit anno ætatis xxx.

positio, quoniam est ³anceps, in uno eodemque verbo diversitatem significationis capit. Sic enim, *deprecor*, a Catullo dictum est, quasi detestor, vel execror, vel depello, vel abominor. ⁴Contra autem valet, cum Cicero pro P. Sylla ita dicit. *Quam multorum hic vitam a Sylla ⁵deprecatus*. Item in dissuasionem legis agrariæ. *Si quid deliquero; nulla sunt imagines quæ me a vobis deprecantur*. Sed neque solus Catullus ita isto verbo usus est. Pleni adeo sunt libri veterum similis in hoc verbo significationis. Ex quibus unum & alterum, quæ ^hsuppetierant, apposui. Q. Ennius in ⁴Erechtheo non longe secus dixit quam Catullus.

¹ *Quibus nunc, inquit, erumna mea libertatem paro,* 10

Quibus servitutem mea miseria deprecor.

Significat abigo & amolior vel prece adhibita vel quo alio modo. Item Ennius in ⁵Cresphonte:

Ego cum mea vita parcam; letum inimico deprecor.

Cicero in libro sexto de republica ita scripsit. *Quod quidem eo fuit majus, qui cum causa pari collega essent, non modo invidia pari non erant, sed etiam ^kClaudii invidiam Gracchi caritas deprecabatur*. Hic quoque item non est valde precabatur, sed quasi propulsabat invidiam. Quod Græci propinqua significatione ^lἄγανον dicunt. Item pro A. Licinio consimiliter Cicero verbo isto utitur. *Quid, inquit, huic homini facias? ²⁰Nonne concedas interdum ^mut excusatione summa stultitiæ, summa improbitatis odium deprecetur?* Item in Verrem actionis secundæ primo; *Nunc vero quid faciat Hortensius? Avaritiæ crimina frugalitatis laudibus deprecatur? An hominem flagitiosissimum libidinosissimum nequissimumque defendat?* Sic igitur Catullus eadem se facere dicit, quærens veniam quod & malediceret ei palam respueretque & recusaret detestareturque assidue; & tamen eam penitus ⁿdeperiret. 25

INTERPRETATIO.

f habet sensum contrarium. g multum precatus. h occurrerant. i quibus jam calamitate mea affero libertatem, a quibus mea calamitate depello servitutem.

k adeo dilectus erat Gracchus, ut ejus causa excusarentur culpa Claudii. l deprecor. m ut prætextu stultitiæ tegat maximam nequitiam. n ad insaniam amaret.

NOTÆ.

3. *Anceps.*] Significare videtur id quod ex utraque parte caput habeat, ut indicat Festus: sed magis a capiendo, quod ex utraque parte æque capiatur, appellatum est.

4. *Erechtheo.*] Erechtheus Ennii tragœdia.

5. *Cresphonte.*] Cresphon ejusdem Ennii tragœdia.

CAPUT XVII.

Quis omnium primus libros publice praeberit legendos; quantusque numerus fuerit Athenis ante clades Persicas librorum in bibliothecis publicorum.

Libros Athenis disciplinarum liberalium publice ad legendum praebendos primus posuisse dicitur ¹ Pisistratus tyrannus: deinceps studiosius accuratiusque ipsi Athenienses auxerunt. Sed omnem illam postea librorum copiam ² Xerxes Athenarum potitus, urbe ipsa praeter arcem incensa abstulit asportavitque in Persas. Hos porro libros universos ³ multis post ³ tempestatibus Seleucus rex, qui Nicanor appellatus, referendos Athenas curavit. Ingens postea numerus librorum in Aegypto a ⁴ Ptolemæis rebus vel conquisitus vel confectus est ad milia ferme voluminum septingenta. Sed ea omnia ⁵ bello priore Alexandrino, dum diripitur ea civitas, non sponte neque opera consulta, sed a militibus ^b forte auxiliariis incensa sunt.

INTERPRETATIO.

^a Post longum tempus. ^b casu.

NOTÆ.

1. *Pisistratus.*] Pisistratus absente Solone cum sibi populum blandis sermonibus & ficta probitate conciliasset, Athenis Tyrannidem occupavit. Bis pulsus in exilium, post annos undecim eandem usurpavit potestatem. Mortuus est anno xxxiii. ab initio primi dominatus, anno i. Olymp. l. ante Christum 101xxx.

2. *Xerxes.*] De quo vide notas in cap. XXI. lib. XVII.

3. *Multis post tempestatibus Seleucus rex, &c.*] Anno clxviii. post incensas a Xerxe Athenas, scilicet xii. post Alexandri Magni mortem, Seleucus Nicanor Seleucidarum æram & imperium in Syria stabilivit, & paulo post bibliothecam illam Athenas referendam curavit. Regnavit Seleucus annos xxxii. obiit anno ante Christum cclxx.

4. *Ptolemæis.*] Post Alexandri mortem, Aegypti reges Ptolemæorum, ut imperatores Romani Cæsarium nomen

assumpfere. E Ptolemæis autem regibus Philadelphum maxime videtur innuere, qui, ut splendidissimam Alexandriae bibliothecam extrueret, non modo variorum ex toto terrarum orbe codices opera Demetrii Phalerei conquisivit, sed etiam sacras literas ex Hebraica in Græcam linguam a lxx. interpretibus transferri iussit anno regni viii. ante Christ. cclxxi.

5. *Bello priore Alexandrino.*] Victum in Pharaliticis campis Pompeium cum Cæsare in Aegyptum fugientem persequeretur, appulsus Alexandriam audiit Pompeium occisum a Ptolemæo Dionysio, a quo pœne oppressus est. Quia etiam classem suam ne hostium in manus veniret, coactus est incendere: tumque celeberrima Alexandriae bibliotheca, in qua septingenta voluminum millia numerabantur, conflagravit anno urbis conditæ lccvii. ante Christum xlvi. *Plutarch. Florus, &c.*

A. GELLII

NOCTIUM ATTICARUM

COMMENTARIUS.

LIBER SEPTIMUS.

CAPUT I.

Admiranda quaedam de P. Africano superiore ex annalibus sumta.



Uod de Olympiade Philippi regis uxore, Alexandri matre, in historia Græca scriptum est; idem de P. Scipionis quoque matre, qui prior Africanus appellatus est, ^a memoria datum est. Nam & ¹ C. Oppius & Julius Hyginus, alique, qui de vita & rebus Africani scripserunt, matrem ejus diu sterilem existimatam tradunt; Publium quoque Scipionem, cum quo nupta erat, liberos desperavisse. Postea in cubiculo atque in lecto, cum absente marito cubans sola obdormisset, visum repente juxta eam cubare ingentem anguem; eumque, iis qui viderant territis & clamantibus, elapsum inveniri non quisse: id ipsum P. Scipionem ad haruspices retulisse: eos, sacrificio facto, respondisse fore ut liberi ² generentur: neque multis diebus post, quam ille anguis in lecto visus est, mulierem cœpisse concepti fœtus signa atque sensum pati: exinde mense decimo peperisse; natumque esse hunc P. Scipionem Africanum, qui Hannibalem & Karthaginienses in Africa bello Pœnico secundo vicit. Sed & eum ^b impendio magis ex rebus gestis quam ex illo ³ ostento virum esse virtutis divinæ creditum est. Id etiam dicere haud piget, quod idem illi, quos supra nominavi, literis mandaverint Scipionem hunc Africanum ^c solitavisse noctis

INTERPRETATIO.

a In historia Romana scriptum est. b multo magis. c sæpe solitum esse.

NOTÆ.

- | | |
|--|---|
| <p>1. C. Oppius.] Julii Cæsaris familiaris amicus, a nonnullis creditus autor operum quæ Hirtio ab aliis tribuerentur.</p> <p>2. Generentur.] Pro gignerentur ab antiquato verbo geno.</p> <p>3 Ostento.] Ostentum Labeo definit esse contra naturam cujusque rei genitum fa-</p> | <p>ctumque. Ulpian. Tit. de Verb. signif. At Tullius lib. de nat. deor. Prædictiones, inquit, rerum futurarum, quid aliud declarant, nisi hominibus ea quæ sint ostendi, monstrari, portendi; prædici, ex quo illa ostenta, monstra, portenta, prodigia dicuntur?</p> |
|--|---|

extremo, ^d prius quam dilucularer, in capitolium ventitare, ac jubere aperiri ^e cellam Jovis, atque ibi solum diu demorari quasi consultantem de republica cum Jove; ædituosque ejus templi sæpe esse demiratos, quod solum id temporis in capitolium ingredientem canes semper in alios ^f viētes neque latrarent eum neque incurrerent. Has vulgi de Scipione opiniones confirmare atque approbare videbantur dicta factaque ejus pleraque admiranda. Ex quibus est unum hujuscemodi. ^f Assidebat oppugnabatque oppidum in Hispania, situ, mœnibus, defensoribus validum & ^g mœnitum, re etiam cibaria copiosum: nullaque ejus potiundi spes erat. Et quodam die jus in castris sedens dicebat: atque ex eo loco id oppidum procul videbatur. Tum e militibus, qui in jure apud eum stabant, ^h interrogavit quispiam ex more in quem diem locumque ^h vadimonium promitti juberet. Et Scipio manum ad ipsam oppidi, quod obsidebatur, aciem protendens, ⁱ Perendie, inquit, sese sistant illo in loco. Atque ita factum. Die tertio, in quem ^k vadari jussērat, oppidum captum est: eodemque die in arce ejus oppidi jus dixit.

INTERPRETATIO.

^d antequam luceret aurora. ^e sacellum. ^f i post crastinam diem. ^g vadimonium scilicet obsidebat. ^h firmum & comœntu abundans. ⁱ h sponsonem sistendi in judicio.

CAPUT II.

De Cæsellii Vindicis pudendo errore; quem offendimus in libris ejus, quos inscripsit antiquarum Lectionum.

Turpe erratum offendimus in illis celebratissimis commentariis Lectionum antiquarum Cæsellii Vindicis hominis ^a Hercle pleraque haud indiligentis. Quod erratum multos fugit, ^b quamquam multa in Cæsellio reprehendendo etiam per calumnias rimarentur. Scripsit autem Cæsellius **Q**. Ennium in tertiodécimo libro annalium, *cor*, dixisse masculino genere. Verba Cæsellii subjecta sunt. *Masculino genere, cor, ut multa alia, enuntiavit Ennius. Nam in tertiodécimo annali, quem cor, dixit.* Adscripsit deinde versus Ennii duos:

^c *Hannibal audaci cum pectore dehortatur*

Ne bellum faciam; quem credidit esse meum cor?

Antiochus est, qui hoc dicit, Asia rex. Is admiratur & permoveretur quod ³⁰ Hannibal Karthaginienſis bellum se facere populo Romano volentem dehortetur. Hos autem versus Cæsellius sic accipit, tamquam si Antiochus sic dicat: Hannibal me ne bellum geram dehortatur. Quod cum facit,

INTERPRETATIO.

^a Certe fere omnibus in rebus satis accurati. ^b licet examinando scripta Cæsellii plurima redarguerent calumniose. ^c Hannibal qui est fortis animi me deterret quominus geram bellum quem credit esse meum cor?

æqualem

æqualem cor putat habere me ei. Quam stultum esse me credit cum id mihi persuadere vult? Hoc Cællius quidem. Sed aliud longe Ennius. Nam tres versus sunt non duo ad hanc Ennii sententiam pertinentes. Ex quibus tertium versus Cællius non respexit.

Hannibal audaci cum pectore dehortatur
Ne bellum faciam; ⁴ quem credidit esse meum cor
Suasorem summum & studiosum robore belli.

5

Horum versuum sensus atque ordo sic opinor est. Hannibal ille audentissimus atque fortissimus, quem ego credidi (hoc enim est; *cor meum credidit*; proinde atque diceret, quem ego stultus homo credidi) fore summum suasorem ad bellandum, is me dehortatur, dissuadetque ne bellum faciam. Cællius autem forte ^ε *ἠαδουμότερον ἰαφῆ* ista verborum caput quem cor dictum puravit, & quem accentu acuto legit, quasi ad cor referatur non ad Hannibalem. Sed non fugit me, si aliquis sit tam inconditus, sic posse defendi *cor* Cællii masculinum, ut videatur tertius versus separatim atque divise legendus, proinde quasi præcisus interruptisque verbis exclamet Antiochus; *suasorem summum!* Sed non dignum est eis, qui hoc dixerint, responderi.

10

15

INTERPRETATIO.

ἃ quem Hannibalem mea mens putavit | *ob fortitudinem, e negligentius conjunctione ista &c.*
esse impulsorem magnum & autorem belli

CAPUT III.

Quid Tullius Tiro Ciceronis libertus reprehenderit in M. Catonis oratione, quam pro Rhodiensibus in senatu dixit; & quid ad ea, quæ reprehenderrat, responderimus.

20

¹ Civitas Rhodiensis & insulæ opportunitate & ² operum nobilitate & navigandi sollertia navalibusque victoriis celebrata est. Ea Rhodiensis civitas, cum amica atque socia populi Romani foret, ³ Persa tunc

NOTÆ.

1. *Civitas Rhodiensis.*] Consule quæ supra annotavimus.

2. *Operum nobilitate.*] Eminēbat inter alia colossus ille Rhodius, inter septem mundi miracula relatus, cujus inter crura divaricata aditus ad portum navibus patebat. Trecentis ante Christi ortum annis extractus cum sterisset an. LXXXI. terræ motu prostratus est. Multo post, scilicet anno Christi DCCLIII. Mahūvias Saracenorum princeps Judæo cuidam Emeseno colossum contractum vendidit, cujus ære quingenti cameli onerati sunt,

ut refert Theophanes.

3. *Persa Philippi filio.*] Perseus qui ab aliis Perseus appellatur, Macedonum rex ultimus a Carano, qui primus regnavit, quadragesimus: Romanos hæres paterni odii bello persecutus est: at ingenti clade profligatus ab Emilio Paulo consule, captivitate & imperii jactura temeritatis & avaritiæ poenas dedit Olymp. CLIII. an. I. U. C. ICLXXXVII. ante Christum CLXVII, *Livius Plutarchus Velleius, &c.*

Philippi filio Macedonum rege, cum quo bellum populo Romano fuit, amico usa est: ^a connixique sunt Rhodienses, legationibus Romam sepe missis, id bellum inter eos componere. Sed, ubi ista pacificatio perpetrari nequivit, verba a plerisque Rhodiensibus in concionibus eorum ad
 5 populum facta sunt, ut, si pax non fieret, Rhodienses regem adversus populum Romanum adjutarent. Sed nullum super ea re publicum decretum factum est. At, ubi Perseus victus captusque est, Rhodienses pertimere ob ea quæ compluries in cœtibus populi acta dictaque erant: legatosque Romam miserunt, ^b qui temeritatem quorundam popularium
 10 suorum deprecarentur; & fidem consiliumque publicum expurgarent. Legati postquam Romam venerunt, & in senatum intromissi sunt, verbisque suppliciter pro causa sua factis e curia excefferunt: sententiæ rogari cœptæ. Cumque ^c partim senatorum de Rhodiensibus quererentur, maleque eos animatos fuisse dicerent, bellumque ^d eo illis faciendum censerent: tum M. Cato exsurgit; & optimos fidissimosque socios, quorum
 15 opibus diripiendis possidendisque non pauci ex ^e summatis viris intenti infestique erant, ^f defensum conservatumque pergit; orationemque inclutam dicit, quæ & seorsum fertur inscriptaque est pro Rhodiensibus, & in quinto Originum libro scripta est. Tiro autem Tullius M. Ciceronis libertus sane quidem fuit ingenio homo eleganti, & haudquaquam rerum
 20 literarumque veterum indoctus: ^g eoque ab ineunte ætate liberaliter instituto adminiculatore & quasi administro in studiis literarum Cicero usus est. Sed profecto plus ausus est quam ut tolerari ignoscique possit. Namque epistolam conscripsit ad Q. Axium familiarem patroni sui confidenter
 25 & nimis callide, in qua sibimet visus est orationem istam pro Rhodiensibus acri subtilique ingenio & judicio ^h percensuisse. Ex ea epistola ⁱ libitum forte nobis est reprehensiones ejus quasdam attingere; ^k majore scilicet venia reprehensuri Tironem, quam tum ille reprehendit Catonem. Culpavit autem primum hoc, quod Cato inerudite & ^l ἀναγώνως, ut ipse
 30 ait, principio nimis insolenti nimisque acri & objurgatorio usus sit; cum vereri sese ostendit ne patres, gaudio atque lætitia rerum gestarum prospere de statu mentis suæ deturbati, non satis ^m conspicerent; neque ad recta intelligendum consulendumque essent idonei, *In principiis autem,* inquit, *patroni, qui pro rebus dicunt, conciliare sibi & ⁿ complacere iudices debent; sensusque eorum expectatione causæ suspensos ^o rigentesque bono*

INTERPRETATIO.

a Conati. b qui exorarent veniam temeritatis nonnullorum e civitate sua, & defenderent probitatem & comitia totius urbis. c una pars senatorum expostularet de Rhodiensibus. d iccirco. e principibus. f incipit sveri ac propugnare. g Cicero | eum ab adolescentia excultum artibus habuit adiutorem. hexaminasse. i casu placuit nobis. k nempe indulgentius. l imperite. m benevolos reddere. n & severitate. o lenire sententiis, &c.

NOTA.

4. Conspicerent.] Consperere respondet Græcorum verbo συσπέρειν; idem est quod sapere.

rificis verecundisque sententiis commulcere; non injuriis atque imperiosis mi-
 nationibus confutare. Ipsum deinde principium apposuit; cujus verba hæc
 sunt. Scio solere plerisque hominibus rebus secundis atque ^o prolixis atque
 prosperis animum excellere, superbiam atque ferociam auferere atque cres-
 cere. ^p Quod mihi nunc magna cura est, quia hæc res tam secunde proces-
 sit, ne quid in consulendo adversi eveniat, quod nostras secundas res con-
 futet; neve hæc lætitia nimis luxuriose eveniat. ^q Adversa res se domant &
 docent quid opus sit factò: ^r secunda res lætitia transvorsum trudere solent
 a recte consulendo atque intelligendo. ^s Quo majore opere edico suadeoque uti
 hæc res aliquot dies proferatur, dum ex tanto gaudio in potestatem nostram
 redeamus. Quæ deinde Cato ^t juxta dicit, ea, inquit, confessionem faciunt
 non defensionem; neque propulsionem translationemve criminis habent,
 sed cum pluribus aliis communicationem. Quod scilicet nihil ad ^u purgandum
 est. Atque etiam, inquit, insuper profitetur Rhodienses, qui accusabantur
 quod adversus populum Romanum ^x regi magis cupierint faverintque, id eas
 cupisse atque fuisse utilitatis suæ gratia; ne Romani, Persa quoque rege victo,
 ad superbiam ferociamque ^y immodicum modum insolescerent. Eaque ipsa
 verba ponit, ita uti infra scriptum est. Atque ego quidem arbitrator Rho-
 dienses noluisse nos ita depugnare uti depugnatum est; neque regem Persen
 vicisse; non Rhodienses id modo voluere, sed multos populos ac multas na-
 tiones ^z idem noluisse arbitrator. ^z Atque hæc scio an partim eorum fuerint,
 qui non nostre contumelia causa id noluerint evenire; sed enim id metuere,
 si nemo esset homo quem vereremur & quicquid luberet faceremus, ne sub solo
 imperio nostro in servitute nostra essent. Libertatis suæ causa in ea senten-
 tia fuisse arbitrator. Atque Rhodienses tamen Persen publice numquam adju-
 vare. Cogitate quanto nos privatim cavius facimus. Nam unusquisque
 nostrum, si quis ^a adversus rem suam quid fieri arbitratur, summa vi
^b contra nititur, ne adversus ea fiat. ^c Quod illi tamen perpeffi. Sed,
 quod ad principium reprehensum attinet; scire oportuit Tironem de-
 fensos esse Rhodienses a Catone, sed ut a senatore & consulari & cen-
 sorio viro, ^d id, quod optimum esse publicum existimabat, suadente,
 non ut a patrono causam pro reis dicente. ^e Alia namque principia con-
 ducunt reos apud judices defendenti, & clementiam misericordiamque
 undique indaganti; alia, ^f cum senatus de republica consulitur, viro

INTERPRETATIO.

^o abundantibus. ^p quia hoc negotium felici-
 ter cecidit, id maxime ago, ut in consiliis
 nihil infelix accidat quod evertat nostram
 felicitatem, & ne hoc gaudium degeneret
 in libidinem nimiam. ^q adversitas subigit
 hominū animos, & r prosperitates gaudio
 avertunt a capiendis & perspicendis re-
 ctis consiliis. Unde magis hortor & im-
 pello ut remittatur in aliquot dies hoc
 negotium. t deinde paulopost. u ad resolu-
 endum crimen. x plus boni voluerint re-

gi. y noluisse nostram victoriam. z for-
 tasse nonnulli fuere, qui noluerint nos
 esse victores ad opprobrium nostrum.
 a contra suam utilitatem. b defendit se.
 c & tamen passi sunt res suas everti. d qui
 hortabatur ad id quod credebatur esse ex
 bono reipublica. e nam alia exordia ad-
 hibenda sunt oratori qui defendit reum
 coram judicibus, & ex omnibus rebus
 captat benevolentiam & commiseratio-
 nem judicis, f adhibenda sunt exordia.

auctoritate præstanti sententiis quorundam iniquissimis permoto, & pro utilitatibus publicis ac pro salute sociorum graviter ac libere indignanti simul ac dolenti. Quippe recte & utiliter in g disciplinis rhetoricum præcipitur iudices h de capite alieno deque causa ad sese non pertinenti cognituros, ex qua præter officium iudicandi nihil ad eos simul periculi vel emolumenti redundaturum est, conciliandos esse ac propitiandos laudabiliter ac placabiliter & leniter existimationi salutique ejus qui apud eos accusatus est. At cum dignitas & fides & utilitas omnium communis agitur, ob eamque rem aut suadendum quid ut fiat, i aut fieri jam cæpto differendum est: tum qui se in hujusmodi principiis occupat ut benivolos benignosque sibi auditores pareat, k otiosam operam in non necessariis verbis sumit. Jamdudum enim negotia periculaque ipsa rerum communia consiliis eos capiendis conciliant; & ipsi potius sibi exposcunt consultoris benivolentiam. Sed quod ait confessum Catonem noluisse Rhodienses ita depugnari uti depugnatum est, neque regem Persen a populo Romano vinci, atque id eum dixisse non Rhodienses modo sed multas alias quoque nationes voluisse, sed id nihil ad purgandum extenuandamve crimen valere; jam hoc primum Tiro improbe mentitur. Verba ponit Catonis; & l alii tamen eum verbis calumniatur. Non enim Cato confitetur Rhodienses noluisse victoriam esse populi Romani, sed sese arbitrari dixit id eos noluisse: quod erat proculdubio suæ opinionis m confessio, non Rhodiensium culpæ confessio. In qua re, ut meum quidem iudicium est, non culpa tantum vacat, sed dignus quoque laude admirationeque est; cum & ingenue & religiose dicere visus est contra Rhodienses quod sentiebat, & n parta sibi veritatis fide ipsum illud tamen, quod contrarium putabatur, flexit & transtulit; ut eos iccirco vel maxime æquum esset acceptiores carioresque fieri populo Romano, quod cum & utiles illi essent & vellent regi, nihil tamen adjuvandi ejus gratia facerent. Postea verba hæc eadem oratione ponit. o *Ea nunc derepente tanta nos beneficia ultro citroque, tantam amicitiam relinquemus? Quod illos dicimus voluisse facere, id nos priores facere p occupabimus?* Hoc, inquit, q enthymema nequam & vitiosum est. Responderi enim potuit; occupabimus certe: nam, si non occupaverimus, opprimemur, incidendumque erit in insidias a quibus ante nos r non caverimus. Recte, inquit, s hoc vitio dat Lucilius poetæ Euripidi; quod, cum s Polyphontes rex pro-

INTERPRETATIO.

g institutionibus oratoriis. h de vita alterius. i cum aliquid jam fieri incepit. k inutilem. l propter alia verba. m declaratio. n acquisito nomine veridici, declinavit & alio detorsit, id quod videbatur nocere causæ Rhodiensium. o an

negligemus tanta hinc & inde officia insperantibus collata. p præveniemus. q hoc argumentum nullum, imo malum est. r non præviderimus nobis. s in hoc Lucilius reprehendit poetam Euripidem.

NOTA.

s . Polyphontes rex.] Polyphontes occiso Cresphonte Messenæ in Peloponneso rege tyrannidem invasit, & reginam

Meropen ad conjugium coegit: nec multo post ab uxoris filio interfectus est.

pterea se interfecisse fratrem diceret quod ipse ante consilium de nece
ejus cepisset, Merope fratris uxor hisce eum^t verbis eluserit.

^u *ἢ γὰρ σ' ἐμελλεν, ὡς σὺ φῆς, κτείνην πόσις.*

καὶ ἔσθ' ἐμελλεν, ὡς χεῖν παρῶν δίδεν.

At hoc enim, inquit, plane stultitiæ plenum est, eo consilio atque ea
fini facere velle aliquid, uti numquam id facias quod velis. Sed videlicet
Tiro animum non advertit non esse in omnibus rebus cavendis eandem
causam; neque humanæ vitæ negotia & actiones & officia vel occupandi
vel differendi vel etiam ulciscendi vel cavendi similia esse⁶ pugnae gladi-
atoria. Nam gladiatori composito ad pugnandum^x pugnae hæc propo-
sita fors est, aut occidere si occupaverit, aut occumbere si cessaverit.
Hominum autem vita non tam iniquis neque tam indomitis necessitatibus
y circumscripta est, ut iccirco prior injuriam facere debeas, quam, nisi
feceris, pati possis. Quod tantum aberat a populo Romano; ut sæpe etiam
in sese factas injurias ulcisci neglexerit. Post deinde usum esse Catonem
dicit in eadem oratione argumentis parum honestis & nimis audacibus,
ac non viri ejus, qualis fuit,^z sed vaftris ac fallaciosis & quasi Græcorum
sophistarum sollertiis. Nam, cum objiceretur, inquit, Rhodiensibus quod
bellum populo Romano facere voluissent, negavit pane, & ignosci poposcit
quia id non fecissent & si maxime voluissent; induxisseque eum dicit quam
dialectici^a epagogen appellant, rem admodum insidiosam & sophisticam,
neque ad veritatem magis quam ad captiones repertam; cum conatus sit
exemplis decipientibus colligere confirmareque, neminem, qui male facere
voluit, plecti æquum esse, nisi, quod factum voluit, etiam fecerit. Verba
autem ex ea oratione M. Catonis hæc sunt. Qui acerrime adversus eos
dicit, ita dicit; hostes voluisse fieri. Et quis tandem qui est nostrum,
quod ad sese attinet, æquum censeat quemquam pœnas dare ob eam rem,
quod arguatur male facere voluisse? Nemo opinor. Nam ego, quod ad me
attinet, nolim. Deinde paulo infra ita dicit, Quid nunc^b? Et qua tandem
lex est tam acerba, qua dicat; c Si quis illud facere voluerit mille nummis,
dimidium familia multa esto: Si quis plus quingenta jugera habere volue-
rit; tanta pœna esto: Si quis majorem pecudum numerum habere voluerit;

INTERPRETATIO.

t ejus rationem refutaverit.

u Si enim, ut tu dicis, te interfeciturus
erat maritus meus:

oportebat & te in futurum id differre,
cum prope esset tempus id faciendi.

x hac est posita conditio certaminis, ut

vel interficiat si prævenerit adversarium,
vel interficiatur si emittat prævenerit. y ex-
posita est. z callidis & captiosis. a indu-
ctionem. b dicam. c Si quis in eam rem
insumere voluerit mille nummos, multex
tur dimidia parte bonorum suorum.

NOTA.

6. Pugna gladiatoria.] Gladiatores
servi fuere, qui ad populi Romani de-
lectationem pugnabant in ludis publicis,
ac mutuis sese vulneribus conficiebant.
Gladiatorium manus, ut ex Valerio

Maximo & Epitome Liviana constat,
primi M. & D. Bruti, in patris defuncti
memoriam edidere anno U. C. cccxc.
Appio Claudio & M. Fulvio coll. ante
Christum cclxiv.

tantum^c damni esto. Atqui nos omnia plura habere volumus, &^d id nobis impune est. Postea ita dicit. Sed si honorem non equum est haberi ob eam rem, quod bene facere voluisse quis dicit neque fecit tamen; ⁷ nec Rhodiensibus ob erit, ^e non quod male fecerunt, sed quia voluisse dicuntur facere. His argumentis Tiro Tullius M. Catonem contendere & conficere dicit Rhodiensibus quoque impune esse debere, quod hostes quidem esse populi Romani voluissent, etsi maxime non fuissent. Dissimulari autem non posse ait, quin paria & consimilia non sint ^f plus quingenta jugera habere velle, ^g quod plebiscito colonis prohibitum fuit; & bellum injustum atque impium populo Romano facere velle: neque item ^h inficiari posse, quia alia causa in præmio sit, alia in pœnis. Nam beneficia, inquit, promissa ⁱ opperiri oportet, neque ante remunerari, quam facta sint: injurias autem imminentes præcavisse ^k justum est quam expectavisse. Summa enim professio stultitiæ, inquit, ^l est non ire obviam sceleribus cogitatis, sed manere opperiri que, ut, cum admissa & perpetrata fuerint, ^m tum denique, ubi quæ facta sunt infecta fieri non possunt, pœniantur. Hæc Tiro in Catonem non minus frigide sane quam inaniter. Sed enim Cato non nudam neque solitariam nec ⁿ improtectam hanc epagogen facit: sed multis eam modis ^o præfulcit, multisque aliis argumentis convelat: &, quia non Rhodiensibus magis quam reipublicæ ^p consultabat, nihil sibi dicto factuque in ea re turpe duxit, ^q quin omnium sententiarum via servatum ire socios niteretur. Ac primum ea ^r non incallide conquirit, quæ non jure naturæ aut jure gentium fieri prohibentur, sed jure legum ^s rei alicujus medendæ aut temporis causa justarum: sicut est de numero pecoris & ^t de modo agri præfinito aut ejusmodi aliquo. In quibus rebus, quod prohibitum est fieri, per leges quidem non licet; velle id tamen facere, si liceat, inhonestum non est. Atque eas res ^u contulit seorsum, miscuitque cum eo quod neque facere neque velle per sese honestum est; tum deinde, ^x ne disparilitas collationis evidens fieret, pluribus id propugnaculis defensas: neque tenues istas & ^y enucleatas voluntatum in rebus illicitis reprehensiones, qualia in philosophorum otio disputantur, magnificat; sed id solum summa ope nititur, ut causa Rhodiensium, quorum amici-

INTERPRETATIO.

c damnum accipiat. d nullam subimus pœnam. e nocebit. f hæc duo. g quod plebis decreto veritum fuerat agricolis. h ne gari. i expectare. k magis. l non prevenire crimina meditata. m tandem castigentur, postquam ea quæ facta sunt non possunt non esse facta. n infirmam illam inductionem. o confirmat & exornat plurimis rationibus. p consilium dabit. q con-

nando conservare socios qualicunque ratione omnium opinionum. r non sine inductione. s qua præscripta sunt ad occurrendum aliquibus criminibus, aut propter aliquas occasiones. t de terminis agrorum constitutis, aut similibus rebus. u separatim collegit. x ne dissimilitudo comparationis manifesta appareret, plurimis id argumentis corroborat. y accuratas.

NOTA.

7. Nec Rhodiensibus.] Locum hunc prius legebatur, Rhodiensibus tale erit sic restituit Lambecius ex MS. regio: non quod male fecerunt, &c.

tiam retineri^z ex republica fuit, aut æqua judicaretur, aut quidem certe ignoscenda: atque interim neque fecisse Rhodienses bellum neque facere voluisse dicit; interim autem facta sola censenda dicit atque in iudicium vocanda, sed voluntates nudas inanisque neque legibus neque pœnis fieri obnoxias: interdum autem, quasi deliquisse eos concedat, ignosci postulat, & ^a ignoscencias utiles esse rebus humanis docet; ac, nisi ignoscant, ^b metus in republica rerum novarum movet: sed enim contra, si ignoscatur, conservatum iri ostendit populi Romani magnitudinem. Superbiæ quoque crimen, quod tunc præter cetera in senatu Rhodiensibus objectum erat, mirifica & prope divina responsionis figura ^c elusit & eluit. Verba adeo ipsa ponemus Catonis; quoniam Tiro ea prætermisit. *Rhodienses superbos esse aiunt, id objectantes quod mihi a liberis meis minime dici velim. Sint sane superbi. Quid id ad nos attinet? Idne irascimini si quis superbior est quam nos?* Nihil prorsus hac compellatione dici potest neque gravius neque ^d munitius adversus homines superbissimos facta, qui superbiam in sese amarent, in aliis reprehenderent. Præterea ^e animadvertere est in tota ista Catonis oratione ^f omnia disciplinarum rhetoricarum arma atque subsidia mota esse. Sed non proinde ut in decursibus ludicris aut simulachris præliorum voluptariis fieri videmus; non, inquam, distincte nimis nimisque compta atque ^g modulate res acta est. Sed quasi in ^h ancipiti certamine, cum sparfa acies est, multis locis ⁱ Marte vario pugnatur: sic in ista tum causa Cato, cum superbia illa Rhodiensium famosissima multorum odio atque invidia flagraret, omnibus ^k promisce tuendi atque propugnandi modis usus est: & nunc ut optime meritos commendat; nunc, tamquam si innocentes purgaret, ne bona divitiarumque eorum expetantur, objurgat; nunc etiam quasi sit erratum, ^l deprecatur; nunc ut necessarios reipublicæ ostentat; nunc clementiæ nunc mansuetudinis majorum, nunc utilitatis publicæ commonefacit. Eaque omnia distinctius numerosiusque ac comptius fortasse dici potuerunt: fortius atque vividius potuisse dici non videntur. Inique igitur Tiro Tullius, ^m qui ex omnibus facultatibus tam opulentæ orationis aptis inter sese & cohærentibus parvum quippiam ⁿ nudumque sumsit, quod ^o obtrectaret; tamquam non dignum M. Catone fuerit quod delictorum non perpetratorem voluntates tantum non censuerit pœniendas. Commodius autem ^p erectiusque de his meis verbis, quibus Tullio Tironi respondi modo, existimabit iudiciumque faciet, qui & orationem ipsam Catonis totam acceperit in manus, & epistolam Tironis ad Axium scriptam requirere &

I N T E R P R E T A T I O.

^z profuit reipublica. ^a veniam utilem esse. ^b timorem injicit ne nova turba in republica oriantur. ^c avertit & purgat. ^d validius, ^e notari potest. ^f adhibita esse omnia artificia & argumenta institutionum oratoriarum: sed non velut in scholis & in umbratili exercitatione ad ostensionem

cernimus adhiberi. ^g eleganter res tractata est. ^h ubi dubia est victoria. ⁱ victoria manente incerta. ^k sine discrimine. ^l rogat ne puniantur. ^m inter omnia ornamenta tam splendida orationis inter se se connexa. ⁿ separatim. ^o vituperaret. ^p considerentius.

legere curaverit. Ita enim nos sincerius exploratiusque vel corrigere poterit vel probare.

CAPUT IV.

Cujusmodi servos & quam ob causam Cælius Sabinus juris civilis auctor pileatos venundari solitos scripserit, ^a & quæ mancipia sub corona majorum venierint; atque idipsum, sub corona, quid sit.

^b **P**ileatos servos venum solitos ire quorum nomine venditor nihil præstaret, ² Cælius Sabinus jurisperitus scriptum reliquit. Cujus res causam esse ait, quod hujusmodi conditionis mancipia ^c insignia esse in vendendo deberent, ut emtores errare & capi non possent; neque lex ¹⁰ vendundi ^d oppetienda esset: sed oculis jam perciperent quodnam esset mancipiorum genus. *Sicuti, inquit, antiquitus mancipia jure belli capta ^e coronis induta veniebant, & iccirco dicebantur sub corona venire. Namque ut ea corona signum erat captivorum venalium; ita pileus impositus demonstrabat ejusmodi servos venum dari, quorum nomine emtori venditor nihil ¹⁵ præstaret.* Est autem alia rationis hujus opinio cur dici solitum sit captivos sub corona venundari; quod milites, custodiæ causa, captivorum venalium ^f greges circumstarent: eaque circumstatio militum corona appellata sit; sed id magis verum esse, quod supra dixi, Cato quoque in libro, quem composuit de re militari, docet. Verba sunt hæc Cætonis. ²⁰ *Ut populus sua opera potius ob rem bene gestam coronatus ^g supplicatum eat, quam re male gesta coronatus ^h veneat.*

INTERPRETATIO.

^a Et qui servi juxta consuetudinem antiquorum venditi fuerint sub corona. ^b Cælius Sabinus jurisperitus scriptis tradidit solitos esse vendi servos pileis instructos, de quibus venditor nullam cau-

tionem dabat, si laborarent aliquo vitio. ^c deberent habere aliqua signa. ^d desideranda. ^e coronis ornata vendebantur. ^f circumcingerent turbas. ^g habeat supplicationes. ^h vendatur.

NOTÆ.

1. *Pileatos servos.*] Romanis olim apertum & sine tegmine caput fuit, præterquam in sacris, in ludis, in Saturnalibus, in peregrinatione, & in militia. Unde refert Suetonius Julium Cæsarem ad celandam calvitii deformitatem jus coronæ laureæ perpetuo gestandæ a senatu populoque sibi decretum libenter arripuisse. Quid ergo, dicat aliquis, non caput aperiebant honoris causa? Nempe id tum accidebat, autore Plutarcho in *Questionibus Romanis*, cum forte caput veste injecta tectum haberent. Sape

enim togæ limbum ad defendendum solem, aut ventum, aut pluviam in caput rejiciebant. Cæterum servi cum in libertatem asseriebantur, dicebantur ab pileum vocari: quando autem ita vendebantur ut de moribus illorum nulla daretur cautio, pileum gestabant; quippe qui vel mererentur, vel nimium affectarent libertatem, cujus adeptæ præcipuum insigne fuit pileus.

2. *Cælius.*] Hic Vespasiani temporibus, teste Pomponio, plurimum potuit.

CAPUT V.

Historia de Polo histrione memoratu digna.

Histrion in terra Græcia fuit fama celebri, qui gestus & vocis claritudine & venustate cæteris ^a antistabat. Nomen fuisse aiunt Polum. Tragedias poetarum nobilium ^b scite atque asseverate actitavit. Is Polus unice amatum filium morte amisit. Eum luctum cum satis visus est eluxisse, rediit ad quæstum artis. In eo tempore Athenis ^c Electram Sophoclis acturus gestare urnam quasi cum Orestis ossibus debebat. Ita compositum ^e fabulæ argumentum est, ut veluti fratris reliquias ferens Electra compleret commisereturque interitum ejus qui per vim extinctus existimatur. Igitur Polus lugubri habitu Electræ indutus ossa atque urnam ^e sepulchro tulit filii; ^d & quasi ^e Orestis amplexus opplevit omnia non simulachris neque ^e imitamentis, sed luctu atque lamentis veris & ^f spirantibus. Itaque cum agi fabula videretur, ^g dolor accitus est.

INTERPRETATIO.

^a Prestabat. ^b eleganter & audacter declamavit. ^c tragedia. ^d & quasi tenens urnam Orestis. ^e figmentis. ^f animatis. ^g verus dolor apparuit.

NOTÆ.

1. *Histrion.*] *Histriones*, inquit Festus, dicti quod primum ex *Histris* venerint, actores fabularum personati prodibant in theatrum.
 2. *Electram Sophoclis.*] Sophocles in tragedia cui titulus est *Electra*, inducit Orestem ignotum, qui ad probandam Electræ sororis in se amicitiam, offert ipsi cineres supposititios Orestis de cujus morte nonnihil falso rumore inaudierat. *Electra* cineres, ut putabat, demortui fratris complectens in mirabiles affectus erumpit.
 3. *Orestis.*] Orestes Agamemnonem patrem occisum Clytemnestræ matris nece ultus est.

CAPUT VI.

Quid de quorundam sensuum naturali defectione Aristoteles scripserit.

EX quinque his sensibus quos animantibus natura tribuit, visu, auditu, gustu, tactu, odoratu, quos Græci ὄψιν, ἀκοήν, γεύσιν, ἀφήν, ὄσφρασην appellant, quædam animalium alia alio carent; & aut cæca natura gignuntur aut ^a inora inauritave. Nullum autem gigni animal Aristoteles

INTERPRETATIO.

^a Sine ore, sine auribus.

NOTÆ.

1. *Inora.*] Habetur in editione Accursii inodora: nec id alienum est a mente Aristotelis & ipsius Gellii, qui cum fateatur animalia omnia saltem perfecta gustus sensum habere, nullum sine ore videretur admittere.

dicit, quod aut gustus sensu careat aut tactus. Verba ex libro ejus, quem
 b 2 *περὶ μνήμης* composuit, hæc sunt. ε τὴν δ' ἀφ' ἧς τὴν γούνην πάντα ἐξέει,
 πλὴν ἐπὶ τῆς ἀτελεῖς ζώων.

INTERPRETATIO.

b de memoria. c tactum autem & gustum omnia habent animalia, præter imperfe-
 cta animalia.

NOTA.

2. *Περὶ μνήμης.*] Notat Hartungus lo- | somno & vigilia; minime vero, quod
 cum hunc excerptum esse ex libro de | ait Gellius, ex libro de memoria.

CAPUT VII.

5 *An, affatim, quasi admodum, prima acuta pronuntiandum sit; & qua-*
dam itidem non incuriose tractata super aliarum vocum accentibus.

1 **A**Nnianus poeta, præter ingenii amcénitates, literarum quoque ve-
 terum & rationum in literis b oppido quam peritus fuit: & ser-
 mocinabatur mira quadam & c scita suavitate. Is *affatim*, ut, *admodum*
 2 prima acuta non media pronuntiabat; atque ita veteres locutos censebat.
 10 Itaque se audiente Probum Grammaticum hos versus in Plauri d Cistella-
 ria, legisse dicit.

c *Potin' es tu homo facinus facere strenuum?*
Aliorum est affatim qui faciant. Sane ego
Me volo fortem perhiberier virum.

15 *Causamque esse huic accentui dicebat, quod, affatim, non essent duæ*
partes orationis, sed utraque pars in unam vocem coaluisset; sicuti in eo
quoque, quod exadversum dicimus, secundam syllabam debere acui exi-
stimabat; quoniam una non duæ essent orationis partes; atque ita oportere
apud Terentium legi dicebat in his versibus.

20 f *In quo hæc discebat ludo exadversum loco*
Tonstrina erat quadam.

Addebat etiam quod, *ad*, g præverbium tum ferme acueretur cum signi-
 ficaret *ἐπιτυχόν*, quam intentionem nos dicimus, sicuti *adfabre* & *admodum*
 & *adprobe* dicuntur. Cætera quidem satis commode Annianus. Sed hanc
 25 particulam, *ad*, semper cum h intentionem significaret acui putavit: non id

INTERPRETATIO.

a Indiligenter. b certe maxime versati- | piant. Ego certe volo estimari vir gen-
 tus fuit. c eleganti. d comœdia sic in- | rosus. f erat taberna tonsoris e regione
 scripta. e homo, an potes suscipere factum | loci, in quo hæc docebatur. g præpositio
 egregium? Satis multi sunt qui susci- | posita ante verbum. h amplificationem.

NOTÆ.

1. *Annianus poeta.*] Hic Trajani & | 2. *Prima acuta.*] Romani in syllabarum
 Hadriani temporibus altero post Chri- | tenore ad quantitatem non semper atten-
 stum natum sæculo claruit, | debant, ut patet ex Prisciano.

perpetuum videtur. Nam &, *adpotus* cum dicimus & *adprimus* & *adprime*; intentio his in verbis demonstratur: neque tamen, *ad*, particula satis commode accentu acuto pronuntiatur, *Adprobus* tamen, quod significat *valde probus*, ³ non inficias eo quin prima syllaba acui debeat. Cæcilius in comœdia, quæ inscribitur *TRIUMPHUS*, vocabulo isto utitur.

Hierocles hospes est mihi adolescens adprobus.

Num igitur in istis vocibus, quas nos acui diximus, ea causa est quod syllaba insequitur natura longior, quæ non ferme patitur acui priorem in vocabulis syllabarum plurium quam duarum? *Adprimus* autem *longe primum* L. Livius in *Odyssæa* dicit in hoc versu.

Ibi denique vir summus adprimus Patroclus.

Idem Livius in *Odyssæa præmodum* dicit, quasi *admodum*. *Parcentes*, inquit, *præmodum*. Quod significat *supra modum*; dictumque est quasi *præter modum*: in quo scilicet prima syllaba acui debuit.

INTERPRETATIO.

i non nego.

NOTA.

3. Non inficias eo.] Inficias eo dicendum an inficias? Si per e scribatur, derivabitur ab in & facio, quasi quis se fecisse neget: si per t, ab in & fateor, quasi infiteor, ut ait Festus.

CAPUT VIII.

Res ultra fidem tradita super amatore delphino & puero amato.

Delphinos Venerios esse & amafios non modo historia veteres sed recentiores quoque memoriam declarant. Nam & sub Cæsaribus, in Puteolano mari, ut Apion scriptum reliquit, & aliquot sæculis apud Naupactum, ut Theophrastus tradidit, amatores flagrantissimi quidam delphinorum cogniti compertique sunt. Neque ii amaverunt, quod sunt ipsi genus, sed pueros forma liberali in naviculis forte aut in vadis litorum conspectos miris & humanis modis arserunt. Verba subscripti

INTERPRETATIO.

a Salaces & amatores. b historia. c alios delphinos qui sunt ejusdem speciei. d amaverunt supra modum.

NOTÆ.

1. Delphinos Venerios.] Inter alia quæ de delphinis plurima traduntur commentitia, etiam innatus ille in pueros amor referendus est, ut ridiculum illud prætermittam, Simonis nomen eis gratum esse, quoniam simi sunt. Delphinum Galli vocamus marinum suam corrupta voce *Marsöin*.

2. Sub Cæsaribus.] Id Plinius refert accidisse sub Augusto, qui uno antequam Gellius floreret, sæculo imperavit.

3. Puteolano mari.] Puteoli urbs Campaniæ in Italia ad mare posita: alias *Dicæarchia*, nunc dicitur *Puzzole*.

4. Naupactum.] Naupactus urbs Achaïæ ad sinum Corinthiacum hodie *Lepante* appellatur, ingenti Turcarum clade celebris. A navibus ibi compactis, ut ait Strabo lib. IX. nomen habuit, sive ibi *Heraclidæ* classem fabricati sint, sive iis priores *Locri*, quod Ephorus putat.

Apionis eruditi viri ex Ægyptiacorum libro quinto: quibus delphini amantis & pueri non abhorrentis consuetudines, lusus, gestationes, aurigationes refert; eaque omnia sese ipsum multosque alios vidisse dicit. ^e *ὃν εἶδον παρὶς Δικαιάρχου δελφίνα ἐράωντα παιδός, καὶ παρὶς παιδικῶν ἐπισημίων φωνῶν. ἀτὰρ οἷον καὶ ἀρρανηχόμενος ὁ ἰχθύς ἀνέφερχτο τὸν παῖδα ἐπὶ τὸν νάπη, καὶ τὰς ἀκροτάς ἀπεισέλλων, ἵνα μὴ τὸν ποδύμνον χεῖρα ἀμύξειε, καὶ ἰππῶν ἀπεισέλικηκὸτα μέχρι δ' ἀνακισίων ἀνῆγα σταδίων· ἐξέχευτο δ' ἄρα ἢ Ρώμῃ καὶ πᾶσι ἢ Ἰταλίᾳ διαίσαδμιν ἰχθύον νηχόμενον ὑπὸ ἔσποτος.* Ad hæc adjicit rem non minus mirandam. Postea, inquit, idem ille puer delphino amœnus morbo affectus ^f obiit suum diem. At ille amans; ubi sæpe ad litus solitum adnavit, & puer qui in primo vado adventum ejus ^g opperiri consueverat, nusquam fuit; ^h desiderio tabuit exanimatusque est; & in litore jacens, inventus ab his qui rem cognoverant, in sui pueri sepulchro humatus est.

INTERPRETATIO.

^e & ipse igitur vidi prope Dicaarchiam delphinum amatorem pueri, & ad puerilem advolantem vocem. Igitur & adnascans piscis admittebat puerum dorso, & aculeos pinna recondebat, ut ne amabile corpus dilacerarent, & quasi equo

invectum ad ducenta duxit stadia; exhibat igitur Roma & omnis Italia ad videndum piscem natantem ex amore pueri, f mortuus est. g expectare. h dolore exaruit & mortuus est.

NOTA.

^g. Διακισίων σταδίων.] Stadium spatium est 125. passuum, sexdecim stadia leucam Gallicam conficiunt: unde ducenta

stadia ad duodecim circiter leucas nostrates revocantur.

CAPUT IX.

15 Peposci & memordi, pepugi, & spepondi, & cecurri plerosque veterum dixisse, non uti postea receptum est dicere, per, o, aut per, u, literam in prima syllaba positam, sed per, e, atque id Græca rationis exemplo dixisse: præterea notatum, quod viri non indocti neque ignobiles, a verbo descendo non descendi, sed descendidi dixerunt.

20 **P**eposci, momordi, pupugi, cucurri, probabiliter dici videntur: atque ita nunc omnes ferme doctiores hujuscemodi verbis utantur. Sed Q. Ennius in Satyris, memorderit, dixit per, e, literam, non momorderit. Meum, inquit, non est; at si me canis memorderit. Item Laberius in^a Gallis. De integro patrimonio meo centum milia nummum ^b memardi. Item idem Laberius in^c Coloratore.

25

Itaque levi

Pruna percoctus simul sub dentes mulieris

INTERPRETATIO.

^a Comœdia quæ dicitur Galli, ^b consumpsi, ^c comœdia quæ inscripta est Colorator.

Veni, bis ter memordit.

Item P. Nigidius de animalibus libro secundo. *Serpens si memordit, gallina deligitur & opponitur.* Item Plautus in Aulularia. *Admemordit hominem.* Sed idem Plautus in Trigemini non *pramordisse* neque *pramordisse* dixit, sed *pramorssisse*.

Ni fugissem, inquit, medium, credo, pramorssisset.

Item ² Atta in Conciliatrice. *Ursum se memordisse autumat.* *Peposci* quoque non *poposci* Valerius Antias libro Annalium quadragesimo quinto scriptum reliquit. Denique Licinius tribunus plebei ^d perduellionis ei diem dixit, & comitiis diem a Q. Marcio pretore peposcit. *Pepugero* æque Atta in *Ædilia* dicit. Sed si *pepugero*, metuet. Alium quoque Tuberonem libro ad C. Oppium scripto *occecurrit* dixisse Probus annotavit, & hæc ejus verba apposuit. Si generalis species *occecurrit*. Idem Probus Valerium Antiatem libro *historiarum* duodecimo *speponderant* scripsisse annotavit; verbaque ejus hæc posuit. Tib. Gracchus, qui *questor* C. Mancino in Hispania fuerat, & ceteri qui pacem *speponderant*. Ratio autem dictionum hæc esse videri potest: quoniam Græci in quadam specie *præteriti* temporis, quod *παρεκείμενον* appellant, secundam verbi literam in, ε, plerumque vertunt, ἔφαθον ἔφαθα, πείω πείωκα, λέλω λέλαληκα, κέρτω κηρέτηκα, λούω λέλουκα. Sic ergo *mordeo* memordi, *posco* peposci, *tendo* tetendi, *tango* tetigi, *pungo* pepugi, *spondeo* spepondi, *curro* cecurri, *tollo* tetuli facit. Sic & M. Tullius & C. Cæsar *mordeo* memordi, *pungo* pepugi, *spondeo* spepondi, dixerunt. Præterea inveni a verbo *scindo* simili ratione non *sciderat* sed *scesciderat* dictum esse. L. Attius in ³ *Sotadicorum* libro primo *scesciderat* dixit. Verba hæc sunt.

INTERPRETATIO.

d assignavit ipsi diem quo dilueret | facio, feci: loquor, loquutus sum: te-
crimen rebellionis. e scribo, scripsi: | neo, tenui: lavo, lavi.

NOTÆ.

1. Gallina deligitur.] Ferunt gallinam nigram, si viva discerpatur & recenti vulnere admoveatur, præsentem remedium serpentum morsus sanare.

2. Atta.] Q. Atta scripsit comædias, quas cum sæpius citent grammatici, probabile est aliquo fuisse in pretio, tamen ejus fabulas ut indignas carpere Horatius in arte poetica videatur. Attæ cognomen, ut tradit Nonius, illis fuit impositum qui eo pedum vitio laborabant, ut magis inniterentur plantis quam libere ambularent. Obiisse Romæ & in via Prænestina sepultus fuisse dicitur Olymp. cLXXIV. an. III. ante Christum lxxxii.

3. Sotadicorum.] Sotadicorum verbum autor fuit Sotades vir turpissimus,

quibus versibus omnes nefandarum libidinum species describit. Sotadicum aut Sotadæum carmen pedes habet septem, ut observavit Atilius Fortunatianus in Arte. Primus spondeus, secundus iambus, tertius spondeus, quartus iambus, quintus & sextus tribrachys, ultimus spondeus. Potest totus constare ex metris trochæis. Sotadici versus etiam dicuntur reciproci, cum voces omnes ordine retrogrado versum pariter conficiunt, hic enim versus,

Musa mihi causas memora quo numine lasso.

si recurrat,

Lasso numine quo memora causas mihi musa, Sotadicus est.

Non ergo aquila ita, uti predicant, ^f scisciderat pectus. Ennius quoque & Valerius Antias, in libro historiarum septuagesimo quinto, verba hæc scripsit. Deinde funere locato ad forum descendidit. Laberius quoque in Catulatio ita scripsit.

§ Ego mirabar quomodo mamma mihi descendiderant.

INTERPRETATIO.

f discerperat.

CAPUT X.

Ufuscapio & copulate & recto vocabuli casu dicitur; ita pignoriscapio conjuncte & eadem vocabuli forma dictum est.

10 **U**T hæc ^a ususcapio dicitur copulato vocabulo, a, litera in eo ^a tractim pronunciata; ita pignoriscapio junctæ sunt partes, & producte dicebatur. Verba Catonis sunt ex primo epistolicarum quæstionum, Pignoriscapio ob ² es militare, quod es a tribuno ærario miles accipere debebat, vocabulum seorsum fit. Per quod satis ^b dilucet hanc capionem posse dici, quasi hanc capionem, & in usu & in pignore.

INTERPRETATIO.

a Longa. b apparet.

NOTÆ.

1. Usucapio.] Est acquisitio vel ad- quod lege definitur.
jectio domini confirmata, cum | 2. Æs militare.] Vide notas in cap.
quis rem possedit per id omne tempus VIII. lib. I.

CAPUT XI.

15 *Neque levitatem neque nequitiam ea significatione esse, qua in vulgi sermonibus dicuntur.*

20 **L**evitatem plerumque nunc pro inconstantia & mutabilitate dici audio, & nequitiam pro sollertia astutiaque. Sed veterum hominum qui proprie ^a atque integre locuti sunt leves dixerunt, quos vulgo nunc viles & nullo honore dignos dicimus; & levitatem appellaverunt proinde quasi *visitatem*. & nequam hominem ^b nulli rei neque frugis bonæ; quod genus ^c Græci fere ^d ἀσωτον ἢ ἀκόλασον ἢ ἀχρεῖον ἢ ἀχρησον ἢ κακότροπον ἢ μαερόν dicunt. Qui exempla horum verborum requirit, ne in libris nimis remotis quærat, inveniet ea in M. Tullii ^e secunda Antonianarum. Nam, cum genus quoddam

INTERPRETATIO.

a Pure. b hominem nihili & virtutis expertem. c hominum, d dissolutum, aut effrenatum, aut inutilem, aut ineptum, | aut male moratum, aut sordidum. e secunda Philippica.

fordidissimum vitæ atque victus M. Antonii idem demonstraturus esset, quod in caupona delitesceret, quod ad vesperum perpotaret, quod ore involuto iter faceret ne cognosceretur; hæc & alia ejusmodi cum in eum dicturus esset, *Videte*, inquit, *hominis levitatem*. Tamquam prorsus ista dedecora hoc vitio in homine notarentur. At postea cum in eundem Antonium 5 probra quædam alia ludibriosa & turpia ingessisset, ad extremum hoc addidit. *O hominem nequam! Nihil enim magis proprie possum dicere*. Sed ex eo loco M. Tullii verba ^f compluscula libuit ponere. *At videte levitatem hominis. Cum ¹ hora diei decima fere ad ² saxa rubra venisset, deliuit in quadam cauponula; atque ibi se ^g occulens perpotavit ad vesperum. inde ^h cisto celeriter ad urbem advectus domum venit ore involuto. Fanitor rogat, Quis tu? A Marco tabellarius. Confestim ad eam, cujus causa venerat, deducitur; eique epistolam tradit. Quam illa cum legeret flens (erat enim scripta amatorie: ¹ caput autem literarum hoc erat; sibi cum illa ³ mima posthac nihil futurum; omnem se amorem abjecisse illius atque in ^k hanc transfudisse) cum mulier fleret uberius; homo misericors ferre non potuit: caput ¹ aperuit: in collum invasit. O hominem nequam. Nihil enim magis proprie possum dicere. Ergo ut te ⁴ catamitum necopinato cum ostendisses præter spem mulier aspiceret, iccirco urbem terrore nocturno, Italiam multorum dierum metu perturbasti? Consimiliter Q. quoque Claudius in primo annualium, nequitiam appellavit luxum vitæ prodigum effusumque in hisce 20 verbis. *Per-suadenti cuidam adolescenti Lucano, ^m qui apprime summo genere gnatus erat, sed luxuria & nequitia pecuniam magnam consumserat. M. Varro in libris de lingua Latina, Ut ex non & volo, inquit, nolo fit; sic ex ne & quicquam, media ⁿ extrita syllaba, compositum est, nequam. 25 P. Africanus pro se contra Tib. Afellum de multa ad populum. Omnia mala, probra, flagitia, quæ homines faciunt in duabus rebus sunt; malitia atque nequitia. ^o utrum defendis, malitiam, an nequitiam, an utrumque simul? Si nequitiam defendere vis; licet. Sed tu in uno scorto majorem pecuniam absumpsisti, ^p quam quanti omne instrumentum fundi Sabini in censum dedicavisti. Ni hoc ita est; ^q qui spondet mille nummum? Sed tu plus 30 tertia parte pecunie paterne perdidisti atque absumpsisti in flagitiis. Ni hoc**

INTERPRETATIO.

fpaulo plura. g delitescens. h vehiculo | negas in te esse. p quam censori dixisti
duabus rotis instructo. i summa epistola | astimari supellectilem omnem agri Sa-
hac erat. k in Fulviam. l detexit. m qui | bini. q Quis vult deponere mille num-
maxime nobilis erat. n sublata. o utrum | mos, nisi hoc ita sit?

NOTÆ.

1. Hora diei decima.] Duabus horis | ubi trecenti Fabii cecidere. Nunc autore
ante noctem. Solebant enim antiqui, | Celso Cittadino dicitur *Grotta Rossa*.
ut jam superius annotavimus, diem duo- | 3. Mima.] Fuit illa Cytheris sive Vo-
decim in partes æquales dividere, & | lumnia mima.
sepissime non a media nocte, sed ab ortu | 4. Catamitum.] Catamitus, si Festo
solis horas numerare. | credimus, dictus est pro Ganymede qui
2. Saxa rubra.] Saxa rubra Romam | Jovi in amoribus erat. Eum significat
inter ac Veios sita fuere ad Cremeram, | qui alterius libidinibus servit.

ita est; qui spondet mille nummum? ¹ Non vis nequitiam. Age malitiam saltem defende. Sed ² tu ³ verbis conceptis conjuravisti sciens sciente animo tuo: ni hoc ita est; qui spondet mille nummum?

INTERPRETATIO.

¹ Non vis convinci tuam nequitiam. ² tu prudens & sciens expressa verborum formula pejerasti.

NOTA.

³ *Verbis conceptis.*] Qui juramentum concipiebat, quandam proponebat verborum formulam, in qua conceptum erat juramentum. Neque id satis; solebat illa formula prælegi, atque hinc aliquando, ut hoc loco, dicebantur conjurare quiprius lectam juramenti formulam jurando repetebant.

CAPUT XII.

De tunicis^a chiridotis; quod earum usum P. Africanus Sulpicio Gallo objecit.

§

¹ **T**unicis uti virum prolixis ultra brachia & ^b usque in primores manus ac prope in digitos, Romæ atque omni in Latio indecorum fuit. Eas tunicas Græco vocabulo nostri ² chiridotas appellaverunt: feminisque solis vestem longe lateque diffusam decoram existimaverunt, ad ulnas curaque; ^c adversus oculos protegenda. Viri autem Romani primo quidem sine tunicis toga sola amicti fuerunt; postea ^d substrictas & breves tunicas citra humerum desinentes habebant, quod genus Græci dicunt ³ ἐξωπίδας. Hac antiquitate inductus P. Africanus Pauli F. vir omnibus bonis artibus atque omni virtute præditus P. Sulpicio Gallo, homini delicato, inter pleraque alia quæ objectabat id quoque probro dedit, quod tunicis uteretur manus totas operientibus. Verba sunt hæc Scipionis. *Nam qui quotidie ^e unguentatus adversum speculum ornetur, cujus supercilia radantur, qui ^f barba volva feminibusque subvolvis ambulet, qui in convivii adolescentulum cum amatore cum chiridota tunica ⁴ inferior accubuerit, qui non modo vint-*

INTERPRETATIO.

^a *Manicatis* b usque ad commissuram manus cum brachio. ^c tegenda oculis. ^d succinctas. ^e delibutus odoribus se ornat ad speculum. ^f habens barbam vulsam & pilos coxarum avulsos.

NOTA.

¹ *Tunicis.*] Tunica vestis erat Romanorum interior, quam habere talarem ac manicatam flagitium veteres ducebant.

² *Chiridotas.*] Χειριδόται, vel χροδοτόται, quas Tullius manicatas tunicas, Plautus manuleatas appellat. Deductum a dictione Græca χείρ manus vocabulum, quod ad manus extendantur ejusmodi vestes.

³ *Εξωπίδας.*] Quæ non pertinent ul-

tra humerum: ἄνωσ Græce humerus.
⁴ *Inferior accubuerit.*] Inferior locus in convivii, quod esset in medio lecto, si plures essent instructi, censebatur honoratior cæteris. Unde & Sallustius in fragmentis lib. III. Histor. refert in convivio Sertorium inferiorem discubuisse. Subinde tamen longe alius fuit convivarum mensis accumbentium ordo, ut animadvertimus in notis ad c. II. lib. II.

*ſus ſed & viroſus quoque ſit; eumne quiſquam dubitet quin idem fecerit quod
h^o cinedi facere ſolent?* Virgilius quoque tunicas hujusmodi, quaſi ſcemi-
neas ac probroſas criminatur.

⁵ *Et tunica, inquit, manicas & habent¹ redimicula⁶ mitra.*

Quintus quoque Ennius Karthaginienſium tunicatam juventutem non vi-
detur ſine probro dixiſſe.

INTERPRETATIO.

g *impurus, h impudici, i ligamina.*

NOTÆ.

5. *Et tunica, &c.*] Numanus Troja-
nis exprobrabat molliem, cujus argu-
mentum ducebat a veſtitu.

6. *Mitra.*] Mitra, ut ex hoc Virgilio
loco colligitur, pertinebat ad mulieres
tantum aut effœminatos: redimicula
autem vincula erant quibus mitræ capiti
impoſita religabantur ad mentum.

CAPUT XIII.

Quem clafficum dicat M. Cato, quem infra claffem.

Claſſici dicebantur non omnes qui in¹ claffibus erant, ſed primæ tan-
tum claffis homines, qui² centum & viginti quinque milia æris am-
pliusve² cenſi erant. *Infra claffem* autem appellabantur ſecundæ claffis
cæterarumque omnium claffium, qui minore ſumma æris, quam ſupra
dixi, cenſebantur. Hoc eo ſtrictim notavi, quoniam in M. Catonis ora-
tione, qua³ Voconiam legem ſuaſit, quæri ſolet quid ſit *clafficus*, quid
infra claffem.

INTERPRETATIO.

a *Habebant in redditus annuos.*

NOTÆ.

1. *Claffibus.*] Servius Tullius VI. rex
Romanorum Urbem pro ratione cenſus,
diviſit in quinque partes, qua claffes
appellatæ ſunt.

2. *Centum viginti quinque millia æris.*]
Centum viginti quinque millia æris ſive
aſſium Romanorum, ſi ad noſtratam
monetam revocentur, conficiunt 3250.
libras Francicas.

3. *Voconiam legem.*] Quam coſſ. Cn.
Servilio Cæpione, & Q. Marrio Phi-
lippo anno U. C. 101xxxv. ante Chri-
ſtum clxix. tulit Q. Voconius Saxa
Aricinus tribunus plebis, ſuadente M.
Catone cenſorio. Ea cautum erat, ut ex
Dionis lib. lvi. conſtat, ne quis hæredem
relinqueret filiam ſupra HS. xxv. M. Quæ
ſumma Gallicas libras conficit 1199.

CAPUT XIV.

De tribus dicendi generibus : ac de tribus philosophis qui ab Atheniensibus ad senatum Romanum legati missi sunt.

ET in carmine & in soluta oratione genera dicendi probabilia sunt tria, quæ Græci ^a *χαεαυήεις* vocant, nominaque eis fecerunt apponi, *ἀδρὸν*, *ἰσχυρὸν*, *μέσον*. Nos, quem primum posuimus, *uberem* vocamus, secundum ^b *gracilem*, tertium *mediocrem*. *Uberi* dignitas atque amplitudo est, *gracili* venustas & subtilitas; *medius* in confinio est utriusque modi particeps. His singulis orationis virtutibus viria ^c agnata sunt pari numero, quæ earum modum & habitum simulachris fallis ementuntur. Sic plerumque sufflati atque tumidi fallunt ^d pro uberibus, ^e squalentes & jejuni dicti pro gracilibus, incerti & ambigui pro mediocribus. Vera autem & propria hujuscemodi formarum exempla in Latina lingua M. Varro esse dicit, ubertatis Pacuvium, gracilitatis Lucilium, mediocritatis Terentium. Sed ea ipsa genera dicendi jam antiquitus tradita ab Homero sunt tria in tribus; magnificentum in Ulyxe & ubertum, subtile in Menelao & cohibitum, mixtum moderatumque in ² Nestore. Animadversa eadem ^f tripartita varietas est in tribus philosophis, quos ³ Athenienses Romam ad senatum populumque Rom. legaverant & impetratum, uti multam remitterent, quam fecerant propter ⁴ Oropi vastationem. Ea multa fuerat ⁵ talentum fere quingentum. Erant isti philosophi ⁶ Carneades ex Academia, Diogenes Stoicus, Critolaus Peripateticus. Et in senatum quidem introducti interprete usi sunt C. Acilio senatore. Sed ante ipsi teor-

INTERPRETATIO.

^a *Formas.* ^b *tenuem.* ^c *proxima sunt.* ^d *dum putantur copiosi.* ^e *inculti & aridi.* ^f *triplex.* ^g *ad obtinendum, ut conderetur poena pecuniaria, qua fueras imposita propter, &c.*

NOTÆ.

1. *Menelao.*] Menelaus Agamemnonis frater, unus ex heroibus, quos Homerus loquentes inducit in Iliade.

2. *Nestore.*] Heros alter apud Homerum fuit Nestor dexteritate, eloquentia, ac prodigiosa diurnitate vitæ celeberrimus.

3. *Athenienses legaverant, &c.*] Tempus hujus legationis Cicero Academicarum quæstionum libro IV. refert ad P. Scipionem, & M. Marcellum cos. qui anno Urbis DCXCIX. ante Christum CLV. rep. administrarunt. Gellius lib. XVII. cap. ult. temporibus belli Punicæ secundi: Pausanias in Achaicis anno

U. C. DCIII. assignat.

4. *Oropus.*] Est Bœotix civitas, *Zucamini* Zardo, *Susamino* Nardo.

5. *Talentum fere quingentum.*] Quingenta talenta Attica nostris calculis expensa æstimantur 525000. libris Gallicis. Singula enim talenta Attica, quod supra jam notavimus, 1050. libras nostrates valent.

6. *Carneades, Diogenes, &c.*] Tres istos e Græcia legatos Cicero summis laudibus passim extollit. Diogenes is est Babylonius qui bello Punico secundo publici negotii causa ab Atheniensibus Romam missus est.

sum quoque quisque ostentandi gratia magno conventu hominum dissertaverunt. Tum admirationi fuisse aiunt 7 Rutilius & 8 Polybius philosophorum trium sui cujusque generis facundiam. ^h Violenta, inquit, & rapida Carneades dicebat, ⁱ Icita & teretia Critolaus, ^k modesta Diogenes & sobria. ^l Unumquodque autem genus, ut diximus, cum caste pudiceque ornatur, fit illustrius; cum fucatur atque praelinitur, fit praestigiosum.

INTERPRETATIO.

^h acri & vehementi modo. ⁱ eleganti ac polita varione. ^k modeste ac temperate. ^l singula dicendi genera, cum adhibentur in sua puritate, fiunt praelariora; cum nimis affectato artificio perpoliuntur, praestringunt tantum aciem ingenii.

NOTÆ.

7. Rutilius.] P. Rutilius Rufus anno U. C. DCXLIX. ante Christum CV. gefsit cum Cb. Mallio consularum: tum de vita sua, tum de bello Numantino scripsit vir quo neque sanctior quisquam neque integrior in Urbe erat.

8. Polybius.] Græcus scriptor historiam

suam *ἑθολογίην* sive universalem appellat, quod, etsi præcipue Romanorum, exterarum tamen gentium res complectatur. Natus est Olymp. cxliiii. anno iv. U. C. iol. ante Christi ortum cciv.

CAPUT XV.

Quam severe moribus majorum in ^a fures vindicatum sit, & quid scripserit Mucius Scævola super eo quod ^b servandum datum commendatumve esset.

Labeo, in libro de duodecim tabulis secundo, ^c acria & severa iudicia de furtis habita esse apud veteres scripsit: idque Brutum solitum dicere, furti damnatum esse, qui jumentum ^d aliorum duxerat quam quo utendum acceperat; item qui longius produxerat, quam quem in locum petierat. Itaque Q. Scævola in librorum, quos de jure civili composuit, sextodecimo verba hæc posuit. *Quod cui servandum datum est, si id usus est; sive, quod utendum acceperit, ad aliam rem atque acceperit usus est, furti se obligavit.*

INTERPRETATIO.

^a Latrones puniti fuerint. ^b ut custodiretur. ^c graves & rigidas sententias latas esse in furta. ^d in alium locum, quam in eum ad quem acceperat, &c. ^e rem est furti.

CAPUT XVI.

Locus exscriptus ex satyra M. Varronis, qua^a *ἡ δὲ ἐπεὶ ἐδεσφόρων* inscripta est de peregrinis ciborum generibus; & appositi versus Euripidi, quibus deliciorum hominum^b luxuriantem gulam confutavit.

9 **V**arro in Satyra, quam *ἡ δὲ ἐπεὶ ἐδεσφόρων* inscripsit, lepide admodum & scite factis versibus cœnarum ciborumque exquisitas delicias comprehendit. Nam pleraque id genus, quæ helluones isti terra & mari conquirunt exposuit, c^c inclusitque in numeros senarios. Et ipsos quidem versus, cui otium erit, in libro, quo dixi, positos legat. Genera autem nominaque edulium & domicilia ciborum omnibus aliis præstantia, quæ^d profunda ingluvies vestigavit, quæ Varro opprobrians exsecutus est, hæc sunt ferme, quantum nobis memoriæ est. Pavus e Samo,¹ Phrygia attagena,² grues Melicæ, hædus ex Ambracia,³ Pelamys Calchedonia,⁴ muræna Tartessia,⁵ aselli Pessinuntii, ostrea Tarentina,⁶ pectunculus Chius,⁷ ellops Rhodius,⁸ scari Cilices,

INTERPRETATIO.

a De cibis. b prodigam aviditatem pedes habentibus. d profusa intemperantia conquirit. c retulit versibus iambicis sex

NOTÆ.

1. Attagena.] Quæ & attagen dicitur, avis est Asiatica præcipui saporis, quæ mensis nobilium apponebatur. Unde Martialis lib. XIII.

Inter sapes fertur alitum primus
Ionicarum gustus attagenarum.

2. Grues Melicæ.] Melos est insula Cretici maris, ubi grues summo erant in pretio.

3. Pelamys.] Piscis nomen habet, ut Aristoteles & Plinius tradunt, *παλατόν* quod in cœno se abdat; quamvis Plutarchus sed falso dici velit *δία τὸ πέλαιον ἕμα*, quod ejusmodi pisces gregatim degant. Cum annum excessit, thynnus, vel etiam thunnus Gall. *Thon* appellatur. Porro Calchedonia nuncupatur a Calchedone urbe in Asia ad Bosphorum Thracium, ubi frequentes erant pelamydes.

4. Muræna Tartessia.] Muræna longitudine similis anguillæ & notis albicantibus distincta. dicta est Tartessia a Tartesso urbe Hispaniæ, prope ostium Bætis fluvii, ubi reperiebantur ejusmodi pisces.

5. Aselli.] Genus piscium cujus nomen Varro quidem ab asini colore, Opianus autem a segnitie deductum putat. Gallice *Morue* Pessinuntii dicuntur ab urbe Phrygiæ Pessinunte.

6. Pectunculus Chius.] Ad insulam Chium in Ægæo mari piscis est delicatissimus exiguus pecten sive pectunculus, ostreo non multum absimilis. Ab aliis *petoncle*, ab aliis *coquille de S. Jacques* Gallice nuncupatur.

7. Ellops.] Commune piscium nomen, qui sic dicuntur quod muti sint, *ἄφω* & *ἄφωτος τὸν ὄνον* quod voce priventur, peculiari pisci adhæsit, quem certe dignoscere difficilis est operæ. Athenæo videtur esse piscis sacer, anthias & callionymus. Apion censet accipenserem esse: refragatur Plinius ex Ovidii sententia, & ellopem dicit esse Romanorum undis incognitum, adeoque falli eos qui eundem accipenserem existimant.

8. Scari Cilices.] Scarum piscem nobilissimum, quem Ennius *cerebrum* *fovis* appellat, ad Ciliciam *Asiæ* minoris re-

9 nuces Thasiæ, 10 palma Ægyptia, 1 glans Hiberica. Hanc autem e peregrinantis gulæ & in succos infuetos inquirentis industriam atque has f undique vorsum indagines cupediarum majore detestatione dignas censebimus, si versus Euripidi recordemur, quibus utebatur sæpissime Chrysi-
pus philosophus, tamquam edendi irrationes quasdam repertas esse, non per usum vitæ necessarium, sed per luxum animi s parata atque facilia fastidientis, per improbam satietatis h lasciviam. Versus Euripidi adscribendos putavi.

Ἐπεὶ τὴν δὲ βροτοῖσι, πλὴν δεῖν μόνον,
Δημήτερος ἀκτῆς, πώματος δ' ἑδρηχόου,
Ἄνε παρῆσι καὶ πέφυχ' ἡμῶς τρέφειν
Ὡς οὐκ ἀπαρκεῖ πηλοσωνή, τρυφῆ δέ τοι
Ἄλλων ἐδεσῶν μνηχάραις ἀνεφύβη.

INTERPRETATIO.

e peregrinantis aviditatis. f has dapes ex omnibus locis accersitas. g cibos facile parabiles respuentis. h prodigiam.

i Et quid opus est mortalibus, nisi duobus tantum

Cereris frugibus, poculoque aqua

qua adsunt, & facta sunt ad nos nutriendos.

Quorum non est satietas: deliciae vero aliorum esculentorum subsidia quarimus.

NOTÆ.

gionem piscantur, & unum herbis vesci ferunt, adeoque ab Aristotele *μάρμαρα ru-*
minalem dici. Eum Octavius præfectus classis cum videret adeo litoribus Italicis ignotum, ut nec nomen Latinum hujus piscis haberetur, incredibilem scarorum multitudinem vivariis navibus huc advectam inter Hostiam & Campaniam litus in mare sparsit, miroque ac novo exemplo pisces in mari tanquam in terra fruges aliquas feminavit, & quinqueennio dedit operam ut, si quis inter alios pisces forte caperet scarum, incolumem confestim mari redderet. *Macrobius*.

9. *Nuces Thasiæ.*] *Nux Græca*, inquit *Macrobius* lib. II. Saturn. *Hæc est quæ & amygdale dicitur: sed & Thasiæ ea-*

dem vocatur, nimirum ab insula maris Ægæi Thaso quæ etiamnum *Tasso* dicitur teste *Sophiano*, & Thraciæ adjacet inter ostia *Nessi* & *Strymonis*.

10. *Palma Ægyptia.*] *Palma* in Italia sterilis est arbor, in Hispania fructum fert sed immitem, dulcem in Africa, ut tradit *Plinius*. Ceterum palmæ fructus dactyli vocantur, quod cum ipsa arbor manum aliquatenus referat, ipsi fructus digitorum quos Græci dactylos vocant, similes sint.

11. *Glans Hiberica.*] Cujus nomine nonnulli *avellanas* in Hispania, quæ est *Hiberia*, maxime esculentas intelligunt.

CAPUT XVII.

Sermo habitus cum grammatico insolentiarum & imperitiarum pleno de significatione vocabuli, quod est obnoxius; deque ejus vocis origine.

15

Percunctabar Romæ quempiam grammaticum primæ in docendo celeberritatis, non hercle experiundi vel tentandi gratia, sed discendi

INTERPRETATIO.

a Quarebam a quodam grammatica doctore magni nominis, non certe ut periculum facerem ejus doctrinæ,

magis studio & cupidine, quid significaret ^a *obnoxius*, quæque ejus vocabuli origo ac ratio esset. Atque ille adspicit me illudens levitatem quæstionis parvitatemque: Obscuram, inquit, sane rem quæris, multaque prorsus vigilia indagandam. Quis adeo tam linguæ Latinæ ignarus est, qui nesciat eum dici *obnoxium*, ^b cui quid ab eo, cui esse *obnoxius* dicitur, incommodari & noceri potest ei, qui habeat aliquem noxæ, id est, culpæ suæ conscium. ^c Quin potius, inquit, hæc mittis nugalia, & affers ea quæ digna quæri tractarique sint? Tum vero ego permotus agendum jam ^d oblique, ut cum homine stulto, existimavi: Et cetera, inquam, vir doctissime, & graviora remotioraque si discere & scire debuero, ^e quando mihi usus venerit, tum quæram ex te atque discam. Sed enim quia dixi sæpe *obnoxius* & quid dicerem nescivi; didici ex te & scire nunc cæpi quod non ego omnium solus, ut tibi sum visus, ignoravi; sed, ut res est, Plautus homo linguæ atque elegantię in verbis Latinæ princeps quid esset *obnoxius* nescivit. Versus enim est ^f in Stichus illius ita scriptus.

Nunc ego Hercle ^g perii plane, non obnoxie.

Quod minime congruit cum ista, quam me docuisti, significatione. Composuit enim Plautus tamquam duo inter se contraria *plane* & *obnoxie*. ^h Quod a tua significatione longe abest. At ille grammaticus satis ridicule, quasi *obnoxius* & *obnoxie* non declinatione sola, sed re atque sententia differrent, Ego, inquit, dixi quid esset *obnoxius*, non quid *obnoxie*. At tunc ego admirans insolentis hominis inscitiam, Mittamus, inquam, sicuti vis, quod Plautus *obnoxie* dixit, si id esse nimis remotum putas; atque illud quoque prætermittamus quod Sallustius ⁱ in Carilina scribit, *Minari etiam ferro ni sibi ^j obnoxia foret*: & quod videtur ^k notius per-vulgatius esse, id me doce. Versus enim Vergilii sunt notissimi.

^l *Nam neque tunc astris acies obtusa videri,*

Nec fratris radiis obnoxia surgere luna.

^m Quod tu ais, ⁿ culpa suæ conscium; alio quoque loco Vergilius verbo isto utitur, a tua sententia diverse his versibus.

INTERPRETATIO.

^b qui accipere potest incommodum & ^c damnum ab eo cui dicitur esse *obnoxius*. ^d cur non omittis has ineptias? ^e dissimulanter. ^f cum opus mihi fuerit. ^g in comœdia inscripta Stichus. ^h in historia de conjuratione Catilinae. ⁱ h *subditis*. ^j Etenim eo tempore splendor siderum non apparet obscurus, neque luna videtur oriri dependens a luce solis. Tantus est lunæ fulgor. ^k *obnoxium* significat.

NOTÆ.

1. *Obnoxius*.] Plurimas hoc nomen habet notiones. Aliquando accipitur eo sensu quem exposuit ille grammaticus, aliquando significat idem quod expositurus, obediens, obligatus, indigens, noxius, ut ex reliquo capite facile est colligere.

2. *Perii non obnoxie*.] *Obnoxie* petit, cujus fortunæ non funditus evertuntur, sed qui ita multatur, ut alteri maneat subiectus.

3. *Notius*.] Sic legit ex MS. vestigiis Lambecius. in cæteris editionibus habetur *vobis pervulgatius*, &c.

¹ *juvat arva videre*

Non rastrois hominum non ulli obnoxia cura.

Cura enim prodesse arvis solet non nocere, quod tu de *obnoxio* dixisti. Jam vero illud etiam Q. Ennii quo pacto ^m congruere tecum potest, quod scribit in ^a *Phœnice* in hisce versibus?

Sed virum vera virtute vivere animatum addeceat,

^o *Fortiterque innoxium vacare adversus adversarios.*

Ea liberta^st, qui pectus purum & firmum gestitat.

Alia res obnoxia nocte in obscura latent.

At ille oscitans & ^p ⁴ allucinanti similis: ^q Nunc, inquit, mihi operæ non est. Cum otium erit, ^r revises ad me atque disces quid in verbo isto & Vergilius & Sallustius & Plautus & Ennius senserint. Et nebulo quidem ille, ubi hoc dixit, digressus est. Siquis autem volet non originem solam verbi istius, sed significationem quoque ejus varietatemque recensere; sicut hoc etiam Plautinum spectet, adscripsi versus ex *Asinaria*.

^q *Maximas opimitates gaudio effertissimas*

Suis heris ille una mecum pariet gnatoque & patri;

Adeo ut etatem ambo ambobus nobis sint obnoxii

Nostro devincti beneficio.

^q Qua vero ille grammaticus finitione usus est, ea videtur in verbo ^x tam multiplici unam tantummodo usurpationem ejus notasse; quæ quidem congruit cum significato quo Cæcilius usus est in *Chryso* in his versibus.

^y *Quamquam ego mercede huc conductus tua*

Advenio, ne tibi me esse ob eam rem obnoxium

Reare. ^z audibis male, si male dixis mihi.

INTERPRETATIO.

^l *jucundum est aspicere agros qui ad cultum non requirant rastrois & nullam curam hominum* ^m *convenire cum his qua dixisti.* ⁿ *tragedia.* ^o *Innocentem fortiter resistere inimicis. Hanc habet libertatem; cui mens est integra & constans.* ^p *Alis res serviles teguntur in tenebris.* ^q *somniant.* ^r *nunc, ait, mihi non licet per tempus ista explicare.* ^s *reverteris ad me.* ^t *ut hic locus Plauti facit ad rem.*

^t *Ille mecum affert suis dominis patri & filio maximam rerum omnium abundantiam, letitia plenissimam. Adeo ut uterque dominus utriusque nostrum sint semper obligati, nostris officiis obstricti. u* *significatio quam attulit ille grammaticus.* ^x *habente tam varias notiones.* ^y *etsi ego huc venio spe referenda mercedis tua. Na credas idcirco me obnoxium esse tibi. Audies maledicta in te, si maledixeris.*

NOTÆ.

⁴ *Allucinanti.*] Quid proprie sit allucinari intelliges ex capite XII. libri XVI.

^z *Audibis.*] Antiqua loquendi formula pro *audies*.

CAPUT XVIII.

De observata custoditaque apud Romanos jurisjurandi sanctimonia : atque inibi de decem captivis , quos Hannibal Romam ^a de jure ab iis accepit legavit.

5 **J**usjurandum apud Romanos inviolate ^b sancteque habitum servatumque id & moribus legibusque multis ostenditur ; & hoc , quod dicimus , rei non tenue argumentum esse potest . ¹ Prælio Cannensi Hannibal Karthaginensium imperator ex captivis nostris electos decem Romam misit , mandavitque eis pactusque est ut , si populo Romano videretur ,
10 permutatio fieret captivorum ; & pro iis , quos ^c alteri plures acciperent , dari ² argenti pondo ^d libram S . ^e Hos , priusquam proficiscerentur , jusjurandum adegit , redituros esse in ³ castra Pœnica si Romani captivos non permutarent . Veniunt Romani decem captivi . Mandatum Pœni imperatoris in senatu exponunt . Permutatio senatui non placita . Parentes ,
15 cognati , affinesque captivorum amplexi , eos ⁴ postliminio in patriam redisse dicebant ; statumque eorum integrum incolumemque esse : ac , ne ad hostes redire vellent , orabant . Tum octo ex iis postliminium iustum non esse sibi ^f responderunt ; quoniam ^g de jure vincti forent ; statimque ,
20 ^h uti jurati erant , ad Hannibalem profecti sunt . Duo reliqui Romæ miserunt ; ⁱ solutosque esse sese ac liberatos religione dicebant ; quoniam , cum egressi castra hostium fuissent , commenticio consilio regressi eodem die , tamquam si ob aliquam fortuitam causam issent , atque ira iurejurando satisfacto rursus ^k injurati abissent . Hæc eorum fraudulenta caliditas tam esse turpis existimata est , ut contenti vulgo dispertique sint :
25 censoresque eos postea omnium notarum & damnis & ignominiiis affecterunt ; quoniam , quod facturos de juraverant , non fecissent . ⁵ Cornelius au-

INTERPRETATIO.

^a jurejurando . ^b religioso factum . ^c alterutri Romani aut Carthaginenses . ^d libram S selibram . ^e exegit juramentum ab illis antequam abirent . ^f se non posse jure remanere in patria . ^g obligati jurejurando . ^h quemadmodum juraverant . ⁱ aiebant se non teneri juramento . ^k non dicto jurejurando .

NOTÆ.

1. Prælio Cannensi .] De prælio Cannensi & Hannibale jam superius egimus .
2. Argenti pondo libram S .] Apud Romanos argenti libra sive pondo centum denariis , sive mille æris valebat : igitur , cum singuli denarii æstimentur tribus assibus & senis denariis nostratibus ; argenti libra ad nostros calculos reducta conficit XVII. libras & decem asses Francicos . Argenti pondo libra &
selibra , quod pretium a captivis redimendis exigebat Annibal , par fuit XXVII. libris & v. assibus nostratibus .
3. Castra Pœnica .] Vide notas in cap. IV. lib. III .
4. Postliminio .] Quod jus est amittæ rei recipiendæ ab extraneo .
5. Cornelius Nepos .] Is Hostilize in agro Veronensi natus , dictus est Plinius Padi accola , Catullo Italus , Aufonio

tem Nepos in libro exemplorum quinto id quoque literis mandavit, multis in senatu placuisse ut ii, qui redire nollent, datis custodibus ad Hannibalem deducerentur; sed eam sententiam numero plurium, quibus id non videretur, superatam: eos tamen, qui ad Hannibalem non redissent, usque adeo ¹⁶ intestabiles invisosque fuisse, ut tædium vitæ ceperint, necemque sibi consciverint.

INTERPRETATIO.

¹ detestabiles.

NOTA.

Gallus, quod scilicet Italia Transpadana vocaretur Gallia Togata. Fuit amicus Ciceronis adeoque floruit annis ante Christum L. Cum alia florido stilo scripsit, tum vitas illustrium virorum, quod opus esse Æmilii Probi falso creditur. Inde provenit error, ut notat eruditus Vossius, quod librario id fuerit nomen, qui vitas eas partim sua, partim patris & matris manu scriptas Theodosio obtulit. Hoc ita esse patet ex verficu-

lis qui vitis illis præmitti in MSS. codicibus solent.

⁶ Intestabiles. } Intestabilis est qui jure testamentum facere non potest, & cujus testimonium non accipitur. Hic sumitur pro detestabili. quo sensu dixit Horatius II. Sermon. Sat. III.

— is intestabilis & sacer esto. Et Plinius lib. XXX. loquens de arte magica eam ait intestabilem, irritam & inanem.

CAPUT XIX.

Historia ex annalibus sumpta de Tib. Sempronio Graccho patre Gracchorum tribuno plebei: atque ² inibi tribunicia plebis decreta cum ipsis verbis relata.

Pulchrum atque liberale atque magnanimum factum Tib. Sempronii Gracchi in exemplis repositum est. Id exemplum hujusmodi est. ¹ L. Scipioni Asiatico P. Scipionis Africani superioris fratri ² C. Minucius Augurinus tribunus plebei ^b multam irrogavit: ^c eumque ob eam causam prædes poscebat. Scipio Africanus fratris nomine ad collegium tribunorum ^d provocabat; petebatque ut virum consularem ^e triumphalemque a collegæ vi defenderent. Octo tribuni, cognita causa, ^f decreverunt. Ejus decreti verba, quæ posui, ex annalium monumentis exscripta sunt.

QUOD. P. SCIPIO. AFRICANUS. POSTULAVIT. PRO. L. SCIPIO-
NE. ASIATICO. FRATRE. CUM. CONTRA. LEGES. CONTRA. Q.
MOREM. MAJORUM. TRIBUNUS. PLEBEI. HOMINIBUS. ACCITIS.

INTERPRETATIO.

^a Ibidem decreta tribunorum plebis. } sponsores. ^d appellabat. ^e qui triumphab-
^b damnavit multa L. Scipionem, &c. } verat. ^f tulerunt decretum.
^c & propter eam rem petebat ab ipso

NOTÆ.

¹ L. Scipioni Asiatico.] De tota Scipionum familia diximus in notis ad cap. IV. lib. III.
² C. Minucius Augurinus tribunus plebei.] Damnavit multa Scipionem ante Christ. CLXXVIII.

PER. VIM. & INAUPISCATO. SENTENTIAM. DE. EO. TULERIT,
 MULTAM. Q. NULLO. EXEMPLO. IRROGARIT. PRÆDES. Q.
 OB EAM. REM. DARE. COGAT. AUT. SI. NON. DET. IN. VIN-
 CULA. DUCI. JUBEAT. UT. EUM. A. COLLEGÆ. VI. PROHIBEA-
 5 MUS. ET. QUOD. CONTRA. COLLEGA. POSTULAVIT. ^h NE. SIBI.
 INTERCEDAMUS. QUO. MINUS. SUAPTE. POTESTATE. UTI. LI-
 CEAT. ⁱ D. E. R. NOSTRUM. SENTENTIA. OMNIUM. DATA. EST.
 SI. L. CORNELIUS. SCIPIO. ASIATICUS. COLLEGÆ. ARBITRATU.
 PRÆDES. DABIT. COLLEGÆ. NE. EUM. IN. VINCULA. DUCAT.
 10 INTERCEDEMUS. SI. EJUS. ARBITRATU. PRÆDES. NON. DABIT.
 QUOMINUS. COLLEGA. SUA. POTESTATE. UTATUR. NON. IN-
 TERCEDEMUS. Post hoc decretum, cum Augurinus tribunus plebei
 L. Scipionem prædes non dantem prehendi & in carcerem duci jussisset;
 tum Tib. Sempronius Gracchus trib. PL. pater Tiberii atque Caii Grac-
 15 chorum, cum P. Scipioni Africano inimicus gravis ob plerasque in repu-
 blica dissensiones esset, juravit palam in amicitiam inque gratiam se cum
 P. Africano non redisse; atque ita decretum ex tabula recitavit. Ejus de-
 creti verba hæc sunt. CUM. L. CORNELIUS. SCIPIO. ASIATICUS.
 TRIUMPHANS. HOSTIUM. DUCES. IN. CARCEREM. CONJECTA-
 20 VERIT. ALIENUM. VIDETUR. ESSE. DIGNITATE. REI. PUBLICÆ.
 IN. EUM. LOCUM. IMPERATOREM. POPULI. ROMANI. DUCI.
 IN. QUEM. LOCUM. AB. EO. CONJECTI. SUNT. DUCES. HOS-
 TIUM. ITA. Q. L. CORNELIUM. SCIPIONEM. ASIATICUM. A.
 25 COLLEGÆ. VI. PROHIBEO. Valerius autem Antias, contra hanc de-
 cretorum memoriam contraque auctoritates veterum annalium; post
 Africani mortem intercessionem istam pro Scipione Asiatico factam esse
 a Tib. Graccho dixit: neque multam irrogatam Scipioni; sed damnatum
 eum³ peculatus ob ⁴ Antiochenam pecuniam, quia prædes non daret, in
 30 carcerem duci cœptum, atque ita intercedente Graccho exemptum.

INTERPRETATIO.

g vitio. h ne nos ipsum impediamus. i de ea re.

NOTÆ.

³. *Peculatus.*] Furtum est pecuniæ pu-
 blicæ. Vox inde deducta, quod multa
 publica, cujus avertit pecuniam, pe-
 core primum fieri solet.

⁴. *Antiochenam pecuniam.*] Rumor

fuit Scipionem Asiaticum summa pe-
 cuniæ vi corruptum ab Antiocho Ma-
 gno fuisse, ideoque omissis belli confu-
 liis ad pacem cum Antiocho firmandam
 animum transfulisse.

CAPUT XX.

Quod Virgilius ob aquam a Nolanis sibi non permissam sustulit e versu suo, Nola, & posuit, Ora : atque ibi quadam alia de consonantia literarum jucunda.

Scriptum in quodam commentario reperi versus istos a Vergilio ita primum esse recitatos atque editos,

^a Talem dives arat ¹ Capua, & vicina ² Vesevo

³ Nola jugo :

postea Vergilium petiisse a Nolanis aquam uti ^b duceret in propinquum rus; Nolanos beneficium petiit non fecisse; poetam offensum nomen urbis eorum quasi ex hominum memoria sic ex carmine suo ^c derasisse, ^d oramque pro Nola mutasse; atque ita reliquisse:

& vicina Vesevo

Ora jugo.

Ea res verane an falsa sit non laboro. Quin tamen melius suaviusque ad auris sit, quam Nola, Ora, dubium id non est. Nam vocalis in priore versu extrema eademque in sequenti prima canoro simul atque jucundo hiatu ^d tractim sonat. ^e Est adeo invenire apud nobiles poetas hujuscemodi suavitatis multa, quæ apparet, ^f navata esse non fortuita; sed præter ceteros omnis apud Homerum plurima. Uno quippe in loco tales tanquam hiatus & sonitus in assiduis vocibus pluris facit.

Σ Η Δ' ἐτέρη δέρεϊ περὶ εἰκὴ χαλδῆν,

Η χόνη ψυχῆν, ἢ ἐξ ὕδατος κρυάλλου.

Atque item alio loco;

^h Λαῶν ἀνα ὠδισσε ποτὶ λόρον.

Catullus quoque elegantissimus poetarum in hisce versibus;

ⁱ Minister vetuli puer ⁵ falerni

INTERPRETATIO.

^a Ejusmodi terram colit fertilis Capua & Nola proxima monti Vesuvio, ^b derivaret, ^c delevisse, ^d producta, ^e possumus reperire exempla, ^f conquisita.

^g alter vero fons æstate fluit similis grandini,

aut nivi frigida, aut ex aqua concretae glaciæ.

^h lapidem sursum impellebat ad fastigium.

ⁱ servule qui ministras, affer ad me pocula meraciora falerni veteris, sicut præ-

NOTÆ.

1. Capua.] Nobilissima Campania urbs in Italia, cujus deliciæ virorem Hannibalem effeminarunt, Capouë.

2. Vesevo.] Mons Vesevus sive Vesuvius erumpentibus interdum incendiis famosus.

3. Nola.] Urbs Italiæ a veteribus in Campania, a recentioribus in regno

Neapolitano collocatur.

4. Oram pro Nola mutasse.] Id vix credibile videtur, cum Nolanum agrum maxime jejunum ac sterilem esse tradat Jovianus Pontanus.

5. Falerni.] Falernum vinum Itali generosissimum, a monte Falerno in Campania vitibus notissimo nomen habuit.

Ingere mi calices amariores,

Vt lex⁶ Postumia jubet magistra

Ebriosa acina ebriosoris;

5 cum, *ebrioso*, dicere posset, &, quod erat usitatus, *acinum* in neutro genere appellare; amans tamen hiatus illius Homerici suavitatem, *ebriosa* dixit propter consequentis literæ concentum. Qui *ebrios* autem Catullum dixisse putant aut *ebriosos* (nam id quoque^k temere scriptum invenitur) in libros scilicet de corruptis exemplaribus factos inciderunt.

INTERPRETATIO.

Scribit lex magistra Postumia, qua est ebriosior acino ebrioso. k sine ratione.

NOTÆ.

6. *Postumia magistra.*] In conviviis ea vigeat consuetudo, ut forte eligeretur cœnæ præses & magister, qui modum bibendi unicuique præscriberet. Cæterum in liberioribus conviviis veteres tot cyathos solebant ebibere, quot erant literæ in amicorum quibus propinabant nominibus. Hinc illud est Martialis epigr. lib. I.

Nævia sex cyathis, septem Iustina bibatur,

Quinque Lycas, Lyde quatuor, Ida tribus.

Et lib. VIII.

Det numerum cyathis instantis literæ Ruffi,

Vt jugulem curas nomen utrumque bibam.

CAPUT XXI.

10 *Quoad vivet, &, quoad morietur cur id ipsum temporis significant, cum ex duobus sint facta contrariis.*

15 *Quoad vivet* cum dicitur, item *quoad morietur*: videntur quidem duæ res dici contrariæ; sed idem atque unum tempus utraque verba demonstrant. Item cum dicitur *quoad senatus^a habebitur*, & *quoad senatus dimittetur*: tamen si *haberi* atque *dimitti* contraria sunt; unum atque id ipsum tamen utroque in verbo ostenditur. Tempora enim duo cum inter se opposita sunt atque ita coherentia, ut alterius finis cum alterius initio misceatur; non refert utrum per extremitatem prioris an per initium sequentis locus ipse^b confinis demonstretur.

INTERPRETATIO.

a Convocabitur. b qui utriusque finem contingit.

CAPUT XXII.

Quod censores equum adimere soliti sunt equitibus corpulentis & propin-
guibus; quaesitumque utrum ea res cum ignominia an^a incolumi dignitate
equitum facta sit.

Nimis pingui homini & corpulento censores equum adimere so-
litos, scilicet minus idoneum ratos esse cum tanti corporis pon-
dere ad faciendum equitis munus. Non enim pœna id fuit; ut quidam
existimant; sed munus sine ignominia remittebatur. Tamen Cato in ora-
tione, quam *de sacrificio commisso* scripsit, objicit hanc rem criminofius,
uti magis videri possit cum ignominia fuisse. Quod si ita accipias; id pro-
fecto existimandum est non omnino inculpatum neque^d infidem visum
esse, cui corpus^e in tam immodicum luxuriasset exuberassetque.

INTERPRETATIO.

a Remanente honore. b Scimus. c ni-
mirum quod putarent tantum onus cor-
poris nocere obeundo equitis officio. d di-
ligentem. e in tantam molem excrevisset
& auctum fuisset.

NOTA.

1. *Nimis pingui.*] Locum hunc mutilum & imperfectum illustrabit Gellii
lib. IV. cap. XII.

A. GELLII

NOCTIUM ATTICARUM

COMMENTARIUS.

LIBER OCTAVUS.

Commentario octavo hæc insunt.

CAPUT I.

² Hæsterna noctu, rectene an cum vitio dicatur; & quam super istis verbis grammatica traditio sit: item quod decemviri in XII. tabulis, non pro noctu dixerunt.

CAPUT II.

⁵ Quæ mihi decem verba ediderit Favorinus, quæ usurpentur quidem a Grecis, sed sunt adulterina & barbara: quæ item a me totidem acceperit, quæ ex medio communique usu Latine loquentium minime Latina sunt, neque in veterum libris reperiantur.

CAPUT III.

¹⁰ Quem in modum & quam severe increpauerit audientibus nobis ³ Peregrinus philosophus adolescentem Romanum ex equestri familia stantem segenam apud se & assidue oscitantem.

NOTÆ.

1. *Liber octavus*] Vel temporis injuria, vel negligentia librariorum petiit. sola supersunt capitum summaria, quibus lucem, quantum fas erit, ex veterum monumentis afferemus. Hic enim ariolari neque animus est, neque otium.

2. *Hæsterna noctu.*] Nullus dubito quin Macrobius, a quo Gelliana tam multa totidem verbis relata sunt, totum hoc caput tacito, ut solet, Gellii nomine excerpserit. Hic igitur Saturnaliorum lib. I. cap. IV. *Hæsterna noctu* dici Latine posse ex veterum testimoniis probat; Ennii quidem qui *noctu concubia* dixit his versibus,

*Qua Galli furtim noctu summa arcis
Mœnia concubia, vigilesque repente*

cruentant.

Tum Cl. Quadrigarii annali tertio, *Senatus autem de noctu convenire, noctu multa domum dimitti.* Denique quas in lemmate Gellius citat XII. tabulas, profert his verbis idem Macrobius. *Non esse ab re puto hoc in loco id quoque admonere, quod decemviri in duodecim tabulis iniustate nox pro noctu dixerunt. Verba hæc sunt. SEI. NOX. FURTIVM. FACTVM. ESIT. SEI. IM. OCCISIT. IOVRE. CAISVS. ESTO.* In quibus verbis id etiam notandum est, quod ab eis quod est, is, non eum casu accusativo, sed im dixerunt.

3. *Peregrinus.*] Consule lib. XII. in notis ad cap. XI.

CAPUT IV.

Quod Herodotus scriptor historia memoratissimus ⁴ parum vere dixerit unam solamque pinum arborum omnium cœsam numquam denuo ex isdem radicibus pullulare; & quod idem de aqua pluviali & nive rem non satis exploratam pro comperta posuerit.

CAPUT V.

Quid illud sit quod Virgilius ⁵ cœlum stare pulvere, & quod Lucilius pectus sentibus stare dixit.

CAPUT VI.

Cum post offensus uncularum in gratiam redeatur, expostulationes fieri mutuas minime utile esse; superque ea re & sermo Tauri expositus & verba ex Theophrasti libro sumta: & quid M. quoque Cicero ⁶ de amore amicitia senserit cum ipsius verbis additum.

CAPUT VII.

Ex Aristotelis libro, qui ⁷ περί τῆς μνήμης inscriptus est, cognita accepta-

NOTA.

4. Parum vere dixerit.] Mirum cur ea de pino sententia vulgo tribuatur Herodoto, qui id non suo sed alieno sensu protulit. Refert tantum Histor. lib. VI. Lampfacenis minatum esse Crœsum, fore ut eos in pini morem excideret; quod quidam e senioribus de fatali excidio interpretatus est, & minarum atrocitatem exposuit, pinum inquam ex omnibus arboribus solam esse quæ excisa nunquam furculos emittat. Sed cujuscujus sit illud dictum, alienum est a veritate. Theophrastus enim piceam cœsam, Plinius laricem ustis radicibus, & Cælius cupressum excisam non repullulare jam pridem observarunt.

5. Cœlum stare pulvere.] Virgilius lib. XII. Æneid. ita scribit

jam pulvere cœlum

stare vident.

Sensus est: totus aer ita plenus est pulvere, ut eo quasi constare videatur cœlum. Pectus autem sentibus stare juxta mentem Lucilii poetæ, idem est ac spinis horrefcere.

6. De amore amicitia.] Amor est animi motus quo alteri bene volumus. Amor amicitia sive benevolentia dicitur is, quo cupimus alicui bona evenire non nostra, sed illius ipsius causa quem diligimus: amor autem cupiditatis est, quo propter nostram utilitatem aut vo-

luptatem amico maxime cupimus.

7. περί μνήμης.] In hoc libro de memoria ita sentit Aristoteles, cujus hic non verba continua sed mentem paucis subjicimus. Præsentia percipimus sensu, futura prævisione occupamus, præterita memoria complectimur. Cum autem ea quæ recordamur non hæreant in animo nisi adumbrata quibusdam imaginibus sensilibus, memoriæ sedes constituenda est in sensu principe, ubi est imaginandi vis & κατά συμβεβηκός, sive per accidens, ut aiunt, in ipso intellectu. Unde fit ut non modo in hominibus, sed in nonnullis animalibus insit sensitiva memoria. Porro rerum objectarum imagines imprimuntur per sensum in animam, quasi sigillum in subjecta materia. Unde ut memoriæ bonitas constet, requiritur ex parte organi tum mollitudo, tum durities ad congruam temperiem sibi mutuo fœderatæ: mollitudo quidem, ut facile imbibat rerum notas: durities, ut impressa simulacra conservet. Senes quibus affecta jam ætate membra inarescunt, quod mollitudine illa careant, difficili sunt memoria. Contra admodum pueri, quibus præhumidum est cerebrum, parum memores sunt: scilicet in iis non imprimuntur rerum simulacra, quasi sigillum in amnem profugum incidat,

que de natura & habitu memoria; atque inibi alia quadam de⁸ exuberantia⁹ aut interitu ejus lecta auditaque.

CAPUT VIII.

Quid mihi usu venerit interpretari & quasi effingere volenti locos quosdam Platonicos Latina oratione.

CAPUT IX.

5 Quod Theophrastus philosophus omnium sua aetatis facundissimus, verba pauca ad populum Atheniensem facturum, deturbatus verecundia obtinuerit; quodque idem hoc Demostheni apud Philippum regem verba facienti eveniret.

CAPUT X.

10 Qualis mihi fuerit in oppido¹⁰ Eleusine disceptatio cum grammatico quodam prestigioso tempora verborum & meditata puerilia ignorante, remotarum autem questionum nebulas & formidines capiendis imperitorum animis ostentante.

CAPUT XI.

Quam festivo responderit Xanthippe uxori Socrates petenti ut per¹¹ Dionysia largiore sumtu cœnarent.

CAPUT XII.

15 Quid significet in veterum libris scriptum,¹² plerique omnes; & quod ea verba accepta a Græcis videntur.

NOTÆ.

8. De exuberantia.] Proferebat hic Gellius eorum exempla, qui ad miraculum memoria flourant. An Cyri Persarum regis qui, ut refert Plin. lib. VII. cap. XXIV. nomina suorum omnium militum singillatim recensebat: an Mithridatis qui, eodem teste Plinio, viginti duabus nationibus imperans totidem linguas jura dicebat? An Senecæ qui, ut in principio declamationum ipse de se fateatur, tanta vi memoriæ pollebat, ut ducentos versus semel auditos retineret & proferret ordine retrogrado; imo duo nominum millia eo quo prolata erant ordine repeteret?

9. Aut interitu ejus.] An mentionem hic faciebat Gellius de illo, qui ictus lapide oblitus est literas tantum? An de alio, qui ex prælato testo lapsus matris & affinium propinquorumque cepit oblivionem? An de Messala Corvino oratore qui sui nominis oblitus est, ut capite supra laudato refert idem Plinius.

10. Eleusine.] Oppidum est in Attica

Cereri consecratum.

11. Dionysia.] Alio nomine Bacchalia, festa Bacchi, die duodecimo Anthesterionis, qui Aprili mensi responderet celebrabantur in Limnis Atticæ loco, ubi templum erat Bacchi. Non alias major fuit ad omne genus impudicitiae & insaniae licentia. Porro Bacchus dictus est Dionysius teste Nonno, a Διὸς Ἰνπιτερ & νῦνος, quod Syracusana lingua significat claudus, quia Jupiter, cum Bacchum in femore gestaret, claudicavit.

12. Plerique omnes.] Hac locutione sæpius usus est Terentius: in Andria, Quod plerique omnes faciunt adolescentuli.

Et in Phormione,

Ita plerique ingenio sumus omnes: nostri nosmet pœnitet.

Idem significat, teste Donato, quod plerique. Porro ea verba a Græcis videti desumpta colligitur ex hoc Aristotelis loco lib. I. Anim. ὁ πλεῖστον πᾶσι.

CAPUT XIII.

13 Qupfones : quod homines Afri dicunt , non esse verbum Pœnicum sed Græcum.

CAPUT XIV.

Lepidissima altercatio Favorini philosophi adversus quemdam intempestivum de ambiguitate verborum differentem , atque inibi verba quadam ex Nevio poeta & 14 Cn. Gellio non usitate collocata ; atque ibidem a P. Nigidio origines vocabulorum explorata.

CAPUT XV.

15 Quibus modis ignominiatuſ tractatuſque ſit a C. Caſare Laberiuſ poeta ; atque inibi appoſiti verſuſ ſuper eadem re ejuſdem Laberii.

NOTÆ.

13. Qupfones.] Mira eſt Scaligeri in notis ad fragmenta Berofii de hac voce hariolatio. In XIII. lemmate , inquit , octavi libri A. Gallii legitur vulgo Qupfones inepte. In veteri codice Biturigum ſcripto erat Eupfones. Sed proſecto Eudones pro Audonis ſcribendum erat. Id Gelliuſ hominum Pœnorum verbum quidem eſſe ait , ſed etiam uſurpari a Græcis. Si propterea Gelliuſ putavit Græcum quod a Græcis uſurparetur , cur non vicifſim videatur Pœnum , quod Pœnis eſſet in uſu ? Nam reciproca cauſatio eſt. Quid hic primum notem , quid ultimum ? Cur unus Biturigum codex eo ipſo quo citatur loco mendofus Scaligero pluris eſt quam ceteri omnes ? Cur inauditam pro arbitrari ſuo lectionem commentuſ , de hac ipſa , quæ fortatte nulli venerit unquam in mentem , Gellio litem intendit ? Quo jure ſibi finxit Gellio dictionem hanc viſam eſſe Græcam quod a Græcis uſurparetur ? Sane ex hoc lemmate id non conjecerit , niſi qui cum de ſuo novum nihil præter opinionum figmenta proferat , a veteribus carpendis ſibi temperare non poſſit.

14. Cn. Gellio.] Is Romanæ hiftoriæ ſcriptor antiquuſ annales compoſuit grande opus , ut colligitur ex Prifciano , qui ejus librum citat XXXIV.

15. Quibus modis ignominiatuſ.] Hujuſ capituli jactura ex Macrobiani lib. II. Saturn. cap. VII. nobis utcunquereſarcienda eſt. Laberiuſ , ut ibi dicitur , af-

peræ libertariſ eques Romanuſ , affecta jam ætate quingentis millibus invitatuſ a Caſare ut prodiret in ſcenam , impotentem eiſ dominantandi cupiditatem dicacitate ſcurrili perſtrinxit , hiſ præcipue verſibus ,

Porro , Quiriteſ , libertatem perdimuſ .
Neceſſe eſt multoſ timeat quem multi
timeant .

Pupugit ea libertas Caſarem , qui alienatuſ a Laberio gratiam in Publium Syrum convertit. Hic licet conditione feruſ , & ingenio & principis favore fretuſ , omneſ qui in ſcenam ſcripta locaverant provocavit , ut ſinguli ſecum poſita invicem materia pro tempore contenderent. Nec ullo recuſante ſuperavit omneſ , ipſumque Laberiuſ . Unde Caſar arridens hoc modo pronuntiavit .

Favente tibi me victuſ eſ Laberi a Syro . Non inultam paſſuſ eſt hanc injuriam Laberiuſ , & ſequenteſ edidit verſuſ , quibuſ etſi de ſe loqui videbatur , tamen nec gratiam Caſariſ erga Publium , nec ipſiuſ Caſariſ dominationem perpetuam fore indicabat .

Non poſſunt primi eſſe omneſ omni
tempore .

Summuſ ad graduſ cum claritateſ
veneriſ ,

Conſiſteſ agre ; & quum deſcendat ,
decidit .

Cecidi ego ; cadet qui ſequitur : lauſ eſt
publica .

A. GELLII

NOCTIUM ATTICARUM

COMMENTARIUS.

LIBER NONUS.

CAPUT I.

Quamobrem Q. Claudius Quadrigarius in undevicesimo annali scripserit rectiores certioresque ictus fieri si sursum quid mittas, quam si deorsum.



5
10
15
 . Claudius in ^a undevicesimo annali cum oppidum a Metello proconsule oppugnari, contra ab oppidanis desuper e muris propugnari describeret, ita scripsit; *Sagittarius cum ¹ funditore utrimque summo studio spargunt fortissime. Sed sagittam atque lapidem deorsum an sursum mittas hoc interest. Nam neutrum potest deorsum versum recte mitti; sed sursum utrumque optime. Quare milites Metelli ^b sauciabantur multo minus, & quod maxime opus erat, a pinnis hostis defendebant facillime. Percunctabar ego Antonium Julianum rhetorem cur hoc ita usu veniret, quod Quadrigarius dixisset, ut ^c contigui magis directioresque ictus fiant, si vel lapidem vel sagittam sursum versus jacias quam deorsum: cum proclivior faciliorque jactus sit ^d ex supernis in infima, quam ex infimis in superna. Tum Julianus comprobato genere quaestionis, Quod de sagitta, inquit, & lapide dixit, hoc de omni fere missili telo dici potest. Facilior autem jactus est, sicuti dixisti, si ^e desuper jacias, si quid jacere tantum velis, non ferire. ^f Sed cum*

I N T E R P R E T A T I O.

^a Decimo nono libro annalium. ^b longe minus vulnerabantur, & quod erat tunc optimum, sine labore arcebant hostes a ^c summis muris. ^d ex superiore loco in inferiorem. ^e e loco inferiore. ^f sed cum oportet jactum teli

N O T A.

¹ Funditore.] Fundarum usum primi Balearium insularum habitatores, teste Vegetio, & invenisse & perite exercuisse dicuntur. His lapides & glandes plumbeas in hostes tanta vi contorquebant, ut eodem autore Vegetio saepe cata- phractis lethale vulnus importarent. Imo liquecebat excussa glans funda, & attritu aeris velut igne distillabat, quod ait Seneca lib. II. Natur. Quaestion. cap. LVII.

modus & impetus jactus temperandus dirigendusque est: tum, si in pro-
na jacias, moderatio atque ratio mittentis precipitantia ipsa & pondere ca-
dentis teli corrumpitur. At si in editiora mittas, & ad percutiendum super-
ne aliquid, ^h manum & oculos conlimes: quo¹ motus a te datus tulerit, eo
telum ibit, quod jeceris. Ad hanc ferme sententiam Julianus super istis Q.
Claudii verbis nobiscum sermocinatus est. Quod autem ait idem Q. Clau-
dii: a pinnis hostis defendebant facillime; animadvertendum est, usum
esse eum verbo, defendebant, non ex vulgari consuetudine, sed admo-
dum proprie & Latine. Nam defendere, & offendere inter sese adversa
sunt; quorum ^k alterum significat, ¹ ἐμπεδῶν ἐχειν, ^m alterum, ⁿ ἐμπεδῶν
περιεῖδαι. Quod hoc in loco a Q. Claudio dicitur.

INTERPRETATIO.

moderari & regere. g in inferiorem locum. | petus. k offendere. l incurrere in aliquid.
h manum regas & conniveas oculis. i im- | m defendere. n depellere.

CAPUT II.

Quibus verbis ^a notarit Herodes Atticus falso quempiam cultu amictuque
nomen habitumque philosophi ^b eminentem.

AD Herodem Atticum consularem virum ingenioque amœno &
Græca facundia celebrem adiit, nobis præsentibus, ^c palliatus
quispiam & crinitus, barbaque prope ^d ad pubem usque porrecta; ac pe-
tiit ^e æs sibi dari ^f εις ἄτους. Tum Herodes interrogat quis homo esset. At-
que ille, vultu sonituque vocis objurgatorio, philosophum sese esse dicit;
& mirari quoque addit cur quærendum putasset quod videret. Video, in-
quit Herodes, barbam & pallium; philosophum nondum video. Quæso
autem te, ¹ cum bona venia, dicas mihi, quibus nos uti posse argumen-
tis existimas, ut esse te philosophum ^g noscitemus? ^h Interibi cum ali-
quot ex his, qui cum Herode erant, ⁱ erraticum hominem esse dicerent
^k & nulli rei, incolamque esse sordentium ganearum; ac, nisi accipiat
quod petit, convicio turpi solitum incessere: ibi Herodes, ¹ Demus,
inquit, huic aliquid aris, cuiusmodi est; tamquam homines, non tanquam
homini. Et iussit dari precium panis triginta dierum. Tum nos adspiciens,
qui eum sectabamur, Musonius, inquit, ^m ² æruscanti cuipiam id genus,

INTERPRETATIO.

a Reprehenderit. b fingentem. c indutus | neum. k & hominem nihili, & habita-
pallio. d infra pectus demissa. e pecuniam | torem sordidarum popinarum. l demus, ait,
sibi dari ad panes emendos. f pace tua. | aliquam pecuniam huic, quisquis illo sit.
g intelligamus. h interea. i circumfora- | m mendicanti.

NOTÆ.

1. Palliatus, &c.] Pallio detrito ac sibi conficere studebant.
lacero, crinibus impexis, promissa | 2. Æruscanti,] Æruscare significat
barba, veteres illi philosophi, famam | mendicorum instar æs vicatim colligere.

& philosophum sese ostentanti dari iussitⁿ mille nummum. Et, cum plerique
 dicerent nebulonem esse hominem, malum & maliciosum, & nulla re bona
 dignum: tum Musonium subridentem dixisse aiunt; ^{o3} ἀξιόδον ἐστὶ ἀγχι-
 5 animalia^p spurca atque probra nomen usurpant sanctissimum, & philoso-
 phi appellantur. Majores autem mei Athenienses nomina juvenum fortissi-
 morum⁴ Harmodii & Aristogitonis, qui libertatis recipienda gratia Hip-
 piam tyrannum interficere adorsi erant, ne unquam servis indere liceret,
 decreto publico sanxerunt. Quoniam^a nefas ducerent nomina libertati patria
 20 devota servili contagio pollui. Cur ergo nos patimur nomen philosophia il-
 lustrissimum in hominibus deterrimis exsordescere? Simili autem, inquit,
 exemplo ex contraria specie antiquos Romanorum audio^s prænomena⁶ pa-
 triciorum quorundam male de republica meritorum, & ob eam causam capi-
 15 cabula quoque eorum defamata atque demortua cum ipsis viderentur.

INTERPRETATIO.

n quadraginta tres libras, & quindecim | bant esse crimen, r nomina eorum infa-
 asses moneta Gallica. o dignus igitur est | mia & extincta.
 argento. p sordida & probrosa. b crede-

NOTÆ.

3. Αξιόδον, &c.] Hæc erat Musonii
 ratio: siquidem adeo sceleratus est, ne
 nobis pestifero congressu noceat impor-
 tunus, accipiat quod flagitat.

4. Harmodii & Aristogitonis.] Athe-
 nis cum Hippas traditam sibi a Pisistra-
 to patre tyrannidem exerceret, conjura-
 tione Harmodii & Aristogitonis occi-
 sus est tyranni frater Hipparchus: Hip-
 pias turpiter ejectus. Illustribus conjur-
 aris, cum a satellitibus fuissent truci-
 dati, publice statuæ sunt erectæ anno
 III. Olymp. LXVII. anno ante Christum
 IXX. Plinius lib. xxxiv.

5. Prænomena.] Regnante Romulo,
 ut tradit Appianus ἐν προοίμῳ τῆς Ῥωμαί-
 κῆς, unum tantum nomen Romanis
 erat; deinde duo, postea tria nomina
 sumpsere. Primum nomen seu præno-
 men plurimis commune fuit, ut Marcus,
 Quintus, Publius, &c. alterum nomen
 gentilitium, totius familiæ proprium
 erat, ut Cornelius, Tullius, Julius:
 tertium quod erat cognomen, plerum-
 que vel abs re rustica, vel ab aliquo cor-
 poris vitio, vel ab eventu deducebatur:

hinc dicti Pisones, Cicerones, Fabii,
 Horrensi, Serrani, Stolones, Parti,
 Strabones, Luscini, Nasones, Fron-
 tones, Planci, Scauri, Scipiones, Cæ-
 sares. Stante rep. ut animadvertit erudi-
 tissimus Sirmondus, proprium cuique id
 nomen fuit, quod primum: quo nimi-
 rum fratres ipsi, cum cætera nomina
 communia haberent, inter se distingue-
 bantur, ut P. Corn. Scipio, & L. Corn.
 Scipio fratres. Postea non primis, sed
 ultimis nominibus ut proprii uti ac di-
 stingui cœperet, ut Flavius Vespasianus
 & Flavius Sabinus fratres apud Sueto-
 nium: imo inferioris ævi homines non
 modo id usurparunt, sed etiam tum pro-
 prium hoc ultimum nomen, tum cætera,
 interdum quidem aliunde pro arbitrio,
 ut plurimum vero a parentibus & pro-
 pinquis deducta sibi imponebant.

6. Patriciorum.] Romulus primus rex
 Romanorum Roma condita anno III.
 Olymp. vi. qui est ante Christi ortum
 Ioccliv. centum creat senatores, inquit
 Livius lib. I. qui patres ab honore, patri-
 cique eorum progenies appellati.

CAPUT III.

Epistola Philippi Regis ad Aristotelem philosophum super Alexandro recens nato.

Philippus Amyntæ filius, terræ Macedoniae rex, cujus virtute industriaeque a Macetæ locupletissimo imperio aucti gentium nationumque multarum potiri ceperant, & cujus vim atque arma toti Græciæ cavenda metuendaque inclutæ illæ Demosthenis orationes concionesque vocificant. Is Philippus, cum in omni fere tempore negotiis belli victoriisque affectus exercitusque esset; a liberali tamen Musa & a studiis humanitatis numquam abfuit; quin lepide comiterque pleraque & faceret & diceret. Feruntur adeo libri epistolarum ejus munditiæ & venustatis & prudentiæ plenarum. Velut sunt illæ literæ, quibus Aristoteli philosopho natum esse sibi Alexandrum nunciavit. Ea epistola, quoniam curæ diligentiaque in liberorum disciplinas hortamentum est, exscribenda visa est ad commovendos parentum animos. Exponenda igitur est ad hanc ferme sententiam. Philippus Aristoteli salutem dicit. Filium mihi genitum scito. Quod equidem dis habeo gratiam; non proinde quia natus est, quam pro eo quod eum nasci contigit temporibus vitæ tuæ. Spero enim fore ut educatus eruditusque abs te dignus existat & nobis & rerum istarum susceptione. Ipsius autem Philippi verba hæc sunt: *Ἰδι μοί γεγονότα ἴόν. πολλῶν οὖν τοῖς θεοῖς χάριν ἔχω, οὐχ οὕτως ὅτι τῆ γενέσει τῆ παιδός, ὡς ὅτι τῶ χρόνῳ τῶν σὺν ἡλικίαν αὐτὸν γεγονέναι, ἐλπίζω γὰρ, αὐτὸν ὑπὸ σοῦ τραφέντα καὶ παιδευθέντα, ἀξίον εἶσθαι καὶ ἡμῶν καὶ τῆς τῶν ἀρετῶν διαδοχῆς.*

INTERPRETATIO.

a Macedones consecuti regnum opulentissimum. b celebres illa Philippicæ. c declarant. d occupatus. e nunquam abhorruit a doctrinis liberalibus & literis humanioribus. f puritatis & elegantia. g ad institutionem liberorum. h e Græco verenda est in hunc fere modum. i qua de re diis gratias ago. k educatus. l Philip-

pus Aristoteli salutem. Scito mihi natum filium; multam igitur diis gratiam habeo, non tam quod natus sit puer, quam quod tua ætate natus sit. Spero enim ipsum a te educatum & institutum, dignum fore & nobis & negotiorum susceptione.

NOTA.

1. Demosthenis orationes.] Philippicæ intelligit, quibus orationibus Demosthenes hortabatur Athenienses ad bellum communi consensu inferendum Philip-

po; qui subactis Illyricis & finitimis populis, plurimisque Atheniensium urbibus expugnatis toti Græciæ immincebat.

CAPUT IV.

*De barbararum gentium prodigiosis miraculis, deque diris & exitiosis
fascinationibus; atque inibi de foeminis repente versis in mares.*

CUM e Græcia in Italiam rediremus, & Brundisium iremus; egressi.
que e navi in terram in portu illo incluto ^aspatiaremur, quem Q.
§ Ennius remotiore paulum sed admodum scito vocabulo, ¹præpetem, ap-
pellavit: fascēs librorum venalium expositos vidimus. Atque ego avide
statim pergo ad libros. Erant autem isti omnes libri Græci miraculorum
fabularumque pleni; res inauditæ, ^bincredulæ: scriptores veteres non
parvæ auctoritatis, ²Aristeas Proconnesius & Ifigonus Nicæensis & ³Cte-
10 sias & ⁴Onesicritus & Polystephanus & Hegesias. Ipsa autem volumina
^cex diutino situ squallebant, & habitu adspectuque ^dtetro erant. Accessi
tamen percunctatusque precium sum: &, adductus ^emira atque insperata
vilitate, libros plurimos ^fære paucō emo; eosque omnis duabus proximis
noctibus cursim ^gtranseo: atque in legendo carpsi exinde quædam &
§ notavi mirabilia & scriptoribus fere nostris ^hintentata; eaque his com-
mentariis ⁱadspersi: ut, qui eos lectitabit, is ne rudis omnino & ^kar-
20 ^l in istiusmodi rerum audiciones reperiat. Erant igitur in illis libris
scripta hujuscemodi. ⁵Scythas illos ¹penitissimos, qui sub ipsis septentrioni-
bus ætatem agunt, corporibus hominum vesci, ejusque victus alimento vitam
30 ducere & ^m *αὐθιγοπόροισ* nominari: item esse homines sub eadem regione
ⁿcæliunum oculum in frontis medio habentes qui appellantur ⁶Arimaspi,

INTERPRETATIO.

^a Ambularemur ^b incredibiles erant. ^c diuturno mucore erant visati. ^d sordido. ^e pretio minimo quod mirabar & non sperabam. ^f exigua pecunia. ^g lego. ^h non narrata. ⁱ inserui. ^k non assuetus ejusmodi rebus audiendis. ^l remotissimos. ^m devoratores hominum. ⁿ septentrionalis.

NOTÆ.

1. *Præpetem.*] Vide caput VI. libri VI.
2. *Aristeas.*] Antiquissimus historicus natus est in Proconneso insula Propon- tidis. Ortum Deorum oratione soluta, historiam Arimasporum epico carmine complexus est. Floruit Croesi & Cyri temporibus, annis ante Christum 540.
3. *Ctesias.*] Ctesias e Cnido in Doride oriundus & medicinam exercuit, & res cum Assyriacas tum Persicas stilo perfecutus est, ut refert Strabo Acerbius invenitur in Herodotum, cum ipse, judice Aristotele, minime fide dignus sit. Claruit ætate Artaxerxis Mnemonis, & Cyri junioris. Anno ante Christum cccxlv.
4. *Onesicritus.*] Hic nauticæ rei peritus militavit cum Alexandro Magno, cujus egregie facta scriptis mandavit. Xenophonte quem sibi proposuerat imitandum longe inferior. *Strabo, Curtius, Suidas, &c.*
5. *Scythas.*] Scythæ populi sunt Scythiæ, quæ regio versus septentrionem longe lateque excrevit in Europa & Asia, Moscoviæ & Tartariæ respondet.
6. *Arimaspi.*] Arimaspi (quæ vox lingua Scythica idem sonat quod monoculus: *Arima* enim, ut aiunt, unum & *spi* oculum significat) ita dicti sunt quod cum essent peritissimi sagittarii, alte-

qua fuisse facie 7 Cyclopa poetæ ferunt : alios item esse homines, ° apud eandem cæli plagam, singulariæ velocitatis ; 2 vestigia pedum habentis retro porrecta, non, ut ceterorum hominum, prospectantia : præterea traditum esse memoratumque in ultima quadam terra, quæ 8 Albania dicitur, gigni homines, qui in pueritia canescant, & plus cernant oculis per noctem, quam inter diem : item esse compertum & creditum, 9 Sauromatas, qui ultra 10 Borysthenem fluvium 9 longe colunt, cibum capere semper x diebus tertiis, medio abstinere. Id etiam in isdem libris scriptum offendimus, quod postea quoque in libro Plinii Secundi naturalis historiæ septimo legi ; esse quasdam in terra Africa hominum familias 10 voce atque lingua 11 effascinantium. Qui si impensius forte laudaverint pulchras arbores, segetes lætiores, infantes amœniores, egregios equos, pecudes pastu atque cultu opimas ; emoriantur repente hæc omnia nulli aliæ causæ obnoxia. Oculis quoque exitialem fascinationem fieri in isdem libris scriptum est : traditurque esse homines in 12 Illyriis, qui interimant 15 videndo quos diutius irati viderint ; eosque ipsos mares fœminasque, qui visu tam nocenti sunt, pupulas in singulis oculis binas habere. Item esse in montibus terræ Indiæ homines caninis capitibus & latrantibus ; eosque vesci avium & ferarum venatibus : atque esse item alia apud ultimas orientis terras miracula : homines, qui 13 monocoli appellantur, singulis cruribus 20 saltuatim currentes vivacissimæ pernicitatis : quosdam etiam esse nullis cervicibus, oculos in humeris habentes. Jam vero hoc x egreditur omnem modum admirationis, quod idem illi scriptores gentem esse aiunt, 7 apud extrema Indiæ, corporibus x hirtis & avium ritu 2 plumantibus nullo cibatu vescentem, sed spiritu florum naribus hausto victitantem : 14 Pygmaeos 25

INTERPRETATIO.

o in eadem terra parte. p habentes plantas pedum retro a versas non ante porrectas, ut habent ceteri homines. q procul habitant. x tertio quoque die. f incantantium.

t unum crus habentes. u saltando. x superat. y in extremis India regionibus. z hirsutis. a habentibus plumas.

NOTÆ.

rumque ut sit oculus clauderent, & in eo studio semper versarentur, uno tantum oculo uti viderentur. Muretus.

7. Cyclopa.] Cyclopes gigantes in Sicilia fuere, quibus unus tantum erat oculus rotundus sub fronte, ubi est intervallum commune oculorum. Atque hinc nomen desumpserit, κύκλος enim circulus est & ὄψ oculus.

8. Albania.] Scythiæ regio inter Pontum Euxinum & mare Caspium. nunc dicitur Zurie.

9. Sauromatas.] Sauromata populi sunt Scythiæ ad Tanaim fluvium qui in paludem Maotim influit. Eorum regio nunc Tartaria minor appellatur.

10. Borysthenes.] Sarmatiæ Europæ fluvius : nunc Nieper : in mare nigrum evolvitur.

11. Effascinantium.] Vide c. XII. l. XVI.

12. Illyrii] Sive Illyrici Europæ populi totam quæ opponitur Italiæ, oram Adriatici maris occupabant, quæ nunc dicitur l'Esclavonie.

13. Monocoli.] Qui unico pede utuntur. a μένος solum. & κῶλον crus.

14. Pygmaeos.] Pygmaei populi Indiæ quorum, ut ait poeta Satyricus, tota cohors pede non est altior uno.

Sed quæ hic de Pygmaeis, ceterisque ejusmodi monstris narrantur, mera sunt figmenta. Quamquam non me fugit, &

quoque haud longe ab his nasci; quorum qui longissimi sint, non longiores esse quam pedes duo & quadrantem. Hæc atque alia istiusmodi plura legimus. Sed, cum ea scriberemus, tenuit nos non idoneæ scripturæ tantum nihil ad ornandum iuvandumque usum vitæ pertinentis. Libitum tamen est in loco hoc miraculorum notare id etiam, quod Plinius Secundus 5 vir in temporibus ætatis suæ, ingenii dignitatisque gratia, auctoritate magna præditus, non audisse neque legisse, sed scire sese atque vidisse, in libro naturalis historiæ septimo scripsit. Verba igitur, quæ infra posui, ipsa sunt, ex eo libro sumpta: quæ profecto faciunt ut neque respuenda, neque 10 que ridenda sit notissima illa veterum poetarum de Cænide & Cæneo cantilena. *Ex fœminis, inquit, mutari in mares non est fabulosum invenimus in annalibus* 16 *Q. Licinio Crasso, C. Cassio Longino Consulibus, C. Asinii puerum factum ex virgine sub parentibus; iussuque hæruspicum deportatum in insulam desertam. Licinius Mucianus prodidit visum esse a se Argis Arescentem, cui nomen Arescuse fuisset, nupsisse etiam; mox habebat & virilitatem provenisse uxoremque duxisse: ejusdem sortis & Sæmyra puerum a se visum. Ipse in Africa vidi mutatum in marem die nuptiarum L. Cossicium civem* 17 *Thysdritanum: vivebatque cum proderem hæc. Idem Plinius eodem in libro verba hæc scripsit: Gignuntur homines utriusque* 20 *sexus; quos hermaphroditos vocamus, olim androgynos vocatos, & in prodigiis habitos, nunc vero in deliciis.*

NOTÆ.

inter veteres alios Philostratum, cum multa hominum monstra ex Apollonio fabulosa esse tradiderit, excipere Pygmæos, quorum gentem minime commentitiam esse scribit, & inter recentiores Jovium Pygmæis regionem ultra Japoniæ insulas assignare.

15. *Cænide & Cæneo.*] Cænis puella, postquam rem habuit cum Neptuno, ab eo precibus impetravit, ut in virum mutaretur, & vulnerari non posset. Dicitur deinde est Cæneus, cumque ferociter omnes, adeoque Centauros provocaret, ab iis, cum occidi ferro non posset, arborum mole oppressus est.

16. *Q. Licinio Crasso, &c.*] P. Licinii Crassi, & C. Cassii Longini consulatum fasti referunt ad annum U. C. DLXXXIII. ante Christi ortum CLXXI. nullam de Q. Licinio Crasso mentionem faciunt.

Itaque mendum irrepsisse suspicamus, & pro Q. Licinio substituendum P. Licinium.

17. *Thysdritanum.*] Thydrus nomen Africae, olim in Byzacena regione, nunc in regno Tunetano, etiamnum hodie celeberris ab incolis dicitur *Cairavan*.

18. *Hermaphroditos.*] Hermaphroditus fuit, ut nomen ipsum indicat, Mercurii & Veneris filius, Epeus enim Græce Mercurium, *Ἀφροδίτη* Venerem significat. Eum cum amplecteretur Salmacis Nympha, ambo in unum corpus coeherunt, in quo sexus uterque remanet integer. Unde utriusque sexus compositi dicti sunt Hermaphroditi.

19. *Androgynos.*] Androgynus idem significat quod hermaphroditus: hoc nomen componitur a vocibus Græcis *ἄνδρ* vir, & *γυνή* mulier.

CAPUT V.

*Diversa nobilium philosophorum sententia de genere ac natura voluptatis ;
verbaque Hieroclis philosophi quibus decreta Epicuri infectatus est.*

DE voluptate veteres philosophi diversas sententias dixerunt. ¹ Epicurus voluptatem summum bonum esse ponit; eam tamen ita definit: ^a σαρκὸς δισυδὲς κατὰ σῆμα. ² Antisthenes Socraticus summum malum dicit. ⁵ Ejus namque hoc verbum est: ^b μανθῆναι μᾶλλον, ἢ ἰδέσθαι. Speusippus vero ¹⁰ etque omnis Academia voluptatem & dolorem duo mala dicunt esse opposita inter sese; bonum autem esse quod utriusque medium foret. Zeno censuit voluptatem esse ^c indifferens, id est, neutrum, neque bonum neque malum; quod ipse Græco vocabulo ^d ἀδιάφορον appellavit. Critolaus ¹⁵ Peripateticus & malum esse voluptatem ait, & multa alia mala parere ex sese, injurias, desidias, obliviones, ignavias. Plato ante hos omnis ita varie & multiformiter de voluptate disseruit; ut cunctæ istæ sententiæ, quas supra posui, videantur ex sermonum ejus fontibus profluxisse. Nam proinde unaquaque utitur, ut & ipsius voluptatis natura fert, quæ est ¹⁵ multiplex, & causarum, quas tractat, rerumque, quas efficere vult, ratio desiderat. Taurus autem noster, quotiens facta mentio Epicuri esset, in ore atque in lingua habebat verba hæc Hierocli Stoici viri sancti & gravis: ³ Ἡδῶνς τέλει πόνους δόγμα ἐκ ἐστὶν πορνεία, ἐδὲ πόνους δόγμα.

INTERPRETATIO.

^a Corporis bona constitutio. ^b Insaniam potius quam indulgeam voluptati. ^c aliquid. ^d indifferens.

NOTÆ.

1. Epicurus voluptatem summum bonum.] Stoici privati odii Epicureorum opinionem de summo bono traduxerunt, quasi beatitatem hominis in obsecris corporis voluptatibus constituerent. Id videre est passim in Ciceronis, Plutarchi & Athenæi operibus. Sed cui potior sit quam ipsi Epicuro fides? Sic autem ille in epistola ad Menæceam. *ὅταν ἐν λόγῳ ἡδῶνς τέλος ὑπάρχῃ, ἔτι τὰς ἑσώπων ἡδῶνς λέγομεν, ὡς πρὸς ἀγροῦντες καὶ ἐχρηματολογῶντες ἢ κακῶς εἰδεχόμενοι νομίζουσι, ἀλλὰ τὸ μῆτε ἀρχαίον καὶ σῶμα, μῆτε παρὰ τὴν εὐχὴν. Constat igitur, cum dicimus voluptatem vitæ beatæ finem esse, nos perditorum hominum voluptates non intelligere, ut nonnulli ignorantes, aut a nobis dissentientes, aut male mentem nostram accipientes existimant, sed hoc tantum intelligimus non dolere corpore, & animo non perturbari.*

2. Antisthenes.] Hic Atheniensis, Socratis primum discipulus, auctor deinde Cynicorum fuit, qui philosophi sic dicti sunt, teste Empirico, quod canum instar tuerentur bonos, malos invaderent; quanquam a Cynicis alieni eos nomen habuisse dicebant a canina impudentia. Floruit circa annum ante Christum cccxx. Laert.

3. Ἡδῶνς, ἐστὶ.] In hac Hierocli sententia mendum inesse recte suspicatus est H. Stephanus; itaque cum eo conjicimus totum hunc locum sic legendum. *ἡδῶνς τὸ τέλος πόνους δόγμα ἐκ ἐστὶν πορνεία, ἐδὲ πόνους δόγμα. Hoc sensu. Voluptas, sit finis: hoc meretricis est dogma. Non sint lupanaria, nec meretricis dogma erit. Sic autem indicat pronunciatum Epicuri potius libidinem quam philosophiam redolere.*

CAPUT VI.

Verbum, quod est ab ago frequentativum, in prima syllaba quoniam fit a modulo pronuntiandum.

AB eo quod est, *ago*, & *egi*, verba sunt quæ appellantur grammatici frequentativa, *actito*, & *actitavi*. Hæc quosdam non sane indoctos viros audio ita pronuntiare, ut primam in his literam corripiant: rationemque dicunt quoniam in verbo principali quod est, *ago*, prima litera breviter pronuntiatur. Cur igitur ab eo quod est *edo*, & *ungo*, in quibus verbis prima litera breviter dicitur, *esito* & *unctito*, quæ sunt eorum frequentativa, prima litera longa pronuntiamus? & contra, *dictito*, ab eo verbo quod est, *dico*, correpte dicimus? Num ergo potius *actito* & *actitavi* producenda sunt? Quoniam frequentativa ferme omnia eodem modo in prima syllaba dicuntur, quo participia præteriti temporis ex his verbis unde ea profecta sunt in eadem syllaba pronuntiantur; sicut *lego*, *lectus*, *lectito*, *facit*; *ungo*, *unctus*, *unctito*; *scribo*, *scriptus*, *scriptito*; *moveo*, *motus*, *motito*; *pendeo*, *pensus*, *pensito*; *edo*, *esus*, *esito*; *dico* autem *dictus*, *dictito* *facit*; *gero*, *gestus*, *gestito*; *veho*, *vectus*, *vectito*; *rapio*, *raptus*, *raptito*; *capio*, *captus*, *captito*; *facio*, *factus*, *factito*. Sic igitur, *actito*, producte in prima syllaba pronuntiandum: quoniam ex eo fit quod est, *ago* & *actus*.

INTERPRETATIO.

a *Mensura.*

NOTA.

1. *Literam corripiant.*] Cum Romani disceptarent utrum *actito*, *actitavi*, *esito* & *unctito* prima litera correpta, an producta pronuntianda essent, non inquirebant an accentus referendus esset in primam syllabam, quod vulgo putant. Quis enim censuerit in hac voce *actitavi* quartam a fine syllabam potuisse corripiri? Cum correpta syllaba nunc non animad-

vertatur nisi quæ vocabuli penultima sit. Juxta eorum mentem *Actito*, *esito*, *unctito* producte efferebantur, cum prima geminabatur litera *Aactito*, *Fesito*, *Uunctito*, sive *Ounctito*, cum tamen *Edo* & *Vngo* dicerent. Contra autem in *Dico* & *Dictito*. Nam illud vulgo erat *Deico*, i longa, istud *Dictito* ea brevi. *Lipsius.*

CAPUT VII.

20 *De conversione foliorum in arbore olea, brumali & solstitiali die; deque scâibus iis temporibus icetu alieno sonantibus.*

Volgo & scriptum & creditum est folia olearum arborum brumali & solstitiali die converti, & quæ pars eorum fuerat inferior atque

NOTA.

1. *Brumali & solstitiali die.*] Dies Brumalis sive is in quem incidit solsti-

occultior, eam suprafieri atque exponi ad oculos & ad solem. Quod nobis quoque semel atque iterum experiri volentibus ita esse propemodum visum est. Sed de fidibus rarius dictu & mirabilius est. Quam rem & alii docti viri & ² Suetonius etiam Tranquillus in libro ludicæ historiæ primo satis compertam esse, satisque super ea constare affirmat; ³ nervias in fidibus brumali die alias digitis pelli, alias sonare.

INTERPRETATIO.

^a *Chordas* in instrumentis musicis.

NOTÆ.

tium hiemale est **XXIII.** Decembris. Solstitialis quo sol æstivum attingit solstitium, est **XXIII.** Junii.

² *Suetonius.*] C. Suetonius Tranquillus Hadriano imperatori fuit ab epistolis, ac Plinio juniori maxime familiaris. Vitas duodecim Cæsarum scripsit, & quidem pari libertate ac ipsi vixerunt, ut vere sentit S. Hieronymus.

³ *Nervias in fidibus.*] In musicis instrumentis nervi concordés aliis pulsatis alii resonant. Scilicet percussi vibrant, ac tremulo motu agitant aerem: commotus aer tremorem illum chordis alte-

rius instrumenti æqualiter intentis infert; nam si fides ad eundem sonum non fuerint attemperata, licet sint proxima, sonum non reddent; quippe propter figuræ diversitatem ejusmodi tremori recipiendo non sunt idoneæ. Quare quod hic Tranquillus universe asserit nervos alios pelli, alios sonare, vel omnino falsum est, vel ea qua notavimus cautione intelligendum. Et quod subjungit id accidere brumali die, quasi ceteris anni tempestatibus insolens esset, quotidianis experimentis repugnat.

CAPUT VIII.

Necessum esse, qui multa habeat, multis indigere; deque ea re Favorini philosophi cum brevitate eleganti sententia.

Verum est profecto, quod observato rerum usu sapientes viri dixerunt, multis egere, qui multa habeat; magnamque indigentiam nasci non ex inopia magna sed ex magna copia. Multa enim desiderari ad multa, quæ habeas tuenda. Quisquis igitur multa habens cavere atque prospicere velit ne quid egeat, neve quid desit, jactura opus esse non quæstu; & minus habendum esse ut minus desit. Hanc sententiam memini a Favorino ^a inter ingentes omnium clamores detornatam inclusamque verbis his paucissimis: ^b τὸν ὃ μὲλλον ἢ πεντακισχίλιον χλαμύδων δεομένον ἐκ ἔστ' ἢ πλείονων δεῖσθαι. οἷς γὰρ ἔχω περὶ σδεομένων, ἀφελὸν ὦν ἔχω, ἀρκούμαι οἷς ἔχω.

INTERPRETATIO.

^a *Explicatam maximo omnium plausu, pluribus indigeat. Cum enim indigentiam & comprehensam his verbis. b is qui decem millibus & quinque millibus vestium indiget, fieri non potest ut non*

NOTA.

¹ *πεντακισχίλιον, &c.*] Alludit fortasse ut observat H. Stephanus, ad Lucillum qui unus quinque millia vestimentorum

habuit, quæ ad ludos scenæ præbere paratus erat.

CAPUT IX.

Quis modus sit verba vertendi in Græcas sententias, deque his Homeri versibus, quos Virgilius vertisse aut bene apteque aut improspere existimatus est.

5 Q Uando ex poematis Græcis vertendæ imitandæque sunt insignes sententiæ, non semper aiunt enitendum ut omnia omnino verba in eum, in quem dicta sunt, modum vertamus. Perdunt enim gratiam ple-
raque si quasi invita & recusantia violentius transferantur. ¹ Scite ergo & considerate Virgilius cum aut Homeri aut Hesiodi aut ² Apollonii aut ³ Parthenii aut ⁴ Callimachi aut ⁵ Theocriti aut quorundam aliorum locos ef-
10 fingeret, ^a partim reliquit, alia expressit. Sicut nuperrime apud menfam cum legerentur utraque si nui ⁶ Bucolica Theocriti & Virgilit animadver-
timus reliquisse Virgilium, quod Græcum quidem mire quam suave est; verti autem neque debuit neque potuit. Sed enim quod substituit, pro eo quod omiserat, ^b non abest quin jucundius lepidiusque sit:

INTERPRETATIO.

a Omisit partem, & partem imitatus est. b est gratius & elegantius.

NOTÆ.

1. Scite & considerate Virgilius.] Theocritum in Eclogis, in Georgicis Hesiodum expressit, ut ipse fatetur.

Astræumque cano Romana per oppida carmen.

Tempestatis serenitatisque signa de Arati Phœnomenis traxit. In Æneide ita secutus est Homeri Iliadem & Odysseam, ut præcipua quæque videatur non imitanda sed vertenda sibi proposuisse. Eversionem Trojæ cum Sinone suo & equo ligneo, inquit Macrobius, ceterisque omnibus quæ librum secundum faciunt a Pisandro pæne ad verbum transcripsit: de Argonauticorum quarto, quorum scriptor est Apollonius, librum Æneidos suæ quartum totum prope formavit. Denique sententias illustriores quibus abundat, non modo ex Callimacho, & Parthenio, sed etiam ex aliis tum lyricis tum tragicis poetis suos in usum aperte transtulit.

2. Apollonii.] Apollonius Rhodius de quo hic agitur, poeta Græcus, discipulus Callimachi a quo propter ingratum animum Ibis est appellatus. Argo-

nautica scripsit, quæ tribus libris hodieque extant. Claruit sub Ptolemæo Evergete Olymp. cxxxiv. annis ante Christum cxxlv.

3. Parthenii.] Parthenius poeta Nicæus elegias variaque carmina edidit, & poema *ἠὲ τῶν ἐρωτικῶν παθημάτων* de amatoris affectionibus. Ad imperium Tiberii perduxit ætatem. Suidas.

4. Callimachi.] Hic Poeta Cyrenæus ad omne carminum genus animum appulit. Floruit in Ægypto regniæ bibliothecæ præfectus regnante Ptolemæo Philadelpho Olymp. cxxv. annis ante Christum circiter cclxxx.

5. Theocriti.] Theocritus Syracusanus poeta eclogarum scriptor, quem in hoc scribendi genere ducem sibi Virgilius elegit, ætate Ptolemæi Lagidæ & Philadelphi fuit illustris Olymp. cxxvii. ante Christum anno circiter cclxxxv.

6. Bucolica.] Genus carminis, in quo pastores inducuntur loquentes: a Latinis dicitur pastoritium, a Græcis bucolicum; voce deducta ἀπὸ τῶν βοκόων, qui sunt bubulci.

c 7 Βάλλε κ' ἢ μάλοισι τὸν αἰπόλον εἰ Κλεαρῖτα
 Ταὶ αἶγας παρελθῶντα, κ' εἰδὺ π ποππυλιόσσει.

d *Malo me Galatea petit, lasciva puella;
 Et fugit ad salices, & se cupit ante videri.*

Illud quoque alio in loco animadvertimus caute omissum, quod in Græco 5
 versu dulcissimum.

c Τίτυρ' ἐμὴν τὸ κελὸν περιλαμβέ, βόσκει τὰς αἶγας,
 καὶ ποτὶ ταῖς κρήνας ἀγε Τίτυρε, κ' τὸν 8 ἐνόσχων
 τὸν Λιβυκὸν 9 κνάκωνα φυλάσσει, μὴ τὸ κορυφῆ.

Quo enim pacto diceret, τὸ κελὸν περιλαμβέ, verba Hercle non transla- 10
 ticia, sed cujusdam nativæ dulcedinis. Hoc igitur reliquit; & cetera ver-
 rit non infestiviter; nisi quod caprum dixit, quem Theocritus ἐνόσχων ap-
 pellavit. Auctore enim M. Varrone is demum Latine caper dicitur qui
 excastratus est.

Tityre dum redeo, brevis est via, pasce capellas; 15

f *Et potum pastas age Tityre; & inter agendum,
 Occursare capro (cornu ferit ille) caveto.*

Et quoniam de transferendis sententiis loquor, memini audisse ex Valerii 20
 Probi discipulis, docti hominis & in intelligendis pensitandisque veteri-
 bus scriptis s bene callidi, solitum eum dicere, nihil quicquam tam im-
 prospere Virgilium ex Homero vertisse, quam versus hos amœnissimos,
 quos de Naulicaa Homerus fecit.

h Οἶν δ' Ἀρτεμις εἴσι κατ' οὐρεσσι 10 χέμερα
 Η κατ' 10 Τηύγετον ἀεμμήκετον, ἢ 11 Ἐρύμανθον,
 Τερποιεὶν κἀπεριπ, κ' ἀκείνης ἐλάφοισι.
 Τῆ δέ θ' αἶμα νύμφαι, κούραι δὲ 12 αἰγιόχοιο,

INTERPRETATIO.

c Percutit & malis caprarium Clea-
 rista,
 capras propellentem, & suave quid
 insurrat.
 d Galatea virgo proterva jacit in me-
 roma.
 e O Tityre mihi valde dilecte, pasce
 capellas,
 & ad fontem duc Tityre: sed illum
 hircum
 Libycum Cnaconem serva, ne cornu

feriat.
 f & post pastum duc ad bibendum; &
 dum dices, cave obviam ire capro (per-
 cutit ille cornibus.) g peritissimi.
 h Qualis autem Diana vadit per mon-
 tem sagittis gaudens,
 aut per Taygetum excelsum, aut Ery-
 manthum
 delectata apris ac velocibus cervis.
 cum hac simul nympha filia Iovis
 Ægiochi

NOTÆ.

7. Βάλλε μάλοισι.] Mala in aliquem
 conjicere idem erat atque ad Venerem
 allicere, ut notat interpretes Aristophanis.
 8. Ενόσχων.] Ενόσχων mas.
 9. Κνάκωνα.] Nomen hirci a colore in-
 ditum. κνάκων enim cum colorem signi-
 ficat, qui cum flavus sit ad album ac-
 cedit.
 10. Τηύγετον.] Taygetus nunc Portes,

ut ait Niger, Peloponnesi mons in La-
 conia.
 11. Ἐρύμανθον.] Erymanthus mons Ar-
 cadix in Peloponneso, teste Nigro, nunc
 Dimizana.
 12. Αἰγιόχοιο.] Dicitur est Jupiter Ægio-
 chus a Capra (quæ Græce est αἶγ) cu-
 jus lacte fuerat ab Amalthea & Melissa
 nutricibus educatus.

Ἀρσινόωι παύρουσι γέγηθε δὲ τε φρένα ¹³ Ἀητώ.
 Πασάων δ' ὑπὲρ ἠγὰ κέρη ἔχει ἡδὲ μέτωπα.
 Ρεῖα δ' ἀριζνώτη πέλαται καλαὶ δὲ τε παύου.

5 ⁱ Qualis in ¹⁴ Eurota ripis aut per juga ¹⁵ Cynthi
 Exercet Diana choros ; quam mille secuta
 Hinc atque hinc glomerantur ¹⁶ Oreades : illa pharetram
 Fert humero ; gradiensque deas supereminet omnis.
 Latona tacitum pertentant gaudia pectus.

10 Primum omnium id visum esse dicebant Probo quod apud Homerum
 quidem virgo ¹⁷ Nausicaa ludibunda inter familiares puellas in locis solis
 recte atque commode confertur cum Diana venante in jugis montium
 inter agrestes deas ; nequaquam autem conveniens Virgilium fecisse , quo-
 15 niam ¹⁸ Dido in urbe media ingrediens inter ¹⁹ Tyrios principes , cultu at-
 que incessu serio , ^k instans operi , sicut ipse ait , regnisque futuris , nihil
 ejus similitudinis capere posset , quæ lufibus atque venatibus Dianæ cog-
 20 gruit : tum postea quod Homerus studia atque oblectamenta in venando
 Dianæ honeste aperteque dicit ; Virgilius autem , cum de venatu deæ ni-
 hil dixisset , pharetram tamen facit eam ferre in humero , tamquam si omni
 & sarcinam : atque illud impense Probum esse demiratum in Virgilio di-
 25 cebant , quod Homericæ quidem Ἀητώ ⁱ gaudium gaudeat genuinum & in-
 titimum , atque in ipso penetrati cordis & animæ vicens (siquidem non
 aliud est γέγηθε δὲ τε φρένα Ἀητώ) ipse autem imitari hoc volens gaudia fe-
 cerit pigra & levia & cunctantia & quasi in summo pectore supernantia .
 Nescire enim sese quid significaret aliud , pertentant . Præter ista omnia
 25 florem ipsius totius loci Virgilium videri omisisse ; quod hunc Homeri
 versum ^m exigue secutus sit :

INTERPRETATIO.

silvestres ludunt : gaudet autem ani-
 mo Latona. | Oreades hinc & illinc congregantur.
 Omnes sane supra hac caput habet &
 frontem : | Diana gerit pharetram ex humero sus-
 pensam, & incedens apparet supra omnes
 Facilis vero cognitu est : pulchra au-
 tem omnes. | nymphas. Latona Dianæ mater gaudet in
 sinu. k urgens edificationem , ut ipse
 i talis incedebat Dido qualis Diana cum
 ducit choreas prope ripam Eurota , aut
 per fastigia Cynthi. Hanc sequentes mille
 Virgilius dicit , ubi erat regni futura
 des. l capiat latitiam naturalem. m pe-
 rum expresserit.

NOTÆ.

13. Ἀητώ.] Latona mater Apollinis
 & Dianæ.

14. Eurota.] Eutotas fluvius Laconicæ
 in Peloponneso , quem Sophianus ap-
 pellat Βασιλιποταμο hoc est regium flu-
 vium ; Niger ait ab incolis Iris vocari.

15. Cynthi.] Cynthus mons insulæ
 Deli.

16. Oreades.] Nymphæ montium
 Oreades dicuntur. A voce Græca ὄρος
 mons.

17. Nausicaæ.] Alcinoi Phæacum
 regis filia , naufragum ac nudum Uly-
 sem liberaliter excepit ; ut fufissime Ho-
 merus narrat in Odyssæa.

18. Dido.] Regina Æneide Virgilio
 notissima Vide notas ad cap. I. lib. XIII.

19. Tyrios.] Dido filia Beli Tyrorum
 regis , stipatores & domesticos habuit
 Tyrios. Tyrus porro urbs Syriæ in Phœ-
 nicia alias celeberrima , nunc in ruinis
 prope consulpta , dicitur Sur.

ῥεῖα δ' ἀργυρώτη πέλεται* καλαὶ δέ τε πᾶσαι.

Quando nulla major cumulatiorque pulchritudinis laus dici potuerit, quam quod una inter omnis pulchras excelleret, una facile ex omnibus nosceretur.

CAPUT X.

Quod Annaeus Cornutus versus Virgilio, quibus Veneris & Vulcani concubitum pudice aperteque dixit, reprehensione spurca & odiosa inquinavit.

Annianus poeta & plerique cum eo ejusdem Musæ viri summis affinisque laudibus hos Virgilio versus ferebant; quibus Vulcanum & Venerem junctos mixtosque jure conjugii, rem lege naturæ operiendam, verecunda quadam tralatione verborum cum ostenderet demonstraretque, protexit. Sic enim scripsit:

---- ea verba locutus,

Optatos dedit amplexus; placidumque petiit

Conjugis infusus gremio per membra soporem.

Minus autem difficile esse arbitrabantur in istiusmodi re dicenda verbis uti uno atque altero brevi tenuique eam signo demonstrantibus, sicuti Homerus dixit:

b ---- παρθενικῶν ζώνων καὶ λεκτροῖο δεσμών, &c

c Ἔργα φιλοπῆρα.

d 1 Τὸν δ' ἄρ' ἐν 2 τρητοῖσι κατευνάστω' ἐν λεχέσσιν.

Tot vero & tam evidentibus ac tamen non prætextatis sed puris honestisque verbis venerandum illud concubii pudici secretum neminem quemquam alium dixisse. Sed Annaeus Cornutus, homo sane pleraque alia non indoctus neque imprudens, in secundo tamen librorum, quos de figuris sententiarum composuit, egregiam totius istius verecundiæ laudem insulsa nimis & odiosa scrutatione violavit. Nam cum genus hoc figuræ probasset; & satis circumspicte factos esse versus dixisset, membra tamen, inquit, paulo incautius nominavit.

INTERPRETATIO.

a Operuit, b Virgineam zonam, & lectum igitur in pensilibus discubuerunt lectis. c opera amatoria. d illi qui-
tis. e impudicus, f in ceteris rebus.

NOTÆ.

1. Τὸν δ' ἄρ' ἐν.] Sic in antiquis exemplaribus, at non sine mendæ suspitione legitur; cum hic locus juxta verbum Homericum Iliad. F. ita sit corrigendus;

Τὸν δ' ἄρ' ἐν τρητοῖσι κατευνάστω' ἐν λεχέσσιν.
Hi quidem igitur in perforatis decubuerunt lectis.

2. Τρητοῖσι.] τρητὸν λέγεται lectus perforatus est apud Homerum lectus pensilis, qui trajectis per foramina funibus tenditur.

3. Prætextatis.] Prætextatus idem sonat atque obscenus; si Festo credimus, per antiphrasim prætextatus sermo dicitur, ex eo quod prætextatis nefas sit obscenum verbum proferre.

4. Annaeus Cornutus.] Hujus patria Leptis fuit urbs Africa: sub Nerone floruit & philosophiæ & rhetoriæ studiis. Una cum philosopho Musonio interfectus est.

CAPUT XI.

De Valerio Corvino, & unde Corvinus.

DE Maximo Valerio, qui Corvinus appellatus est, ob auxilium propugnationemque corvi alitis, haud quisquam est nobilium scriptorum qui secus dixerit. Ea res prorsus admiranda sic profecto est in libris
 5 annalibus memorata. Adolefcens tali genere editus, ^a Furio & Appio consulibus fit tribunus militaris. Atque in eo tempore copiae Gallorum ingentes agrum ² Pomptinum infederant; instruebanturque acies a consulibus de vi ac multitudine hostium ^a satis agentibus. Dux interea Gallorum, vasta & ardua proceritate, armisque auro præfulgentibus, ^b grandia in-
 10 grediens & manu telum reciprocans incedebat; perque contemptum & superbi-
 am circumspectans despiciensque omnia, venire jubet & congregari quis pugnare secum ex omni Romano exercitu auderet. Tum Valerius tribunus, ceteris inter metum pudoremque ambiguis, impetrato prius a
 15 consulibus ut in Gallum tam immaniter arrogantem pugnare sese permitterent, progreditur intrepide modesteque obviam: & congregiuntur
 & consistunt. Et conferebantur jam manus. Atque ibi vis quaedam divina fit. Corvus repente improvisus advolat, & super galeam tribuni insistit: atque inde in adversarii os atque oculos pugnare incipit. Insul-
 20 bat, obturbabat, unguibus manum laniabat, & prospectum alis arcebat.
 Atque, ubi satis sævierat, revolabat in galeam tribuni. Sic tribunus spectante utroque exercitu, & sua virtute nisus & opera alitis propugnatus, ducem hostium ferocissimum vicit interfecitque; atque ob hanc causam cognomen habuit *Corvinus*. Id factum est anno quadringentesimo quinto post Romam conditam. Statuam Corvino isti divus Augustus in foro suo
 25 statuendam curavit. In ejus statuæ capite corvi simulachrum est, rei pugnæque, quam diximus, monumentum.

INTERPRETATIO.

a Sollicitis. b grandi passu incedens. & simulans se jaculari telum ac deinde manu retrahens. c involabat.

NOTÆ.

1. *Furio & Appio.*] L. Furius Camillus & Appius Claudius Crassus consules renunciati fuere, ut tradit Gellius, anno U. C. ccccv. ante Christum eccxlx.

2. *Pomptinum agrum.*] In Latio urbs Volscorum Sueſſa dicta quoque Pome-

tia est, quod vocabulum quod e breve haberet, correptum est in Pomtia: appellata deinde Pomptia est, a qua Pomptinus ager qui Velitris, Sulmoni, atque Priverno subjacet ad Terracinam usque, ubi Pomptina erat palus, quæ jam dicitur *Aufente palude*.

CAPUT XII.

De verbis que in utramque partem significatione reciproca
& a adversa dicuntur.

UT formidolosus dici potest & qui formidat & qui formidatur ; ut
invidiosus & qui invidet & cui invidetur : ut suspiciosus & qui
suspiciatur & qui suspectus est ; ut ambitiosus , & qui ambit & 5
qui ambitur ; ut item gratiosus , & qui adhibet gratias & qui admit-
tit ; ut laboriosus & qui laborat & qui labori est ; ut pleraque alia hu-
jusmodi in utramque partem dicuntur : ita infestus ancipiti quo-
que significatione est. Nam & is infestus appellatur , qui malum infert
cuiquam ; & contra , cui aliunde impendit malum , is quoque infestus di- 10
citur. Sed quod prius posui profecto exemplis non indiget. Sic adeo multi
loquuntur ut , infestum , dicant inimicum atque adversum. Alterum au-
tem illud b ignorabilius obscuriusque est. Quis enim c e medio facile di-
xerit , infestum esse , d cui alter infestus est ? Sed & veteres plerique ita
dixerunt ; & M. Tullius in oratione , quam pro Cn. Planco scripsit , vo- 15
cabulo hoc sic usus est. *Dolebam*, inquit , *judices* , & *acerbe ferebam*, *si*
hujus salus ob eam ipsam causam esset e infestior , quod , *is meam salutem*
atque vitam sua benivolentia , prasidio , custodiaque texisset. Nos igitur de
origine & ratione verbi quærebamus. Atque ita in f Nigidianis scriptum
invenimus. *Infestum a festinando dictum*. Nam qui instat , inquit , alicui , 20
eumque properans urget ; opprimereque eum studet festinatque ; aut contra
de cuius periculo & exitio festinatur : is uterque infestus dicitur ab instan-
tia atque imminentia fraudis , quam vel facturum cuiquam vel passurus est.
Ne quis autem de , suspicioso , quod supra posuimus , & de formidoloso
in eam partem , quæ minus usitata est , exemplum requirat , inveniet de 25
suspicioso apud M. Catonem d de re Floria , ita scriptum. *Sed nisi qui pa-*
lam corpore pecuniam quareret , aut se lenoni locavisset , & si e famulosus
& suspiciosus fuisset ; *vim in corpus liberum non equum censuere afferi*.
Suspiciosum enim hoc in loco suspectum significat , non suspicantem. For-
midolosum autem , qui formidatur , Sallustius in § Catilina ita dicit. 30
Igitur talibus viris non labor insolitus , non locus ullus asper aut arduus

INTERPRETATIO.

a Contraria. b magis ignorari potest. c ex populo. d eum hominem. e odiosior.
f commentariis grammaticis Nigidii. g bello Catilinario.

NOTÆ.

1. De re Floria.] Varro scripsit contra
Floralia , quæ festa in honorem Floræ
instituta omni impuritatam genere erant
execranda.
2. Famulosus.] Hic subesse mendum
suspiciatur Ascensus , & legendum pu-
tat famosus ; cuius sententiæ hic sensus
est : homini qui liber fuerit nefas esse
vim inferre , nisi palam corpus prostitu-
at , aut se tradat lenoni , & sit famosus
sive infamis , & suspectus.

erat, non armatus hostis formidolosus. Item³ C. Calvus in poematis, laboriosum dicit, non, ut vulgo dicitur, qui laborat, sed in quo laboratur:

Durum, inquit, rus fugis & laboriosum.

Eadem ratione Laberius quoque in⁴ Sororibus,

5 ¹⁴ *Æcastor, inquit, multum somniculosum:*

& ⁵ Cinna in poematis;

⁶ *Somniculosam ut Pænus aspidem* ⁷ *Psyllus.*

Metus æque & *injuria*, atque alia quædam^k id genus sic¹ utroquever-

10 ¹⁰ *sum* dici possunt. Nam *metus* hostium recte dicitur, & cum timent hostes

& cum timentur. Itaque Sallustius in historia prima, *metum Pompeii* dixit

non quod Pompeius metueret (quod est usitatus,) sed quod metueretur.

15 ¹⁵ Verba hæc Sallustii sunt. *Id bellum excitabat metus Pompeii victoris* ⁸ *Hiem-*

psalem in regnum restituentis. Item alio in loco: *Postquam remoto metu*

Punico simultates exercere ^m *vacuum fuit.* *Injurias* itidem dicimus tam il-

lorum qui patiuntur, quam qui faciunt. Quarum dictionum exempla sunt

facilia inventu. Illud etiam dictum a Virgilio eandem habet formam com-

20 ²⁰ *municatæ ultro & citro* significationis;

ⁿ --- *Et vulnere, inquit, tardus Ulyxi.*

Cum diceret vulnus, non quod accepisset Ulyxes sed quod dedisset. *Nes-*

25 ²⁵ *cius* quoque dicitur tam is qui nescitur quam qui nescit. Sed super eo qui

nescit frequens hujus vocabuli usus est; infrequens autem de eo est, quod

nescitur. *Ignarus* æque utroqueversum dicitur non tantum qui ignorat sed

& qui ignoratur. Plautus in^o *Rudente*:

^p *Quæ in locis nesciis nescia spe sumus.*

25 ²⁵ Sallustius: ^q *More humana cupidinis ignara visundi.* Virgilius:

^r --- *Ignarum* ⁹ *Laurens habet ora Mimanta.*

INTERPRETATIO.

h comœdia cui titulus *Sorores*. i certe. k hujusmodi l in utramq; partem. motium fuit. n tardius incedens propter plagam Ulyssis. o comœdia quæ inscribitur Ru-

dens. p in locis ignotis habemus spem dubiam. q pro consuetudine hominum qui cupiunt videre ignota. r Mimas ignotus occubuit in litore Laurenti.

NOTÆ.

3. *C. Calvus.*] C. Licinius Calvus poematis variis celebris, fuit familiaris Catulli. Idem & orator M. Ciceroni de principatu eloquentiæ litem iniquissimam intendit.

4. *Æcastor.*] Quænam sit hæc juramenti species explicabimus inferius.

5. *Cinna.*] C. Helvius Cinna epigrammatis & poematis sibi nomen fecit. Ciceronis temporibus claruit, annis ante Christum l.

6. *Somniculosam.*] Aspis quæ parvi serpentis species est, mortiferum morsu somnum affert.

7. *Psyllus.*] Pphylli populi Cyrenaiæ in Africa, cum sint a serpentibus

innoxii, liberos, an sint legitimi, solent ad motis serpentibus probare.

8. *Hiempsalem.*] Hiempsal Micipsæ regis Numidiæ filius & hæres occisus a Jugurtha, necis ultorem habuit primo Metellum, deinde Marium consulem, qui Jugurtham per triumphum circumductum in carcere necari jussit anno U. C. lxxl. ante Christum civ.

9. *Laurens ora.*] *Laurens* nomen primo datum silvæ laureæ ad litus Tyrthæni maris, a qua vicina regio Laurens appellata est. Est item & urbs Laurentum, & ager Laurens, & via Laurentina.

CAPUT XIII.

Verba ex historia Claudii Quadrigarii; quibus Manlii Torquati nobilis adolescentis & hostis Galli provocatoris pugnam depinxit.

T Manlius summo loco natus ^a adprimeque nobilis fuit. Ei Manlio accepimus torquis ex auro ² induvias, quam ex hoste, quem occiderat, 5 detractam induit. Sed quid hostis & quod genus & quam formidanda vastitatis, & quantum insolens provocator, & cuiusmodi fuerit pugna decretatum Q. Claudius primo annalium purissime atque illustrissime simplicitate & incompta orationis antiquæ suavitate descripsit. Quem locum ex eo 10 libro Favorinus philosophus cum legeret, ^b non minoribus quati afficique animinum suum motibus pulsibusque dicebat, quam si ipse coram ^c depugnantes eos spectaret. Verba Q. Claudii, quibus pugna ista depicta est, adscripsi. Cum interim Gallus quidam ^d nudus, præter scutum & gladios 15 duos, torque atque armillis decoratus processit; qui & viribus & magnitudine & adolescentia simulque virtute ceteris ^e antistabat. Is maxime prælio commoto atque utrisque summo studio pugnantibus manu significare cœpit utrique ^f quiescerent pugna. Facta pausa est. Extemplo silentio facto cum voce maxima conclamat, si qui secum depugnare vellet, uti prodiret. Nemo audebat propter magnitudinem atque immanitatem ^g facies: deinde Gallus 20 ^h irridere atque linguam exertare. Id ⁱ subito perditum est cuidam T. Manlio summo genere nato tantum flagitium civitati accidere; ex tanto exercitu neminem prodire. Is, ut dico, processit; neque passus est virtutem Romanam ab Gallo turpiter spoliari. ³ Scuto pedestri & ⁴ gladio Hispanico cinctus

INTERPRETATIO.

^a Maxime. ^b aiebat non minore sensu & affectu se commoveri. ^c decertantes. ^d non armatus thorace, sed nihil habens præter, &c. ^e antecellebat. ^f cessarent pugnare. ^g atrocitatem vultus. ^h cœpit. i statim quidam T. Manlius oriundus claris parentibus agre tulit urbem Romanam affici tanto opprobrio, & nullum inter tot milites venire in certamen.

NOTÆ.

1. T. Manlius.] Id facinus T. Manlii accidit, ut refert Livius, cons. C. Sulpicio & C. Licinio Calvo, anno scilicet U.C. cccxciii. ante Christum cccxli.

2. Induvias.] Ut exuvia spolia sunt, ita induvia dicuntur indumenta.

3. Scuto.] Scutum & clypeus armorum fuit genus, quo milites in acie corpus obtegebant: id autem inter utrumque discriminis erat, quod scutum ad quadratam, clypeus ad rotundam figuram accederet. Porro alia erant equitum, alia

peditum scuta.

4. Gladio Hispanico.] Gladius Hispanicus brevitate habilis, mucrone firmissimo utrimque vulnus inferens punctum & cæsum ad femur dextrum appendebatur. Apud Romanos non fuit in usu nisi temporibus Hannibalis & belli Punici secundi, anno scilicet post hoc singulare certamen ccli. Itaque quod hic dicitur Hispanico gladio fuisse cinctus Manlius, non revera Hispanicus, sed similis fuit Hispanico, quo deinde usi sunt Romani.

contra Gallum constitit. Metu magno ea congressio⁵ in ipso ponte, utroque exercitu inspectante, facta est. Ita, ut ante dixi, constiterunt; Gallus^k sua disciplina scuto projecto^l cantabundus; Manlius animo magis quam arte confusus scutum scuto percussit, atque statum Galli conturbavit. Dum se Gallus iterum eodem pacto constituere studet; Manlius iterum scutum scuto percussit; atque de loco hominem iterum deiecit: ^m eo pacto ei sub Gallicum gladium⁶ successit, ne Gallus impetum icti haberet, atque Hispanico pectus hausit; dein continuo humerum dexterumⁿ eodem concassu incidit; neque recessit usquam donec subvertit. Vbi eum everit; caput præcedit; torquem detraxit; eamque sanguinolentam sibi in collum imponit. Quo ex facto ipse posterique ejus Torquati sunt cognominati. Ab hoc T. Manlio, cujus hanc pugnam Quadrigarius descripsit, imperia & aspera & immitia Manliana dicta sunt: quoniam postea, bello adversus Latinos cum esset consul, ⁷ Filium suum securi percussit; qui^o speculatum ab eo missus, ^p ne pugnaret interdicto, hostem, a quo provocatus fuerat, occiderat.

INTERPRETATIO.

k consuetudine sua militari. l cœpit accedere cantando. m ea ratione cum invasit infra eusem Gallicum, & suo ense

Hispanico aperuit Galli pectus. n eodem percussione o ad observandos hostes. p prohibitus patris jussu ne certaret cum hoste.

NOTÆ.

5. In ipso ponte.] Ad Anienem castra metati fuerant.

6. Successit ne Gallus impetum icti haberet.] Ita legimus, autore Scaligero, cum hæc verba in aliis editionibus suo loco distracta sint. Ibi enim habetur, successit atque Hispanico pectus hausit:

dein continuo humerum dexterum eodem concassu incidit, neque recessit usquam donec subvertit, ne Gallus impetum icti haberet.

7. Filium suum.] Quo tempore id acciderit docebunt quæ diximus de Manlianis imperiis.

CAPUT XIV.

Quod idem Quadrigarius, hujus facies^a patrio casu probe & Latine dixit, & quadam alia apposita de similium vocabulorum declinationibus.

Quod autem supra scriptum est in Q. Claudii verbis, propter magnitudinem atque immanitatem^b facies; id nos aliquot veteribus libris inspectis exploravimus; atque ita esse, ut scriptum est, comperimus. Sic enim pleraque ætas veterum declinavit, hæc facies, hujus facies, quod nunc propter rationem grammaticam faciei dicitur. Corruptos autem quosdam libros reperi in quibus faciei scriptum est, illo, quod ante scriptum erat obliterato. Meminimus & in Tiburti bibliotheca invenire nos

INTERPRETATIO.

^a Genitivo. ^b statura.

NOTÆ.

1. In Tiburti bibliotheca.] Tibur ad fluvium Anienem urbs, nunc dicta Tivoli, circa quam habebant prædia plexi-

que nobiles, ibique tædii levandi causa nobilem bibliothecam in Herculeis templo unus aliquis instruxerat.

in eodem Claudii libro scriptum utrumque, *facies & facii*. Sed, *facies*, in ordinem scriptum fuit, & contra per *ii* geminum, *facii*. Neque id abesse a quadam consuetudine prisca existimavimus. Nam & ab eo quod est *hic dies tam hujus dii*, & ab eo quod est *hac famas tam hujus famii* dixerunt. Q. Ennius in sextodecimo annali *dies* scripsit pro *diei* in hoc versu:

^c *Postrema longinqua dies confecerit atas.*

Ciceronem quoque affirmat Cællius in oratione, quam pro P. Sestio fecit, *dies* scripsisse, pro *diei*. Quod ego ^d impensa opera conquisitis veteribus libris plusculis ita, ut Cællius ait, scriptum inveni. Verba sunt hæc Marci Tullii. *Equites vero daturus illius dies pœnas*. Quocirca factum Hercle est, ut facile iis credam, qui scripserunt ² idiographum librum Virgilio sese inspexisse in quo ita scriptum est:

^e *Libra dies somnique pares ubi fecerit horas.*

Id est, *libra diei somnique*. Sed sicut hoc in loco *dies* a Virgilio scriptum videtur; ita in illo versu nihil dubium est, quin *dii* scripserit pro, *diei*:

³ *Munera letitiamque dii* --

Quod imperitiores, *dei*, legunt, ^f ab insolentia scilicet vocis istius abhorrentes. Sic autem *dies dii* a veteribus declinatum est; ut *fames fami*, *pernicius pernicii*, *progenies progenii*, *luxuries luxurii*, *acies acii*. Marcus enim Cato in oratione, quam de bello Karthaginensi composuit, ita scripsit: *Pueri atque mulieres extrudebantur fami causa*. Lucilius in quintodecimo: *Rugosum atque fami plenum*. ⁴ Sisenna in historiarum libro sexto: *Romanos inferenda pernicii causa venisse*. Pacuvius in Paulo:

Pater supreme nostræ progenii patris.

⁵ Cn. Matius in Iliadis XXI.

Altera pars acii vitassent fluminis undas.

Idem Matius in tertio & vicelesimo.

¹ *An maneat specii simulachrum in morte silentium.*

C. Gracchus de legibus promulgatis; *Ea luxurii causa aiunt institui*. Et ibidem infra ita scriptum est. *Non est ea luxuries quæ necessario parentur vita causa*. Per quod apparet eum, ab eo quod est *luxuries*, *luxurii pa-*

INTERPRETATIO.

c diuturna atas diei ultima consumpsit. d de industria. e cum Libra signum cœlestis. f ab infrequenti usu. g expelluntur propter famem. h exercitus. i an-
leste reddiderit aequales horas diei & non in morte Manium superstit imago speciei.

NOTÆ.

2. Idiographum.] Idiographus Virgilio liber est propria ipsius manu scriptus: vox ex duabus Græcis composita *idos* proprius & *γράφω* scribo. In eandem sententiam dicuntur holographa, autographa, & archetypa quæ autoris sui manu exarata sunt.

3. Munera.] Doctissimi Æneidos in-

terpretes a Gellio dissentiunt, & per lætitiæ Dei, Bacchi lætitiæ intelligunt, qui dicitur alibi *lætitia dator*.

4. Sisenna.] Vide supra lib. II. cap. XXIV.

5. Cn. Matius.] Consule notas in cap. VI. lib. VI.

trio casu dixisse. Marcus quoque Tullius in oratione, qua Sex. Roscium defendit, *pernicii*, scriptum reliquit. Verba hæc sunt. *Quorum nihil pernicii causa divino consilio, sed vi ipsa & magnitudine rerum, factum putamus.* Aut *facies* ergo in casu patrio, aut *facii*, *Quadrigarium* scripsisse
 5 existimandum est. *Facie* autem in nullo veteri libro scriptum reperit. In casu autem dandi, qui purissime locuti sunt, non *faciei*, uti nunc dicitur, sed *facie* dixerunt. Lucilius in Satyris :

⁶ *Primum*, inquit, *facie quod honestas Accedit.*

10 Lucilius in libro septimo :

*Qui te diligat, ætati facieque tua se
 Fautorem ostendat, fore amicum polliceatur.*

Sunt tamen non pauci qui ^k utrobique *facii* legant. Sed C. Cæsar in libro de analogia secundo, *hujus die & hujus specie*, dicendum putat. Ego quoque
 15 in Jugurtha Sallustii summæ fidei & reverendæ vetustatis libro, *die*, casu patrio scriptum inveni. Verba hæc ita erant. *Vix decima parte die reliqua.* Non enim puto ^l argutiolam istam recipiendam, ut, *die*, dictum quasi, *ex die*, existimemus.

INTERPRETATIO.

k in utroque loco. l subtilitatem.

NOTA.

6. *Primum.*] Ita correxit hunc ver- | --- *primum facie quod honestatis ac-*
 sum Scaliger, cum prius haberetur | *cedit.*

CAPUT XV.

De genere controversia quod Græce ἀπορον appellatur.

20 CUM Antonio Juliano rhetore, per ¹ feriatum tempus æstivarum, decedere ex ^b urbis æstu volentes ² Neapolim ^c concesseramus. Atque ibi erat adolescens tunc quispiam ex ditioribus cum ^d utriusque linguæ magistris ^e meditans & exercens, ad causas Romæ orandas, eloquentiæ Latinæ facultatem. Atque is rogat Julianum uti sese audiat declamantem. It
 25 auditum Julianus: inusque nos cum eo. Simul introit adolescens; & profatur arrogantius & elatius quam ætati ejus decebat; ac deinde jubet exponi controversias. Aderat ibi nobiscum Juliani sc̄ctator, ^f juvenis prom-

INTERPRETATIO.

a Inexplicabile. b Roma. c profecti eramus. d Latina & Græca. e studens & se- | exercens in usu eloquentiæ Latinæ ad causas dicendas Roma. f adolescens ævis im-

NOTÆ.

1. *Feriarum tempus.*] Feriæ sunt dies quibus forum causis, litibus ac judiciis vacabat. Æstivæ feriæ in Julium mensem & Augusti partem, vindemiales in autumnum incidebant.
 2. *Neapolim.*] Neapolis urbs veteris Campaniæ celeberrima, nunc regni cognominis in Italia. caput vulgo Neapol-

rus, & proficiens, & offendens jam in eo quod ille apud Juliani aures in præcipiti stare & subitaria dictione periculum sui facere audebat. Exponit igitur & tentamenti gratia controversiam parum consistentem, quod genus Græci ἀπειροειδής vocant; Latine autem id non nimis incommode *inexpli- cabile* dici potest. Ea controversia fuit hujuscemodi. *De reo septem judices cognoscant; eaque sententia sit rata, quam plures ex eo numero dixerint. Cum septem judices cognovissent; duo censuerunt reum exsilio multandum, duo alii pecunia, tres reliqui capite pœniendum. Petitur ad supplicium ex sententia trium judicum: & contradicit.* ^h Hac ille audita nec considerata, neque aliis, ut proponerentur, expectatis, incipit statim mira celeritate in eandem hanc controversiam ⁱ principia nescio quæ dicere, & ^k involu- lucra sensuum ^l verborumque volumina vocumque turbas fundere; ceteris omnibus ex cohorte ejus, qui audire eum soliti erant, clamore magno exultantibus; Juliano autem male ac misere rubente & sudante. Sed ^m ubi deblateratis versuum multis milibus finem aliquando fecit, egressi- que inde sumus: amici familiaresque ejus Julianum profecuti quidnam existimaret percunctati sunt. Atque ibi Julianus festivissime, *Nolite quarere, inquit, quid sentiam. Adolescens hic³ sine controversia disertus est.*

INTERPRETATIO.

enii qui multum profecerat, & jam hoc moleste ferebat, quod ille non dubitaret cum periculo se exponere censura Juliani, & extemporanea oratione experiri suam eloquentiam. g ad experimentum. h contro- versia. i loca communia. k sensus ob- scuros. l effundere flumen orationis & dictionum. m stulte prolatis.

NOTA.

3. *Sine controversia.*] Jocus asperior ex ancipiti voce controversia. Cum enim sine controversia id vulgo significet quod sine dubio, aliam usurpat notionem hujus vocis Julianus, & per controversiam intelligit causam in utramque partem agitari solitam. Hæc est igitur Juliani mens, hunc adolescentem, si nulla ipsi causa tractanda proponatur, eloquentem esse.

CAPUT XVI.

Quod Plinium Secundum hominem non indoctum fugerit latueritque vitium argumenti, quod^a ἀντισπερον Græci dicunt.

20

Plinius Secundus existimatus est esse ætatis suæ doctissimus. Is libros reliquit, quos *Studiosorum* inscripsit, ^b haud ² medius fidius usque-

INTERPRETATIO.

^a Reciprocum. ^b non certe omni parte contemnendos.

NOTA.

1. *Plinius Secundus.*] Vir acris ingenii, incredibilis studii & summæ vigilantiae ejus cum alii libri temporum injuria perire, cum *studiosi tres*, quos in epistola ad Marcum recenset ejus ex sorore filius Plinius junior, in sex volumina propter amplitudinem divisi, quibus oratorem ab incunabulis instituit & perficit.

2. *Medius fidius.*] Adverbium est ju-

quaque aspernandos. In his libris multa varie ad oblectandas eruditorum hominum auris ponit. Refert etiam plerasque sententias, quas, in declamandis controversiis, lepide arguteque dictas putat. Sicut hanc quoque sententiam ponit ex hujuscemodi controversia. *Vir fortis premio, quod optaverit, donetur. Qui fortiter fecerat, petit alterius uxorem in matrimonium; & accepit. Is deinde, cui ea uxor fuerat, fortiter fecit. Repetit eandem. Contradicitur.* Eleganter, inquit, & probabiliter ex parte posterioris viri fortis uxorem sibi reddi postulantis, hoc dictum est: *Si placet lex; redde: Si non placet; redde.*^d Fugit autem Plinium sententiam istam quam putavit esse argutissimam, vitio non carere, quod Græce *αἰτισπέρον* dicitur. Et est vitium^e insidiosum & sub falsa^f lemmatis specie latens. Nihilominus converti ex contrario id ipsum adversus eundem potest; atque ita a priore illo viro forti dici: *Si placet lex, non reddo: si non placet, non reddo.*

I N T E R P R E T A T I O.

ccujus. d Ignoravit vero Plinius. e fallax. f sumptionis.

N O T Æ.

randi ex tribus conflatum vocabulis, idem videtur significare ac *mehercules*. Nam quem Latini Jovem, Græci *Δία* vocant, & fidius pro filio ponitur: idem igitur sonat medius fidius, quod

ita me Jovis filius adjuvet.
3. *Lemmatis.*] Lemma est id quod in
ratiocinationibus assumitur. Hoc vocabulum Cicero sumptionem interpretatur.

A. GELLII

NOCTIUM ATTICARUM

COMMENTARIUS.

LIBER DECIMUS.

CAPUT I.

Tertiumne consul *an* tertio dici, oporteat; & quonam modo Cn. Pompeius cum in theatro, quod erat dedicaturus, honores suos inscriberet, quaestio- nem ancipitem istius verbi de consilio Ciceronis vitaverit.

AMILIARI meo cuiquam literas Athenis Romam misi. In his scriptum fuit me illi jam tertium scripsisse. Is ad me rescripsit, petivitque ut rationem redderem cur tertium ac non tertio scripsissem. Id etiam adscripsit, ut eadem quid super illo quoque mihi videretur facerem se certio- rem; tertiumne consul & quartum an tertio & quarto dicendum esset, quoniam Romae doctum virum dicere audisset tertio & quarto consul, non tertium quartumque; idque in principio libri ¹ Caelium scripsisse; & Q. Claudiam in libro ² undevicesimo ³ C. Marium creatum septimo consulem dixisse. Ad haec ego rescripsi nihil amplius, quam verba M. Varronis hominis opinor, quam fuit Claudius cum Caelio, doctioris. Quibus verbis utrumque de quo ad me scripserat, decideretur. Nam & Varro satis aperte quid dici oportet.

INTERPRETATIO.

² Decimo nono.

NOTÆ.

1. *Caelium.*] L. Caelius Antipater historicus scriptor fuit, inquit Tullius in Bruto, ut temporibus illis luculentus. Vixit Gracchorum temporibus circa annum U. C. Iocxxx. ante Christum cxxiv.

2. *C. Marium.*] Hic ille est C. Marius, celebris Romanorum imperator, in bello hostibus, in otio civibus infestissimus quietisque impatientissimus, ut refert Patereulus, quem humili loco natum ad amplissimos reip. magistratus singularis virtus evexit. Bellum Ju-

gurthinum confecit, Teutones & Ambrones Germaniae populos interfectis millibus ducentis, paulopost Cimbro ingenti strage delevit. Cum provinciam belli Mithridatici suscipere contenderet, a Sylla suo quondam legato expulsus est ex urbe, in quam paulopost irrupit & Syllanis omnibus obruncatis septimum consul renunciatus est. A Sylla victore mox fugatus, Marianis vicissim proscriptis morbo extinctus est anno U. C. IocLxxi. ante Christum Lxxxiii. *Plutarch. Appian. &c.*

ret edocuit; & ego adversus eum, qui doctus esse dicebatur, ^b litem meam facere abrens nolui. Verba M. Varronis, ex libro disciplinarum IV. hæc sunt. *Aliud est quarto prætorem fieri & quartum; quod quartum locum adsignificat ac tres ante factos; quartum, tempus adsignificat & tertium ante factum. Igitur Ennius recte; quod scripsit,*

Quintus pater quartum fit consul:

*& Pompeius timide, quod in theatro, ne adscriberet, consul tertium ante tertio, extremas literas non scripsit. Quod de Pompeio Varro breviter & subobscurè dixit; Tiro Tullius Ciceronis libertus in epistola quadam ^c enarratius scripsit ad hunc ferme modum. Cum Pompeius, inquit, ^d ad eam VI. Etoria dedicaturus foret, cuius gradus ^e vicem theatri essent, nomenque ejus & honores inscriberentur: quari cœptum est utrum consul tertio inscribendum esset an tertium. Eam rem Pompeius exquisitissime retulit ad doctissimos civitatis. Cumque dissentiretur; & pars tertio, alii tertium scribendum contenderent: rogavit, inquit, Ciceronem Pompeius ut, quod ei re-
 15 Etius videretur, scribi juberet: tum Ciceronem judicare de viris doctis veritum esse; ne, quorum opiniones improbaasset, ipsos videretur improba-
 Persuasit igitur Pompeio ut neque tertium neque tertio scriberetur: sed ad
 secundum usque r, fierent litera: ut verbo non perscripto res quidem de-
 20 monstraretur; sed dictio tamen ambigua verbi lateret. Id autem quod & Varro & Tiro dixerunt; in eodem nunc theatro non est ita scriptum. Nam cum multis annis postea scena, quæ prociderat, resecta esset; numerus tertii consulatus, non, uti initio, primoribus literis, sed tribus tantum lineolis incisus significatus est. In M. autem Catonis quarta Origine ita scriptum est. Karthaginienses sextum ^f de fœdere decessere. Id verbum significat quinquies ante eos fecisse contra fœdus, & tum sextum. Græci quoque in significandis hujuscemodi rerum numeris, τριτον & τεταρτον dicunt: quod congruit cum eo quod Latine dicitur, tertium quatuor-
 tumque.*

INTERPRETATIO.

b pro mea sententia tanquam pro lite | *secrare templum victoria. c pro theatro dicere. e magis explicite. d deberet con-* | *f violarunt fœdus.*

NOTA.

3, Pompeius.] De quo in notis egimus ad cap. X. lib. IV.

CAPUT II.

30 *Quid Aristoteles de numero puerperii memoria mandaverit.*

Aristoteles philosophus ¹ memoria tradidit mulierem in Ægypto uno partu quinque enixam pueros; eumque esse finem dixit ² multijuge

INTERPRETATIO.

a Fertilissimi partus mulierum.

NOTA.

1. Memoria tradidit.] Quod scribit Aristoteles in Historia animalium &

hominum partionis ; neque plures unquam simul genitos compertum. Hunc autem esse numerum ait rarissimum. Sed & , divo Augusto imperante , qui temporum ejus historiam scripserunt , ancillam Cæsaris Augusti ² in agro Laurente peperisse quinque pueros dicunt ; eosque pauculos dies vixisse : matrem quoque eorum , non multo postquam peperit , mortuam ; monumentumque ei factum , jussu Augusti , ^b in via Laurentina ; inque eo scriptum esse numerum puerperii ejus de quo diximus.

INTERPRETATIO.

^b in via qua ducit Laurentum.

NOTÆ.

Gellius compertum ait, nunquam plures quam quinque uno partu simul editos esse, jam plurima refutarunt exempla, Plinius ex Trogo refert septenos in utero ab Ægyptia muliere fuisse conceptos. Franciscus Picus Mirandula, teste Patre, narrat Dorotheam Italam gemi-

no partu viginti filios edidisse, primo quidem novem, altero undecim. Pluribus superfedeo, quæ curiosus lector apud Ulysses Aldrouandum in historia Monstrorum facile reperiet.

² In agro Laurente.] Consulatur notæ in cap. XII. lib. IX.

CAPUT III.

Locorum quorundam illustrium ^a collatio contentioque facta ex orationibus C. Gracchi & M. Ciceronis & M. Catonis.

Fortis ac vehemens orator existimatur esse ¹ C. Gracchus. Nemo id ¹⁰ negat. Sed quod non nullis videtur severior, acrior, ampliorque esse M. Tullio; ^b ferri id qui potest? Legebamus adeo nuper orationem Gracchi de legibus promulgatis. In qua M. Marium & quosdam ex municipiis Italicis honestos viros ² virgis per injuriam cæsos a magistratibus populi Romani quanta maxima invidia potest conqueritur. Verba hæc sunt, quæ ¹⁵ super ea re fecit. Nuper ³ Teanum Sidicinum consul venit: ^c uxor edixit se in balneis virilibus lavari velle. Quæstori Sidicino a M. Mario datum est negotium uti balneis ^d exigerentur qui lavabantur. Uxor renunciat viro parum cito sibi balneas traditas esse, & parum ^e lautas fuisse. Idcirco palus ^f destitutus est in foro; eoque adductus suæ civitatis nobilissimus homo M. Marius. Vestimenta de- ²⁰

INTERPRETATIO.

^a Comparatio & similitudo. ^b quomodo id potest tolerari. ^c Consulis uxor indicavit. ^d expellerentur. ^e mundas. ^f de-
fixus.

NOTÆ.

¹ C. Gracchus.] Orator ingenio præstantissimo, quem Tullius in libro de Claris Oratoribus grandem verbis, sapientem sententiis, genere toto gravem esse dicit. Ejus operibus, ut idem notat, manus extrema non accessit: præclare inchoata multa, perfecta non plane.

² Virgis cæsos.] Servi tantum capita-

les apud Romanos virgis, liberi fustibus cædebantur, ut observavimus in notis ad caput ultimum lib. I.

³ Teanum Sidicinum.] Teanum Campaniæ in Italia oppidum a populis Sidicinis Sidicinum est appellatum. nunc est Tiano.

- tracta sunt. *Virgis casus est.* ⁴ *Caleni, ubi id audierunt, edixerunt ne quis in balneis lavisse vellet, cum magistratus Romanus ibi esset.* ⁵ *Ferentini ob eandem causam prætor noster quaestores arripi jussit. Alter se de muro dejecit; alter prehensus & virgis casus est.* In tam atroci re, ac tam misera atque mæsta injuriæ publicæ & contestatione, ecquid est quod aut ampliter insigniterque, aut lacrimose atque miseranter, aut multa copiosaque invidia, gravique & penetrabili querimonia dixerit? Brevitas sane & venustas & mundities orationis est, qualis haberi ferme in comædiarum festivitatis solet. Item Gracchus alio in loco ita dicit. *Quanta libido quantaque intemperantia sit hominum adolescentium, unum exemplum vobis ostendam. His annis paucis ex Asia missus est, qui per id tempus magistratum non ceperat, homo adolescens pro legato. Is in lætica ferebatur. Ei obviam bubulcus de plebe* ⁶ *Venusina advenit, & per jocum, eum ignoraret qui ferretur, rogavit num mortuum ferrent. Ubi id audivit; læticam jussit deponi,* ⁷ *struppis, quibus lætica deligata erat, usque adeo verberari jussit, dum animum efflavit.* Hæc quidem oratio super tam violento atque crudeli facinore nihil profecto abest a quotidianis sermonibus. At, cum in simili causa, apud M. Tullium cives Romani innocentes viri, contra jus contraque leges, virgis cæduntur aut supplicio extremo necantur, quæ ibi tunc miseratio?
- ²⁰ *Quæ comploratio? Quæ totius rei sub oculos subjectio?* ¹ *quod & quale invidiæ atque acerbitatis fœrum effervescit? Animum Hercle meum, cum illa M. Ciceronis lego, imago quædam & sonus verborum & vocum & ejulationum circumplectitur. Velut sunt ista, quæ de C. Verre dicit. Quæ nos, ut in præsens potuimus, quantum memoria suppeditabat, adscripsimus. Ipse inflammatus scelere & furore in forum venit. Ardebant oculi: toto ex ore crudelitas eminebat. Expectabant omnes quo tandem progressurus aut quidnam acturus esset; cum repente hominem proprii atque in foro medio nudari ac deligari & virgas expediri jubet. Jam hæc* ² *mediusfidius sola verba, nudari ac deligari & virgas expediri jubet,*
- ³⁰ *tanti motus horrorisque sunt, ut non narrati, quæ gesta sunt, sed rem geri profus videas. Gracchus autem non querentis neque implorantis sed nuntiantis* ¹ *vicem; Palus, inquit, in foro destitutus est. Vestimenta detracta sunt, virgis casus est. Sed enim M. Cicero præclare,* ³ *cum diurna repræsentatione, non casus est sed cadebatur, inquit, virgis in medio*

INTERPRETATIO.

¹ *enarratione.* h funibus stuppeis. i quod | tores facti? k profecto. I instar. m præ
 & quam grave concitatur odium in au | posta rei diuturna imagine.

NOTÆ.

4. *Caleni*] Calenum urbs Campaniæ in Italia, vulgo *Carinola*.
 5. *Ferentini.*] Ferentinum Latii oppidum, *Ferentino*.
 6. *Venusina.*] Venusia urbs est Apulorum Peucetiorum in Italia, nunc *Ven-* | *sa* dicitur in provincia Basilicata.
 7. *Struppis.*] Ita cum Lambecio legendum, non *stuppis*. Struppi, inquit Ildorus, vincula lino vel loro facta.
 8. *Medius fidius.*] Vide notas in cap. XVI. lib. IX.

foro ⁹ Messana civis Romanus : cum interea nullus gemitus , nulla vox illius miseri inter dolorem crepitumque plagarum audiebatur , nisi hæc : Civis Romanus sum . Hac commemoratione civitatis omnia verbera depulsurum cruciatumque a corpore dejecturum arbitrabatur . Comprolationem deinde tam acerbæ rei , & odium in Verrem detestationemque apud civis Romanos ¹⁰ incense atque acriter atque inflammanter facit , cum hæc dicit : O nomen dulce libertatis ! O jus eximium nostræ civitatis ! O lex ¹⁰ Porcia legesque ¹¹ Sempronia ! O graviter desiderata & aliquando reddita plebi Romana tribunicia potestas ! Hucine tandem hæc omnia reciderunt ut civis Romanus in provincia populi Romani , in oppido fœderatorum , ab eo , qui beneficio populi Romani fasces ac securis haberet , deligatus in foro virgis caderetur ? Quid , cum ignes ardentisque lamina ceterique cruciatus admovebantur ? Si te acerba illius imploratio & vox miserabilis non leniebat ; ne civium quidem Romanorum , qui tum aderant , fletu gemituque maximo commovebare ? Hæc M. Tullius atrociter , graviter , copiose apteque miseratus est . ¹⁵ Sed si quis est tam agresti aure ac tam hispida , quem lux ista & amœnitas orationis verborumque modificatio parum delectat , amet autem priora idcirco quod incompta & brevia & non ^P operosa sed nativa quadam suavitate sunt , quodque in his umbra & color quasi ⁹ opacæ virtutatis est ; is , si quid iudicii habet , consideret in causa pari M. Catonis , hominis antiquioris , orationem ; ad cuius vim & copiam Gracchus nec adspiravit . Intelliget , opinor , Catonem contentum eloquentia ætatis suæ non fuisse ; & id jam tum facere voluisse , quod Cicero postea perfecit . In eo namque libro , qui de falsis pugnis inscriptus est , ita de Q. Thermo conquestus est . Dixit a decemviris parum sibi bene cibaria curata esse . ²⁰ Fussit vestimenta detrahi , atque flagro cadi . Decemvros Bruttiani verberavere . Videre multi mortales . Quis hanc contumeliam , quis hoc imperium , quis hanc servitutem ferre potest ? Nemo hoc rex ausus est facere . ²⁵ Ea-ne fieri bonis bono genere gnatis boni consulitis ? Vbi societas ? Vbi fides majorum ? ³⁰ insignitas injurias , plagas , verbera , vibices , eos dolores atque carnificinas , per dedecus atque maximam contumeliam , inspectantibus ² popularibus suis atque multis mortalibus , te facere ausum

INTERPRETATIO.

n vehementer . o sed si quis habet iudicium aurium tam ineruditum & asperum , ut eum splendor ille & decor orationis Ciceronianæ verborumque numerus medicritier delectet : probet autem superiora quæ sunt Gracchi . p elaborata . q obscura . r an accipitis in bonam partem , si ex fiant viris bonis nobili loco natis ? l maximas , t iis qui erant ex urbe ipsius .

NOTÆ.

9. Messana.] Messana urbs Siciliae hodie celebris, a Messenis Achaiae populis condita, Messine.

10. Lex Porcia.] Hanc, ut probabile est, in consulatu tulit M. Porcius Cato ille major, ne civem Romanum verberare necarive liceret; si quis fecisset, gravi poena puniretur.

rare necarive liceret; si quis fecisset, gravi poena puniretur.

11. Legesque Sempronia.] C. Sempronius Gracchus Tribunus plebis sanxerat, ne quid in Romani civis vitam injullu populi statueretur.

esse? Sed quantum luctum, quantum gemitum, quid lacrimarum, quantum fletum factum audiri? Servi injurias nimis ægre ferunt. Quid illi bono genere gnatos, magna virtute pradtos opinamini animi habuisse atque habituros dum viverent? Quod Cato dixit, *Bruttiani verberaverunt* ne qui fortasse de *Bruttianis* requirat; id significat. Cum Hannibal Pœnus cum exercitu in Italia esset, & aliquot pugnas populus Romanus adversas pugnasset; primi totius Italiæ¹² Bruttii^u ad Hannibalem desciverunt. Id Romani ægre passi, postquam Hannibal Italia decessit superatique Pœni sunt, Bruttios ignominia causa^x non milites scribebant, nec pro focis habebant, sed magistratibus in provincias euntibus parere & y præministrare, servorum vicem, jusserunt. Itaque hi sequebantur magistratus, tamquam^z in scenicis fabulis qui dicebantur lorarii; & quos erant jussi, vinciebant aut verberabant. Quod autem ex Bruttis erant, appellati sunt *Bruttiani*.

INTERPRETATIO.

u secuti sunt partes Hannibalis. x non servorum. z in comædijs quæ repræsentantur in theatro.

NOTA.

12. Bruttii.] Populi in ea parte Italiæ, cam regionem aufugissent. Brutates vocantur ab Ennio, & bilingues, quod Osce & Græce loquerentur, ut Festus refert.

CAPUT IV.

15 Quod P. Nigidius^a argutissime docuit nomina^b non positiva esse sed naturalia.

20 **N**omina verbaque non^c posito fortuito sed quadam vi & ratione naturæ facta esse P. Nigidius in grammaticis commentariis docet; rem sane in philosophiæ dissertationibus celebrem. Quæri enim solitum apud philosophos^d ὀνόματα τὰ ἐνύματα sint ἢ θεῖα. In eam rem multa argumenta dicit cur videri possint verba esse naturalia magis quam arbitraria. Ex quibus hoc visum est lepidum & festivum. ¹ Vos, inquit, cum dicimus: motu quodam oris conveniente cum ipsius verbi demonstratione utimur & labias sensim primores^e emovemus, ^f ac spiritum atque animam porro

INTERPRETATIO.

a subtilissime. b non significare ex arbitrio hominum sed ex natura sua. c casu. d utrum natura nomina sint an impositione. e extra movemus. f dirigimus verba & aspirationem in anteriorem partem, & ad eos cum quibus differimus.

NOTA.

1. Vos, inquit, cum dicimus, &c.] num communis omnibus lingua; quemadmodum fumus, quod naturale signum est ignis, ubique ac semper idem est.

versum & ad eos quibuscum sermocinamur intendimus. At contra cum dicimus, nos; neque profuso intentoque flatu vocis; neque ^z projectis labris pronunciamus; sed & spiritum & labias quasi intra nosmetipsos coercemus. Hoc fit idem & in eo quod dicimus, tu & ego, & tibi & mihi. Nam sicuti, cum adnuimus & abnuimus, motus quidam ille vel capitis vel oculorum a natura rei, quam significat, non abhorret; ita in his vocibus quasi gestus quidam oris & spiritus naturalis est. Eadem ratio est in Græcis quoque vocibus, quam esse in nostris animadvertimus.

INTERPRETATIO.

g prominentibus.

CAPUT V.

Avarus simplexne vocabulum sit an compositum & duplex, sicut P. Nigidio videtur.

Avarus non simplex vocabulum sed junctum copulatumque esse Nigidius dicit in commentariorum ^a undetricesimo. Avarus enim, inquit, appellatur qui avidus aris est. Sed in ea ^b copula, e, inquit, littera ^c detrита est. Item locupletem dictum ait ex compositis vocibus, qui pleraque loca, hoc est, qui multas possessiones teneret. Sed probabilius id firmitusque est, quod de locuplete dixit. Nam de avaro ambigitur. Cur enim non videri possit ab uno solum verbo ^d inclinatum, quod est aveo; eademque ^e fictura, qua est amarus? De quo nihil dici potest quin duplex non sit.

INTERPRETATIO.

a Vigesimo nono. b conjunctione. c elisa est. d derivatum. e compositione.

CAPUT VI.

^a Multam dictam esse ab edilibus plebei Appii Caci filia mulieri nobili, quod locuta esset petulantius.

Non in facta modo sed in voces etiam petulantiores publice Romæ vindicatum est. Ita enim debere esse visa est ^c Romanæ disciplinæ dignitas inviolabilis. ¹ Appii namque illius Cæci filia a ludis, quos spe-

INTERPRETATIO.

^a Filiam Appii Caci matronam illustriorem ab edilibus plebis damnatam esse solum actiones, sed etiam verba insolentius. ^b Romani puniverunt non solum actiones, sed etiam verba insolentius. ^c institutionum Romanarum.

NOTA.

1. Appii Caci.] Appius Claudius cuius, reipublicæ studiosus: stravit viam postea Cæci cognomen est impositum, Appiam & aquam Appiam derivavit orator fuit, ut illis temporibus diser- in urbem. Decretum cum Pyrrho fœdus

Etaverat, exiens turba undique ^d confluentis fluctuantisque populi jactata est: atque inde egressa cum se male habitam diceret; *Quid me nunc factum esset, inquit, quantoque artius pressiusque conflictata essem, si ² P. Claudius frater meus navali praelio classem navium cum ingenti civium numero non perdidisset? Certe quidem majore nunc copia populi oppressa ^e intercidiissem. Sed utinam, inquit, reviviscat frater, aliamque classem in Siciliam ducat; atque istam multitudinem perditum eat, qua me male nunc miseram convexavit.* Ob hæc mulieris verba tam improba ac tam ^f incivilia, C. Fundanius & Tib. Sempronius Aediles plebei ^g multam dixerunt ei³ æris gravis viginti quinque milia. Id factum esse dicit Capito Ateius, in commentario de judiciis publicis, bello Pœnico primo, ⁴ Fabio Licino & Otacilio Crasso consulibus.

INTERPRETATIO.

^d concurrentis & comprimantis. ^e perissem. ^f abhorrentia a moribus civis Romani. ^g eam condemnarunt solvendis viginti quinque millibus aris gravis.

NOTÆ.

perfuasit ne prius sanciretur, quam ex Italia discessisset: quod accidit anno U.C. CCCCLXXX. ante Christum CCLXXIV.

² P. Claudius.] Hic cum auspicio religionem irrideret, & pullos qui non palcerentur (quod erat mali ominis) per jocum jussisset in aquam mergi, ut biberent, quoniam esse nolent; ad Siciliam ingenti clade cum tota classe delatus est bello primo Pœnico. Tullius lib. II. de Natur. Deor.

³ Aëris gravis viginti quinque millia.] Aëris grave sive rude, de quo jam supra

diximus, fuit numus æris nondum signatus sed rudis & informis, qualis primis Romanorum regum temporibus erat in usu. Ea porro summa si ad monetam nostratam reducat, conficiet circiter CCCXXXVII. libras Francicas: as enim Romanorum fere quinque denarius nostratibus expenditur.

⁴ Fabio Licino.] M. Fabius Licinus, & M. Otacilius Crassus, consularum gesserunt anno U.C. LXXIII. ante Christum CCXLVI.

CAPUT VII.

Fluminum, quæ ^a ultra imperium Romanum fluunt ^b prima magnitudinis esse Nilum, secunda Istrum, proxima Rhodanum; sicuti M. Varronem memini scribere.

Omnium fluminum quæ in maria, qua imperium Romanum est, fluunt, quam Græci ^c ῥῆνὸς εἰς τὸν ἄλυσαν appellat, maximum esse Nilum consentitur: proxima magnitudine esse Istrum scripsit Sallustius.

INTERPRETATIO.

^a Originem habentia. ^b in mare qua est imperium Romanum. ^c interioris maris.

NOTÆ.

¹ Nilum.] Nilus non Africæ modo, sed totius terrarum orbis maximum flumen, post decurfos directo lapsu a meridie ad septentrionem triginta & octo grados, id est Icccccl. leucas Gallicas per septem ostia in mare mediterraneum evolvitur. Si obliquioris alvei ratio habeatur, a fonte ad ostium numerandæ sunt leucæ nstrates cxcxxxv.

² Istrum.] Danubius sive Danufus, Varte

Varro autem cum de parte orbis, quæ Europa dicitur, differeret, ³ in tribus primis ejus terræ fluminibus Rhodanum esse ponit. per quod videtur eum facere Istro æmulum. Istrus enim quoque in Europa fluit.

NOTÆ.

olim & Matoas autore Stephano appellatus, maximus Europa fluvius, ex Abnoba monte apud Tubingos ortus, ubi varias nationes alluit, delapsus in Illyricum Istri nomen accipit; ac tandem confecto quingentarum ac triginta leucarum Francicarum spatio amnis sexaginta auctus in Pontum Euxinum, *la mer noire*, sex vastis fluminibus erumpit.

3. *In tribus primis fluminibus.*] Varro- ni non omnino erant nota Europa flu- mina, cum Albi Germaniæ fluvius Rhodano sit sexaginta leucis Gallicis major, ipseque adeo Ligeris saltem viginti quin- que leucis longius spatium decurrat. Rhodanus autem nedum par sit Istro, vix tertiam ejus partem exæquat.

CAPUT VIII.

*Inter ignominias militares, quibus milites coercerentur, fuisse sanguinis
a dimissionem; & quam esse videatur causa hujuscemodi castigationis.* §

Fuit hæc quoque antiquitus militaris animadversio jubere ignominie causa militi venam ^b solvi & ¹ sanguinem dimitti. Cujus rei ratio in literis veteribus, quas equidem invenire potui, non exstat. Sed opinor factum hoc ^c primitus in militibus stupentis animi atque a naturali habitu declinantis; ut non tam pœna quam medicina videretur. Postea tamen ob ¹⁰ pleraque alia delicta idem factitatum esse credo per consuetudinem; quasi minus sani viderentur omnes qui delinquerent.

INTERPRETATIO.

a *Effusionem.* b *aperiri.* c *primis temporibus.*

NOTÆ.

1. *Sanguinem dimitti.*] Id factum in- terpretatur Muretus, ut qui cum gloria sanguinem pro patria fundere noluerant, eum cum ignominia amitterent: Lip-

sius, ut esset nota merita mortis sed clementer condonata, cujus species es- set modica sanguinis emissio.

CAPUT IX.

Quibus modis ^a quoque habitu acies Romana instrui solita sit quaque earum ^b instructionum sint vocabula.

Vocabula sunt militaria, quibus instructa certo modo acies appellari solet, ¹ *frons*, ² *subsidia*, ³ *cuneus*, ⁴ *orbis*, *globus*, ⁵ *forfices*, ⁶ *serra*, ⁷ *ale*, ⁷ *turres*. Hæc & quædam item alia invenire est in libris eorum qui de militari disciplina scripserunt. Tralata autem sunt ab ipsis rebus, quæ ita proprie nominantur: earumque rerum in acie instruenda sui cuiusque vocabuli imagines ostenduntur.

INTERPRETATIO.

a Et quo ordine Romani solebant disponere exercitum. *b* dispositionum.

NOTÆ.

1. *Frons.*] Milites in principio exercitus.

2. *Subsidia.*] Copiæ auxiliares, quæ ab utraque exercitus ala legionibus erant subsidio.

3. *Cuneus.*] Quid sit jam diximus in notis ad cap. VII. lib. III.

4. *Orbis, globus.*] Cum vel in orbem, vel in globum acies instruebatur.

5. *Forfices.*] Cum instar forficum in sese paulatim acies explicabat, ut duplici cornu hostem confringeret.

6. *Serra.*] Serra præliari dicitur, cum assidue acceditur recediturque, neque unquam consistitur. *Paulus Diaconus* in *Festo*.

7. *Turres.*] Militum globus dispositus instar turris & firmissimus.

CAPUT X.

Quæ ejus rei causa sit quod & Græci veteres & Romani annulum in eo digito gestaverunt, qui est in manu sinistra minimo proximus.

Veteres Græcos annulum habuisse in digito accepimus sinistræ manus qui minimo est proximus. Romanos quoque homines aiunt sic plerumque annulis usitatos. Causam esse hujus rei Apion in libris Ægyptiacis hanc dicit; quod insectis apertisque humanis corporibus, ut mos in Ægypto fuit, quas Græci *ἀνὰ τομῆς* appellant, repertum est ¹ nervum quem-

NOTÆ.

1. *Nervum quemdam tenuissimum.*] Hoc ipsum Difarius apud Macrobius lib. VII. cap. XIII. confirmat, & ait se, cum prius, ea de re dubitaret, libris anatomicorum postea consultis verum reperisse. Certum tamen ex humanorum corporum anatome ab annulari digito ad cor nullum ejusmodi nervum pertinere. Quid ergo? Veteres illi erra-

runt omnes? Minime vero. Nomine nervuli, ut notat Fortunius Licetus, arteriam aut venam intellexerunt eam, quæ non solum media est inter digitum medium & annularem, sed etiam annularis digiti venam propriam secat; Salvatellam appellant, quod bene tractata salutem afferat: eam autem solent medici maximo ægrotum adjumento tra-

dam tenuissimum ab eo uno digito, de quo diximus, ad cor hominis pergere ac pervenire: propterea non incertum visum esse eum potissimum digitum tali honore decorandum; qui continens & quasi connexus esse cum principatu cordis videretur.

NOTA.

dere in acutis febribus & in chronicis, quæ præcipuæ cordis affectiones sunt, ut observat Galenus. Haud abs re erit hic subjungere quæ Ateius Capito apud Macrobius lib. VII. Saturn. cap. XIII. tradit. Veteribus, inquit, annulus ge-

stabatur ut quisque vellet, quacun-
que manu, quolibet digito. Postea factum
est, ut usus annulorum exemptus dexte-
ra, qua multum negotiorum gerit, in la-
vam relegaretur, qua otiosior est.

CAPUT XI.

Verbum, *mature*, quid significet, quæque vocis ejus ratio sit: & quod eo verbo vulgus hominum improprie utitur: atque inibi quod præcox declinatum præcocis facit non præcoquis.

Mature nunc significat *propere* & *cito*, contra ipsius verbi sententiam. Aliud enim est *mature* quam quod dicitur *propere*. Propterea P. Nigidius homo in omnium bonarum artium disciplinis egregius, *Mature*, inquit, est quod neque citius est neque serius; sed medium quiddam & temperatum est. Bene atque proprie Nigidius. nam & in frugibus & in pomis *matura* dicuntur quæ neque cruda & immitia sunt neque caduca & decocta, sed tempore suo adulta maturataque. Quoniam autem id, quod non segniter fiebat, *mature* fieri dicebatur; progressa plurimum verbi significatio est; & non jam quod non segnius sed quod festinatius fit, id fieri *mature* dicitur; quando ea, quæ præter sui temporis modum properata sunt, *immatura* verius dicantur. Illud vero Nigidianum rei atque verbi temperamentum divus Augustus duobus Græcis verbis elegantissime exprimebat. Namque & dicere in sermonibus & scribere in epistolis solitum esse aiunt; *αὐτὸς βροχέως*. Per quod monebat ut ad rem agendam simul adhiberetur & industriæ celeritas & diligentia tarditas. ex quibus duobus contrariis fit *maturitas*. Virgilius quoque, si quis animum attendat, duo ista verba *properare* & *maturare*, tamquam plane contraria scitissime separavit in hisce versibus.

*Frigidus agricolam si quando continet imber,
Multa, forent qua mox celo properanda sereno;
Maturare datur.*

Elegantissime ista duo verba divisit. namque in præparatu rei rusticæ per

INTERPRETATIO.

a Acerba. *b* putrida. *c* festina lente. cum otio, qua facienda essent properanda si aliquando frigida pluvia retinet domum aratorem, licet ei plurima facere mentis agricolarum.

tempestates pluvias, quoniam otium est, maturari potest: § per serenas; quoniam tempus^h instat, properari necessum est. Cum significandum autem est coactius quid factum & festinatus; tum rectius præmature factum id dicitur quam *mature*. Sicutⁱ Afranius dixit^j in^k togata, cui Titulus nomen est.

^k *Appetis dominatum demens præmature præcocem.*

In quo versu animadvertendum est, quod *præcocem* inquit non *præcoquem*. Est enim casus ejus rectus non *præcoquis*, sed *præcox*.

INTERPRETATIO.

f tempore pluvio. g tempore sereno. | Titulus. k Insane affectas intempestivum
h urget. i in comœdia qua inscribitur | principatum nimis festinanter.

NOTÆ.

1. *Afranius.*] L. Afranius poeta, homo peracutus, in fabulis quidem etiam disertus, ut ait Tullius: scripsit comœdias, affecta jam ætate Terentii & Sex. Cæcili Romæ floruit. Ejus operum non nisi fragmenta passim apud veteres grammaticos inveniuntur.

2. *Togata.*] Togata dicebatur comœdia scripta juxta Romanorum ritum,

quæ toga utebantur: sicut Græci, quorum erat proprium pallium, comœdias appellabant palliatas. Porro togatarum triplex genus fuit: aliæ prætextatæ sive prætextatæ, regum ac principum; aliæ proprie togatæ, privatorum hominum facta exhibebant: aliæ denique mixtæ sive tabernariæ, personas togatas cum prætextatis inducebant.

CAPUT XII.

De portentis fabularum qua Plinius Secundus indignissime in Democritum philosophum confert: ibidem de simulacro^a volucris columbæ.

Librum esse Democriti nobilissimi philosophorum de vi & naturaⁱ Chamæleontis, eumque se legisse Plinius Secundus in naturalis historiae

INTERPRETATIO.

^a *Volante.*

NOTA.

1. *Chamæleontis.*] Chamæleon, si Plinio credimus, æqualis est lacerto & aere solo victitat. Ad colores quos videt alios quam album & rubrum teste Plutarcho variatur, non quod re ipsa iis coloribus imbuatur, sed quia cum habeat instar vitri corpus pellucidum, per id videntur subjacentium rerum colores, quos deceptis oculis hætere in chamæleonte credas. Quod autem, ut ait Aristoteles in histor. animal. chamæleon pallefcet cum moritur, eundemque in posterum colorem retineat, inde fit, quod deficiente calore concrefcet in

eo sanguis aliique humores, quorum crassities prohibet ne postea colores alii transluceant. Si fides habenda sit recentioribus, qui naturam hujus animalis se diligentius explorasse dicunt, Chamæleon non induit nisi candidum colorem candido linteo involutus; quoscunque alios colores attingit, nunquam reddit. Præterea muscis alitur, quas vibrante & exerta ad medium pedem lingua captat. Modo admodum macer, modo pinguis, vix unquam pedalem excedit magnitudinem.

viceſimo octavo refert; ² multaque vana atque intoleranda auribus deinde
 quaſi a Democrito ſcripta tradit. Ex quibus pauca hæc inviti memini-
 mus, quia pertæſum eſt. Accipitrẽ avium rapidiſſimum a chamæleonte
 humi reptante, ſi eum forte ſupervolet, detrahi & cadere vi quadam in
 tertam; ceteriſque avibus laniandum ſponte ſua objicere ſeſe & dedere. ⁵
 Item aliud ultra humanam fidem. Caput & collum chamæleontis ſi uratur
 ligno, quod appellatur ³ robur, imbres & tonitrus fieri derepente; idque
 ipſum uſu venire ſi jecur, ejuſdem animalis in ſummis tegulis uratur.
 Item aliud; quod Hercle an ponerem dubitavi ita eſt ^b deridiculæ vani-
 tatis. Niſi idcirco plane poſui, quod oportuit nos dicere quid de iſtius ¹⁰
 modi admirationum fallaci illecebra ſentiremus, qua pleraque capiuntur
 & ad perniciem elabuntur ingenia maxime ſollertia; eaque potiſſimum
 quæ diſcendi cupidiora ſunt. Sed redeo ad Plinium: ſiniſtrum pedem ait
 chamæleontis ferro ex igni calefacto torreri cum herba, quæ appellatur
 eodem nomine chamæleontis; & ^c utrumque macerari unguento; colli- ¹⁵
 gique in modum ^d paſtilli, atque in vas mitti ligneum, & eum, qui id
 vas ferat, etiam ſi is in medio palam verſetur, a nullo videri poſſe. Hiſ
 portentis atque præſtigiis a Plinio Secundo ſcriptis non dignum eſſe co-
 gnomen Democriti puto. Vel illud quale eſt, ⁴ quod idem Plinius in de- ²⁰
 cimo libro Democritum ſcripſiſſe aſſeverat? Aves quaſdam eſſe ^e certis
 vocabulis; & earum avium confuſo ſanguine gigni ſerpentem; eum ſi
 quis ederit, linguas avium & colloquia interpretaturum. ^f Multa autem
 videntur ab hominibus iſtis male ſollertibus hujuscemodi commenta in
 Democriti nomen data nobilitatis auctoritatique ejus perſugio utentibus.
 Sed id quod ⁵ Archytam Pythagoricum ^g commentum eſſe atque feciſſe ²⁵
 traditur, neque minus admirabile neque tamen vanum æque videri debet.
 Nam & plerique nobilium Græcorum & Favorinus philoſophus ^h memo-
 riarum veterum exſequentiſſimus affirmatiſſime ſcripſerunt, ſimulachrum
 columbæ e ligno ab Archyta ratione quadam diſciplinaque mechanica fa-

INTERPRETATIO.

^b videnda c pedem & herbam chama-
 leontis temperari unguento. d maſſa ro-
 tunda: e quas neſcio quibus nomini-
 bus appellat. f videntur autem pluri-
 ma ſimiles fabula ſub nomine Democri-
 ti tradi ab illis hominibus nullius judi-
 cii, qui abutuntur præſidio ejus autori-
 tatis & celebritatis. g inveniffe. h in an-
 tiquis commentariis peritiſſimus.

NOTÆ.

2. *Multa vana, &c.*] Mirum quid
 hic Gellio bilem moverit adverſus Pli-
 nium, qui libro XXVIII. cap. VIII.
 hæc aſſecta eſſe Democrito, & iis in re-
 bus mendacia Græcæ vanitatis ſe magna
 voluptate cognoviſſe tradit & ut falſi-
 ſima riſu refellit.

3. *Robur.*] Species eſt arboris glandi-
 feræ duriffimæ.

4. *Quod idem Plinius.*] De novis &

fabuloſis avibus toto cap. XLIX. lib. X.
 hiſtoriz naturalis agitur.

5. *Archytam.*] Archytas patria Ta-
 rentinus, ſecta Pythagoricus fuit phi-
 loſophus, Platonis a Dionyſio necandi
 vitam aſſeruit; ſæpius populo præfe-
 ctus eſt; ſed mathematicis quam bel-
 licis artibus longe clarior exitit. Floruit
 trecentis quinquaginta circiter ante

Chriſti ortum annis. *Laert.*

ctum volasse. Ita erat scilicet libramentis suspensum ¹ & aura spiritus inclusa atque occulta concitum. ^k Libet Hercle, super re tam abhorrenti a fide, ipsius Favorini verba ponere. ¹ Ἀρχύτας Ταραντίνος, φιλόσοφος αἰμα καὶ μηχανικός ὢν, ἐπίνοσ πειραζὼν ἐυλίω, πετομένω, ἢ πρὸ εἴποτε κατιστά, ἐκέπ ἀίσατο. μέγχι γὰρ πύτου.

INTERPRETATIO.

i & impulsus flatu venti inclusi & latenti. k certe placet super re tam incredibili. l Archytas Tarentinus philosophus simul & mechanicus cum esset, fabricavit co-
lumbam ligneam, volantem, qua si quando consideret, non amplius exibat. Nam usque eo volabat.

CAPUT XIII.

Cum partim hominum, qua ratione veteres dixerint.

Partim hominum venerunt, plerumque dicitur: Quod significat, partim hominum venit, id est, quidam homines. nam partim hoc in loco adverbium est; neque in casus inclinatur. sicuti, cum partim hominum, dici potest; id est, cum quibusdam hominibus, & quasi cum quadam parte hominum. M. Cato in oratione de re Floria ita scripsit. Ibi pro scortio fuit; in cubiculum ^a surrexitavit e convivio, cum partim illorum jam saepe ad eundem modum erat. Imperitiores autem cum parti legunt tamquam declinatum sit quasi vocabulum, non dictum quasi adverbium. ¹⁵ Sed Q. Claudius in vicesimo primo annali ^b insolentius paulo hac ^c figura est ita usus. Enim cum partim copiis hominum adolescentem placentem sibi. Itemque Claudii in vicesimo tertio annali verba hæc sunt. Sed idcirco me fecisse quod utrum negligentia ^d partim magistratum, an avaritia, an calamitate populi Romani evenisse dicam nescio.

INTERPRETATIO.

a Saepè surrexit. b paulo magis extraordinarie. c forma loquendi. d aliquorum.

CAPUT XIV.

²⁰ Injuria mihi factum itur, quali verborum ordine Cato dixerit.

Audio, illi injuriam factum iri, audio contumeliam dictum iri, vulgo quoque ita dici, vulgo & istam esse verborum figuram jam in ^a medio loquendi usu: idcircoque exemplis ^b supersedeo. Sed contumelia illi, vel injuria factum itur, paulo est remotius. Exemplum igitur ponemus. ²⁵ M. Cato pro se contra C. Cassium. Atque evenit ita, Quirites, uti in hac contumelia, que mihi per hujusce petulantiam ^c factum itur, rei quoque

INTERPRETATIO.

^a Frequenter usurpatam. b abstinco. c faciendæ est.

publice mediis fidius miserear, Quirites. Sicut autem *contumeliam*¹ factum iri significat iri ad contumeliam faciendam, id est, operam dari quo fiat; ita *contumelia mihi factum itur*, casu tantum immutato idem dicit.

NOTA.

1. *Factum iri.*] Factum iri & faciendum esse, si grammaticos audimus, in eo differunt quod factum iri sit oratio præsens temporis, & significet aliquid in via esse ut fiat; at faciendum esse non denotet tempus rei faciendæ.

CAPUT XV.

De flaminis Dialis deque^a flaminicæ carimoniis; verbaque ex edicto prætoris apposta, quibus dicit non coacturum se ad jurandum neque virgines Vestæ neque Dialem.

Carimonie impositæ¹ flamini Diali multæ; item² castus multiplices: quos in libris, qui de sacerdotibus publicis compositi sunt, item in Fabii Pictoris librorum primo scriptos legimus. Unde hæc ferme sunt quæ commemoramus. ³ *Equo Dialem flaminem vehi^b religio est: c^c classem* ¹⁰ *procinctam extra⁴ pomerium id est, exercitum armatum videre. Idcirco⁵ rarerent flamen Dialis creatus consul est, cum bella consulibus mandabantur. Item⁶ Iurare Dialem fas nunquam est. Item⁷ annulo uti nisi per-*

INTERPRETATIO.

a *Vxoris flaminis.* b *nefas est.* c *exercitum navalem instructum.*

NOTÆ.

1. *Flamini Diali.*] De flamine Diali consule lib. I. cap. XII.

2. *Castus.*] Castus in sacris idem est ac ritus. Unde Varro & *religiones*, inquit, & *castus id possunt, ut ex periculo eripiant nos.* Lipsius huic lectioni, quanquam ipsi primum placuerat, deinde substituit *caustus multiplices*; multa enim vetita flamini Diali, a quibus sibi cavere deberet. Vulgatam antiquarum editionum lectionem retinendam censet Gutherius ex veteri Glossario in quo *caustus* & *καυστος* ejusdem est notionis.

3. *Equo Dialem flaminem vehi religio est.*] Si hoc ideo fiebat, ut Festus ait, ne flamine longius abeunte sacra negligerentur, cur non ipsi curru interdicitum est? Cur sella curulis jus habuit teste Plutarcho? Probabilius itaque videtur, quanquam anilis est superstitionis, quod tradit Plinius, equinum fel inter venena damnari: ideoque flamini sacrorum equum attingere non licere.

4. *Pomerium.*] Quid sit intelliges ex

cap. XIV. lib. XIV.

5. *Rarerent... consul creatus est.*] Notat Plutarchus in *Quæstionibus Romanis*, flaminibus Dialibus aditum ad ceteros magistratus fuisse præclusum, ne diversi generis in idem temporis punctum incidentibus negotiis, interdum deorum cultus negligeretur.

6. *Iurare Dialem fas nunquam est.*] Quippe, ut ibidem ait Plutarchus, in rebus levioris momenti absurdum est ei non credere, cui res maximæ & sacræ creditæ sunt.

7. *Annulo uti nisi pervio castoque fas non est.*] Apud veteres annulorum alii fuere solidi, alii intus pervii & casti, qui scilicet concavi amuleta adversus serpentum morsus aut quidvis aliud continerent. Hi dicebantur a Græcis *φουκαὶ δακτύλιοι*, & a flamine Diali gestabantur. Aliis uti non licebat, quod cum accederent ad vinculorum similitudinem, flamines maxime omnium liberos dedecerent.

vio castoque fas non est. Ignem e flaminia, id est, flaminis Dialis domi, nisi⁸ in sacrum efferi jus non est. Vincitum, si aedes ejus introierit, solvi necessum est; & vincula per⁹ impluvium in tegulas subduci, atque inde foras in viam dimitti. Nodum in apice neque in cinctu neque alia in parte ullum habet. Si quis ad verberandum ducatur, si ad pedes ejus supplex procubuerit, eo die verberari piaculum est. Capillum Dialis, nisi qui liber homo est, non¹⁰ detonset. ¹⁰ Capram & ¹¹ carnem incoctam & ¹² ederam & ¹³ fabam neque tangere Diali mos est neque nominare. ¹⁴ Propagines e vitibus alius pratentos non ¹⁵ succedet. Pedes lecti, in quo cubat, luto tenui circumlitos esse oportet; & ¹⁶ de eo lecto trinocitium continuum non decubat: neque in eo lecto cubare alium fas est, neque apud ejus lecti fulcrum ¹⁷ capsulam esse cum ¹⁷ strue atque ¹⁸ ferto oportet. Unguium Dialis & capilli segmina subter ¹⁹ arborem felicem terra operiuntur. Dialis quotidie ²⁰ fertatus est. Sine ²¹ apice & sub divo esse licitum non est; sub tecto uti liceret, & non pridem a pontificibus constitutum. Mallurius Sabinus scripsit & alia talia

INTERPRETATIO.

d' tondeat. e non transibit per viam ubi vitium sarmenta in sublimi sunt pratentata. f non decumbit extra illum lectum per tres noctes continuas. g sub patente cali.

NOTÆ.

8. In sacrum.] Ita cum Lipsio legimus, cum prius sacrum tantum haberetur.

9. Impluvium.] Locus est, ut ait Varro, in medio domus relictus, ut lucem caperent deorsum, quo pluvia decidebat.

10. Capram.] Diali nefas erat capram tangere. Nempe, ut ait Plutarchus in Questionibus Romanis, cum capra sit lasciva, foetida & obnoxia epilepsia, metuebant ne mali contagio ad eos perveniret, qui capra vescerentur, aut etiam tangerent.

11. Carnem incoctam.] Quia, ut idem asserit, ab esu erudorum vulgo abhorrent.

12. Ederam.] Hanc asserit rationem Plutarchus, quod edera sterilis inutilisque hominibus sit imbecillaque, & ea de causa aliis quibus innitatur, opus habeat.

13. Fabam.] Quod scilicet faba, ut testantur Plinius & Festus, putaretur ad mortuos pertinere.

14. Propagines, &c.] Hic ritus, auctore Plutarcho, designabat ab ebrietate flaminem alienissimum esse debere.

15. Succedet.] Sic legendum constat ex Plutarcho qui in ceremonias flaminis Dialis inquirens sic ait. Δία τὴν δὲ ἀποδὸν οὐδὲ κτλ. & δὴ τὴν ἐπιπέτῃ τῆς ἱερῆς.

Δίος, ἢ δὲ ἰδὸν διὰ τὴν ἀναδεδυμένον ἀποδὸν διαπερὶν; Quam ob causam neque ederam tangere licet flaminis Diali, neque viam transire ubi vitium propagines visum extente sunt? In aliis. editionibus habetur succidet.

16. Capsulam.] Quæ parva est arca capiendi sic nominata.

17. Strue.] Strues proprie dicitur lignorum congeries; hic genus est lili quod adolebatur in sacris.

18. Ferto.] Fertum genus item lili, quod multis ac variis rebus faceretur, faciendi dictum.

19. Arborem felicem.] Quæ sit arbor felix veteres non omnino consentiant. Eam esse censet Cato, quæ fructum fert infelicem vero quæ nullum producit.

20. Fertatus est.] Flamen cui quotidie supperebant quæ prius descripsimus ferta, dicebatur fertatus. Mirum in hoc loco quantum se torqueant interpretes: alii festatus, alii feratus, quidam fertatus, nonnulli etiam fertarius legunt. At quorum felicior est conjectura?

21. Apice.] Apex, inquit Festus, sacerdotum insigne, dicitur est ab eo quod comprehendere vinculo, antiqui apere dicebant.

quædam ^h remissa : gratiamque aliquot ceremoniarum factam dicit. ²² Farinam fermento imbutam attingere ei fas non est, tunicam intimam, nisi in locis tectis non exiit, ne sub calo, tamquam sub oculis Iovis, nudus sit. Super flaminem Dialem in convivio, nisi ²³ rex sacrificulus, haud quisquam alius ⁱ accumbit. Uxorem si amisit, ^k flaminio decedit. Matrimonium flaminis nisi morte dirimi non est jus. Locum, ^l in quo bustum est, numquam ingreditur. Mortuum numquam attingit. ^m Funus tamen exsequi non est religio. Eadem ferme ceremoniæ sunt, quas ⁿ flaminicas Dialis seorsum aiunt observitare. Velui est; quod ²⁴ venenato ^o operitur, & quod in ²⁵ rica surculum de arbore felici habet: & quod scalas, nisi que Græce *χλιμακας* appellantur, ascendere ei plus tribus gradibus ^p religiosum est: atque etiam cum it ad ²⁶ Argeos quod neque ^q comit caput neque capillum deperdit. Verba prætoris ex edicto perpetuo de flamine Diali & de sacerdote Vestæ adscripti. SACERDOTE M. VESTALEM. ET. FLAMINEM. DIALEM. IN. OMNI. MEA. IURISDICTIONE. IURARE. NON. COGAM. Verba M. Varronis ex secundo rerum divinarum super flamine Diali hæc sunt. *Is solus album habet galerum; vel quod maximus, vel quod fovi immolata hostia alba fieri oporteat.*

INTERPRETATIO.

h indulgenter concessa. *i* more veterum. *m* non est vetitum celebrare exequias. *n* uxores flaminis Dialis dicunt sæpe obdicat. *l* in quo est cadaver combustum. *k officio flaminis se abdicat. *o* vestitur. *p* vetitum est. *q* ornat.*

NOTÆ.

22. *Farinam fermento imbutam.*] Cuius ritus hanc affert rationem Plutarchus, quod farina alimentum sit imperfectum & crudum, neque enim manet id quod erat triticum, neque factum est id quod fieri debuit nimirum panis.

23. *Rex sacrificulus.*] Pulsis Roma regibus tradit Livius lib. II. Regem sacrificulum creatum esse, qui, quanquam penes eum esset sacrorum cura, suberat pontifici, ne nimia potestas odiosum per se nomen in invidiam magis adduceret.

24. *Venenato.*] Venenatum fuit pallii genus flaminicæ proprium, quod, quia venenatum erat sive imbutum flammæ colore, dictum est venenatum.

25. *Rica.*] Quadratum vestimentum purpureum & fimbriatum, quo pro pallio utebantur flaminicæ.

26. *Argeos.*] Argei, autore Festo, erant scirpea simulacra quæ per Vestales virgines singulis annis projiciebantur in Tiberim. Argeos quasi Argivos tradit in Problematis Plutarchus appellatos fuisse: solebant enim antiquissimis temporibus qui ad Tiberim habitabant captos Græcos, qui Argivi dicuntur, in fluvium præcipites dare. Hanc consuetudinem sustulit Hercules, ut refert Dionys. Halicarn. lib. I. ac nequis neglectæ religionis scrupulus in superstitionis animis resideret, suavit ut pro hominibus simulacra lignea numero triginta quotannis idibus Maii de ponte publico in Tiberim dejicerent. Hunc ritum descripsit Ovidius in Fastis

Tunc quoque priscorum virgo simulacra virorum

Mittere roboreo scirpea ponte solet.

CAPUT XVI.

Quos errores Iulius Hyginus in sexto Virgilii^a animadverterit
^b in historia Romana erratos.

Reprehendit Hyginus Virgilium, correcturumque eum fuisse existi-
 mat, quod in libro sexto scriptum est. Palinurus est apud inferos
 5 petens ab Ænea ut suum corpus requirendum & sepeliendum curet. Is
 hoc dicit:

^c *Eripe me his invictis malis: aut tu mihi terram
 Injice, namque potes, portusque require Velinos.*

¹ Quo, inquit, modo aut Palinurus novisse & nominare potuit portus
 10 Velinos, aut Æneas ex eo nomine locum invenire, cum Velia oppidum,
 a quo portum, qui in eo loco est, Velinum dixit, ² Servio Tullio Romæ
 regnante, post annum amplius sexcentimum, quam Æneas in Italiam
 venit, conditum in agro ³ Lucano & eo nomine appellatum est? Nam qui
 15 ab Harpalo, inquit, regis ⁴ Cyri præfecto ex terra ⁵ Phocide fugati sunt,
 alii Veliam, partim ⁶ Massiliam condiderunt. ^d Inscitissime igitur petit ut
 Æneas portum Velinum requirat, cum id nomen eo tempore fuerit nul-
 quam gentium. Neque simile, inquit, illud videri debet, quod est in
^e primo carmine;

INTERPRETATIO.

a Æneidos libro. b *admissos contra hi-*
storiam Romanam. c Invictis Ænea libe-
ra me ab his miseris, aut tu me tege

humo, nam hoc tibi facile est, & ad
portus Velinos. d ineptissime. e initio pri-
mi libri Æneidos.

NOTÆ.

1. Quo, inquit, modo.] Facilis est
 Virgili defensio, si dicatur non loqui
 de urbe, sed de campis & flumine, quæ
 semper fuerant: Veliam enim oppidum
 Lucaniæ a fluvio præterfluente dictam
 autor est Stephanus. Porro ibi sita fuit
 ubi nunc est *Castel a mar della Brucca.*

2. Servio Tullio.] Servius Tullius VI.
 rex Romanorum regnum iniiit an. U. C.
 CLXXVII. post adventum Æneæ Iocvii.
 ante Christi ortum IOLXXVII. Servius
 hic a fortuna propria nomen habuit,
 quod eum serviens peperisset Ocrisia ca-
 ptiva. Scribunt Livius & Dionysius eum
 XLIV. annis regnasse; execrando generi
 sui Tarquini & filix parricidio periit.

3. Lucano.] Lucanus ager in Italia
 sic dictus a Lucanis populis, nunc vulgo
 appellatur *Basilicata.*

4. Cyri.] Cyrus Primus rex Persa-
 rum, cum avum Astyagem imperio Me-

dorum exuisset regni Persici fundamen-
 ta jecit anno I. Olymp. LV. ante Chri-
 stum IOLX. multis provinciis ditiorum
 Persicæ adjunctis, cum bellum intulisset
 Massagetis, anno regni xxx. excepus
 insidiis cum toto exercitu periit. Rese-
 ctum ejus caput regina Tomyris in utrem
 humano sanguine repletum iniecit, in-
 satiabilem sanguinis sitim exprobrans.
Herodot. Justin.

5. Phocide.] Phocidem a Phocæa non
 distinguit hic Gellius errore veteribus
 satis familiari. Phocis erat in Græcia,
 in Ionia Phocæa, cujus incolæ continuis
 Persarum incursionibus vexati, diis de-
 vota patria sese mari commiserunt, ac post
 varios casus in Galliam appulsi Massiliam
 condidere Cyri temporibus.

6. Massiliam.] Urbs in Narbonensi
 provincia ad mare mediterraneum vul-
 go *Marseille.*

*Ipsumque Æaciden genus armipotens Achilli;
Vltus avos Troja, templa & temerata Minerva.*

11 Confudit, inquit, & personas diversas & tempora. Nam neque eodem tempore neque per eosdem homines cum Achæis & cum Pyrrho bellatum est. Pyrrhus enim, quem dicit Æaciden, de Epiro in Italiam transgressus cum Romanis depugnavit adversus M. Curium in eo bello ducem. Argivum autem bellum id est, Achaicum, multis post annis a L. Mummio imperatore gestum est. Potest, inquit, igitur medius eximi versus, qui de Pyrrho ^m importune immisus est: quem Virgilius proculdubio exemturus, inquit, fuit.

INTERPRETATIO.

nonis, & ipsum Æaciden stirpem bellicosi Achillis, ulciscens avos suos Troia & templa Minerva violata. m porperam.

NOTÆ.

11. *Confudit.*] Imo vero confundit omnia atque permiscet Hyginus ipse Virgili mentem non assecutus, Æaciden scilicet interpretatur esse Pyrrhum Epirotarum regem, atque inde concludit hos versus nec in temporum rationem nec in easdem convenire personas. At per Æaciden interpretes optimi conten-

dunt intelligendum esse Persen ultimum Macedonia regem qui cum ab Achille genus duceret, recte dici potuit Æacides. Ita nempe Propertius:

Et Persen proavi simulantem patrum Achilli.

Deiustus est autem ac per triumphum ductus a Paulo Æmilio.

CAPUT XVII.

Quam ob causam & quali modo Democritus philosophus luminibus oculorum sese privaverit: & super ea re versus Laberii pure admodum & venuste facti.

15 **D**emocritum philosophum in monumentis historiæ Græcæ scriptum est virum præter alios venerandum, auctoritateque antiqua præditum, luminibus oculorum sua sponte se privasse; quia existimaret cogitationes commentationesque animi sui in contemplandis ^a naturæ rationibus vegetiores & exactiores fore, si eas videndi illecebris & oculorum impedimentis liberasset: id factum ejus modumque ipsum, quo cæcitatem 20 facile sollertia subtilissima conscivit, Laberius poeta in ^b mimo, ^c quem scripsit Restionem, versibus quidem satis ^d munde atque graphice factis

INTERPRETATIO.

^a In considerandis rebus naturalibus fore acriores & diligentiores. ^b comædia. ^c qui est inscriptus Restio. ^d pure & eleganter.

NOTÆ.

1. *Luminibus oculorum sua sponte se privasse.*] Democritus, inquit Cicero lib. V. de Finib. vere falso ne dicitur oculis se privasse, ut quam minime animus a cogitationibus abduceretur. Itaque

Tullius de voluntariæ illius cæcitatæ veritate dubitat. Verum audacius Plutarchus, qui libro de Curiositate, de illius falsitate non ambigit.

descripsit; sed causam voluntariæ cæcitatæ finxit aliam: vertitque in eam rem quam tum agebat ^e non inconcinniter. Est enim persona, quæ hoc apud Laberium dicit, divitis avari & parci ^f sumtum plurimum afortiamque ^a adolescentis viri deplorantis. Versus Laberiani sunt.

Democritus ^g Abderites physicus philosophus
^h Clypeum constituit contra exortum ⁱ Hyperionis,
 Oculos effodere ut posset splendore areo.
 Ita radiis solis aciem effodit luminis,
 Malis bene esse ne videret civibus.
 Sic ego fulgentis splendorem pecuniæ
 Volo elucidicare exitum ætatis meæ;
 Ne in re bona esse videam nequam filium.

INTERPRETATIO.

^e non inepte. ^f qui lamentatur maximas impensas & luxuriam adolescentis. ^g ex urbe Abdera. ^h collocavit clypeum ad solem orientem, ut fulgor arei clypei posset eum visu privare. Sic lumine soli sibi abstulit lumen oculorum, ne videret malos cives bonis frui. Sic ego cupio ut fulgor radiantis pecuniæ privet luce finem vitæ meæ, ne videam filium improbum habentem bonam pecuniam.

NOTÆ.

2. Adolescentis viri.] Est hic Hellenismus ut notat H. Stephanns, ut enim *ἀνδρα γέροντα* virum senem dicunt Græci, ita & *ἀνδρα νέον* virum adolescentem.

3. Hyperionis.] Hyperion solis pater, a poetis usurpatur aliquando pro ipso sole.

CAPUT XVIII.

Historia de Artemisia, deque eo certamine quod apud Mausoli sepulchrum a scriptoribus inclutis decertatum est.

Artemisia Mausolum virum amasse fertur supra omnis amorum fabulas ^a ultraque affectionis humanæ fidem. Mausolus autem fuit, ut M. Tullius ait, rex terræ ^b Caria; ut quidam Græcarum historiarum scriptores, provinciæ Græciæ præfectus. ^c Satrapen Græci vocant. Is Mausolus ^b ubi fato perfunctus inter lamenta & manus uxoris funere magnifico sepultus est; Artemisia luctu atque desiderio mariti flagrans uxor ^d

INTERPRETATIO.

^a Plus quam sit credibile de amore hominum. ^b postquam e vita decessit.

NOTÆ.

1. Artemisia.] Artemisiam regnasse temporibus Philippi Macedonis, annis scilicet ante Christum circiter cccclxiv. hinc facile colligitur, quod ad Mausoli demorui laudes celebrandas convenisse dicantur Isocrates ejusque discipulus Theopompus, & alii quorum nomen illis temporibus florebat.

2. Caria.] Caria Asiæ minoris regio, quæ provincia Græciæ hoc sensu dici potest, quod incolæ lingua Græcorum uterentur. Nunc dicitur *Aidinelli*.

3. Satrapen.] Præfectum provinciæ significat hoc vocabulum, quod licet a Græcis sit usitatum, tamen a Persica lingua originem ducit.

ossa cineremque ejus mixta odoribus ^c contusaque in faciem pulveris aquae indidit, ebibitque: multaque alia violenti amoris indicia fecisse dicitur. ^d Molita quoque est ingenti impetu operis, conservandæ mariti memoriæ, ^e sepulchrum illud memoratissimum, ^f dignatumque numerari inter septem omnium terrarum spectacula. Id monumentum Artemisia cum ^g D. M. S. Mausoli dicaret; ^h ἀγάρα, laudibus ejus dicendis, facit; ponitque præmia pecuniæ aliarumque rerum bonarum amplissima. Ad eas laudes ⁱ decertandas venisse dicuntur viri nobiles ingenio atque ^k lingua præstabili ^l Theopompus, ^m Theodectes, Naucrites. Sunt etiam qui Isocratem ipsum cum iis certavisse ⁿ memoriæ mandaverint. Sed eo certamine vicisse Theopompum judicatum est. Is fuit Isocratis discipulus. Exstat nunc quoque Theodecti tragœdia, quæ inscribitur, Mausolus. In qua eum magis quam in prosa placuisse Hyginus in exemplis refert.

INTERPRETATIO.

^c cor: minuta in modum pulveris posuit in aqua. ^d præterea edificavit maxima lapidum mole. ^e creditum dignum. ^f certamen. ^g certatim prædicandas. ^h eloquentia excellens. ⁱ scriptis tradiderunt.

NOTÆ.

4. *Sepulchrum.*] Regis nomine dictum est Mausoleum, a cuius operis similitudine magnificentissima quæque sepulera Mausolea sunt nominata.

5. *D. M. S.*] Sepulchrorum elogiis præfigebantur hæc literæ D. M. S. quæ diis Manibus sacrum id esse monumentum indicabant. Porro Manes sunt animi a corporibus soluti.

6. *Theopompus.*] Chius, clarissimus, Dionysio Halicarnasseo teste, omnium Isocratis discipulorum. Autor est Suidas eum historiarum Herodoti epitomen scripsisse. Refert Josephus Theopom-

pum, cum vellet ex scripturis sacris quædam in suas historias transferre, mentis turbatum fuisse; cumque in somno distulisset, id accidisse, quod evulgare divina tentasset, ab incepto destitisse, partemque sanitati esse restitutum. Floruit annis ante Christum circiter cccc.

7. *Theodectes.*] Is oriundus e Cilicia, fuit Platonis, Isocratis & Aristotelis discipulus; poetices & eloquentiæ laude floruit. Narrat Josephus eum, cum scribulis suis vellet inferere nonnulla ex divinis scripturis divinitus fuisse visum. Obiit Athenis annos natus xii.

CAPUT XIX.

Non ^a purgari neque lavari peccatum, cum prætenditur peccatorum, qua alii quoque peccaverunt, similitudo.

^b Incessabat quempiam Taurus philosophus severa atque vehementi obijugatione adolescentem ^c a rhetoribus & a facundia studio ad disciplinas philosophiæ transgressum. Quod factum quidem esse ab eo diceret inhoneste & improbe. At ille ^d non ibat inficias fecisse, sed id solitum esse

INTERPRETATIO.

^a Non excusari neque tolli ^b reprehendebat. ^c qui relicta rhetorica & eloquentia facultatis se contulerat ad doctrin-

as philosophicas. ^d non negabat se male fecisse.

fieri defendebat; turpitudinemque delicti exemplorum usu & consuetudinis venia deprecabatur. Atque ibi Taurus isto ipso defensionis genere irritior, Homo, inquit, stulte & nihili, si te a malis exemplis auctoritates & rationes philosophiæ non abducunt; ne illius quidem Demosthenis vestri sententiæ tibi in mentem venit? Quæ, quia lepidis & venustis vocum modis vincita est, quasi quædam cantilena rhetorica, facilius adherere memoriæ tuæ potuit. § Nam si me, inquit, non fallit, quod quidem in primore pueritia legerim; verba hæc sunt Demosthenis, adversus eum, qui, ut tu nunc facis, peccatum suum peccatis alienis exemplum purgatumque ibat. ^h Σὺ δὲ μὴ λέγε ὡς γέροντες οὕτω πολλάκις, ἀλλ' ἔχ ὡς ἀεθρήναι γίνεσθαι. οὐ γὰρ εἶπὶ πρόποτε μὴ καὶ τοῖς νόμοις ἐπέσχηθῃ, σὺ δὲ τῶτο ἐμμήσω, διὰ τῶτο ἀποφύγοις ἀνὶ δικαίως, ἀλλὰ πολλῶ μάλλον ἐλίθοιο. ὡς περὶ γὰρ εἶπες ἐκείνων ἀεθρήναι, σὺ τὰ δ' ἐκ ἐν ἐργαίας, οὕτως, ἀνὶ σὺ νῦν ἀλώεις, ἀλλ' οὐ γράψεται. Sic Taurus omni suasionum admonitionumque genere utens sectatores suos ad rationes bonæ inculpatæque indolis ducebat.

INTERPRETATIO.

e excusabat. f numeris coheret. g Si enim, ait, id mihi non excidit, quod ego etiam puerulus legi. h Tu vero ne dicis factum esse ita saepe, sed hoc decreverunt. Non enim si quid aliquando non secundum leges actum est, tu vero hoc imitatus fueris, propter hoc effugias jure sed multo magis condemnandus sis. Ut enim si quis illorum prius damnatus esset, tu hæc non scripsisses, ita si tu nunc damneris, alius non scribet.

CAPUT XX.

Quid sit rogatio, quid lex, quid plebiscitum, quid privilegium, & quantum ista omnia differant.

Quæri audio quid lex sit, quid plebiscitum, quid rogatio, quid privilegium. Ateius Capito publici privatiq; juris peritissimus quid lex esset hisce verbis definiuit. Lex, inquit, est generale jussum populi aut plebis rogante magistratu. Ea definitio si probe facta est, neque de imperio Cn. Pompeii, neque de reditu M. Ciceronis neque de cæde P. Clodii quæstio, neque alia id genus populi plebisve jussa, leges vocari possunt. Non sunt enim generalia jussa; neque de universis civibus sed de singulis

NOTÆ.

1. Lex est generale jussum, &c.] Ita legem definit Capito. At quid? Si rogante magistratu populus aut plebs turpe aliquid aut injustum præcipiat, hoc sine videbitur lex quæ juris & æqui regula dicitur? Rectius itaque legem dixeris regulam morum stabilem ex superioris autoritate confociationi hominum

atque communitati ad ipsius bonum impositam,

2. Rogante.] Populum rogabat magistratus, qui ejus voluntatem iis in rebus exquirebat, de quibus rogabatur. Unde & rogatio ipsa est rogatoris actio, & simul ea lex ad quam ferendam populi suffragium petitur.

^a concepta : quocirca privilegia potius vocari debent. Quia veteres *priva* dixerunt, quæ nos *singula* dicimus. Quo verbo Lucilius in primo satyrum libro usus est.

b. -- abdomina ³ thynni

5 *Advenientibus priva dabo* ⁴ *cephalæaque carne.*
Plebem autem Capito in eadem definitione seorsum a populo divisit : quoniam in populo omnis pars civitatis omnesque ejus ordines continentur. Plebes vero ea dicitur, in qua ⁵ gentes civium ⁶ patriciæ non insunt. *Plebiscitum* igitur est, secundum eum Capitonem, lex quam plebes non populus accipit. Sed totius hujus rei jurisque sive cum populus, 10 sive cum plebes rogatur, sive quod ad universos pertinet, caput ipsum & origo & quasi fons *rogatio* est. Ista enim omnia vocabula censentur *rogationis* principali genere & nomine continenturque. Nam, nisi populus aut plebes rogetur, nullum plebis aut populi jussum fieri potest. Sed 15 quamquam hæc ita sunt : in veteribus tamen scriptis non magnam vocabulorum istorum differentiam esse animadvertimus. Nam & ⁶ *plebiscita* & ⁷ *privilegia* translato nomine *leges* appellaverunt ; eademque omnia confuso & indistincto vocabulo *rogationes* dixerunt. Sallustius quoque proprietatum in verbis retinentissimus consuetudini concessit ; & *privilegium*, 20 quod de Cn. Pompeii reditu ferebatur, *legem* appellavit. Verba ex secunda ejus historia hæc sunt. *Nam Sullam consulem de reditu ejus legem ferentem ex* ^d *composito T. R. P. L. C. Herennius prohibuerat.*

INTERPRETATIO.

a Facta. b venientibus ad convivium dabo singula abdomina Thynni & carnem capitis. c familia. d ex convento.

NOTÆ.

3. *Thynni*] Thynnus piscis est marinus, vulgo dicimus *Thon*. Notandum obiter in veterum conviviiis pisces, ut cibos maxime delicatos, fuisse sæpius ad mensam appositos.

4. *Cephalæaque*.] Nullus ex his verbis sensus elici potest. Libenter igitur legerim cum Turnebo, *carnem & cephalæam*, qua carnem capitis intelligit Lucilius, *κεφαλή* enim caput significat. Ita Plautus *Ophthalmiam* dixit car-

nem quæ oculis esset vicina.

5. *Patricia*.] Quinam sint patricii notæ priores indicabunt.

6. *Plebiscita*.] *Scita* sunt, inquit Melodorus, *quæ plebs tantum constituit, & vocantur scita quod ea plebs sciat, vel sciscitatur & rogat ut fiant.*

7. *Privilegia*.] Leges sunt in privatorum gratiam, quibus aliquid præter jus commune conceditur. Dicta sunt *privilegia* quasi *privata leges*.

CAPUT XXI.

Quam ob causam M. Cicero his omnino verbis, novissime, & novissimus, uti observantissime vitavit.

25 **N**on pauci verbis, quorum frequens usus est nunc & fuit, M. Ciceronem noluisse uti manifestum est, quod ea non probaret. Velut est &

& ¹ *novissimus* & *novissime*. Nam cum & M. Cato & Sallustius & alii quoque ætatis ejusdem verbo isto promisce usitati sint ; multi etiam non indocti viri in libris id suis scripserint : abstinuisse eo tamen tamquam non Latino videtur. Quoniam qui doctissimus eorum temporum fuerat L. Ælius Stilo ut novo & improbo verbo uti vitaverat. Propterea quid M. quoque Varro de ista voce existimaverit verbis ipsius ex libro de lingua Latina ad Ciceronem sexto demonstrandum putavi. *Quod extremum, inquit, dicebatur dici novissimum ceptum vulgo. Quod mea memoria ut Ælius, sic senes alii, quod nimium novum verbum esset, vitabant. Cujus origo ut a vetere vetustius ac veterrimum ; sic a novo declinatum novius & novissimum.*

NOTA.

1. *Novissimus.*] Atqui hanc vocem usurpavit Cicero pro Qu. Roscio comædo n. 30. qui ne in novissimis quidem erat histrionibus, ad primos pervenit comædos.

CAPUT XXII.

Locus exemptus ex Platonis libro, qui inscribitur Gorgias, de falsæ philosophiæ probris, quibus philosophos^a temere inaccessit, qui emolumenta veræ philosophiæ ignorant.

Plato veritatis homo amicissimus, ^b ejusque omnibus exhibendæ promptissimus, quæ omnino dici possint in desides istos ignavosque, qui obtento philosophiæ nomine inutile otium & linguæ vitæque tenebras sequuntur, ex persona quidem non gravi neque idonea, vere tamen ingenueque dixit. Nam & si Callicles, quem dicere hæc facit, veræ philosophiæ ignarus, inhonesta indignaque in philosophos confert : proinde tamen accipienda sunt quæ dicuntur ut nos sensim moneri intelligamus, ne ipsi quoque ^c culpationes hujuscemodi mereamur ; neve inertis inanique desidia cultum & studium philosophiæ ^d mentiamur. Verba ipsa super hac re Platonis ex libro, qui appellatur¹ Gorgias, scripsi : quoniam vertere ea consilium non fuit ; cum ad ^e proprietates eorum nequaquam possit Latina oratio adspirare, ac multo minus etiam mea. ^f *Φιλοσοφία γὰρ τοι ἐστίν, ὅ Σωκράτης, ῥάειεν, αὐτὸς πῶς αὐτῷ μετρίως ἀψήτα ἐν τῇ ἡλικίᾳ· ἐὰν δὲ περιστέρω τῷ*

INTERPRETATIO.

^a sine causa philosophos exagitant, illi qui *enim est, o Socrates, elegans aliquid, si quis eam mediocriter attingat in adolescentiam, si vero plus aequo in ea versetur, e propriis significationes. f Philosophia*

NOTA.

1. *Gorgias.*] Plato, in dialogo qui inscribitur Gorgias, refellit primo Sophistarum commenta, qui specioso Rhetorum nomine abusi, verum rhetoriæ usum perverterent : deinde veram germanamque orationis recte constituendæ naturam docet.

δέοντος ἐνδρασίῃ, διαφθορᾷ ἢ ἀνδράπων. εἰάν γδ κὶ πάνυ δέουης ἢ, κὶ πῆρρα τῶν ἡλικίας φιλοσοφῇ, ἀνάγκη πάντων ἀπειρογ γερμένον εἶναι, ὧν καὶ ἔμπερον τὸν μέλλοντα καλὸν κἀγαθὸν κὶ δίδουμιον ἔσθαι ἀνδρα. κὶ γδ ἢ νόμον ἀπειρο γίγονται ἢ καὶ τὴν πόλιν, κὶ ἢ λόγων, οἷς δαὶ καὶ ἡρώδου ὁμιλεῖν ἐν τοῖς συλλογαίοις τοῖς ἀνδράποις, κὶ ἰδίᾳ κὶ δημοσίᾳ· κὶ ἢ ἡδονῶν τε κὶ ὀπιδυμῶν ἢ ἀνδραπέων, κὶ συλλαβῶν, ἢ ἡδῶν παντάπασι ἀπειροί γίγονται. ἐπιπιδὼ δὲ ἔλθωσιν εἰς πνα ἰδίᾳ ἢ πολιτικῶν περὶ ξιν, κατὰ γέλασοί γίγονται. ὡσπερ γε οἱμοί, οἱ πολιτικαί, ἐπιπιδὼ αὖ εἰς τὰς ὑμετέρας διατεταίς ἔλθωσι κὶ πὶς λόγους, κατὰ γέλασοί εἰσι. συμβαίνει γὰρ τὸ τῷ Εὐειπίδου,

10 Δαμπερός τε εἶναι ἕκαστος ἐν τούτῳ, κατὰ τῶν ἐπιείκεται,
 Νέμων τὸ πλείστον ἡμέρας τούτῳ μέεσε,
 Ἰν' αὐτὸς αὐτῷ τυγχάνη βέλπτος ὢν.

Οπου δ' ἂν φαῖται ἢ, ἐντεδεν φάγει, κὶ λοιδορεῖ τούτῳ· τὸ δ' ἔπειρον ἐπιπιδὼ, δινόια τῇ εἰαυτῷ ἡρώδου οὕτως αὐτὸς εἰαυτὸν ἐπιπιδεῖν. ἀλλ' οἱμοί, τὸ ὀπιδυμῶν τὸν ὄτιν, ἀμφοτέρον μεταχθῖν· φιλοσοφίας μὲ ὅσον παιδείας χάειν, καλὸν μεταχθῖν, κὶ ἐκ αἰσχρῶν κειρακίῳ ὅτι φιλοσοφεῖν· ἐπιπιδὼ ἢ ἡδὴ πρὸς βύτρες ὦν ἀνδραποι, ἐπὶ φιλοσοφεί, κατὰ γέλασον, ὡ Σόκρατες, τὸ καὶ ἡμῶν γίγεται. κὶ ἔγωγε ὁμιλοῦμαι πάρα περὶ τοῖς φιλοσοφουῦτας, ὡσπερ περὶ τοῖς καλλιζομένοις κὶ πύζοντας, ὅτι μὲ γδ παιδίον ἰδῶ ἢ ἐπὶ περὶ σήκει διαλέγεσθαι, ὅτω καλλιζομένοις κὶ πύζον, κατὰ γέλασον, κὶ χάειν μοι φαίνεται κὶ ἔλθωσιν κὶ πρέπον τῇ τῷ παιδίῳ ἡλικίᾳ· ὅτι ἢ σαφῶς διαλεγομένη παιδαίει ἀκούσω, πικρὸν π μοὶ δοκεῖ καὶ ἡμῶν ἢ κὶ αἰσῶν μου τὰ ὄτα· καὶ μοι δοκεῖ δουλοπεπέπαι π εἶναι. ὅταν ἢ ἀνδρὸς ἀκούσῃ περὶ καλλιζομένου, ἢ πύζοντα ὄρα, κατὰ γέλασον φαίνεται, κὶ ἀνδρον, κὶ πύζοντα ἔρα.

INTERPRETATIO.

corruptela est hominum. Si enim omnino ingeniosus sit aliquis & provelcta atate philosophetur, eum necesse est omnium imperitium fieri, quibus oportet instructum esse illum, qui debet egregius & bonus & gloriosus esse vir. Etenim qui tempus omne consumunt in philosophia, legum ignari sunt civilium, & sermonum, quibus oportet uti ad versandum in congressibus hominum & privatim & publice. Et voluptatum & cupiditatum humanarum sunt ignari; atque ut dicam paucis, morum prorsus imperiti sunt. Itaque cum venerint ad aliquam privatam aut civilem actionem, ridiculi sunt; quemadmodum, credo, in rebus civilibus versati cum vicissim ad vestras exercitationes veniant & sermones, ridiculi videntur. Contingit enim illud Euripidis dictum.

In quo clarus est quisque, ad id impellitur
 Impendens plurimam dici in illud partem,

Ut ipse seipso fiat major in ea re. Vbi vero deterior est in aliqua re, hic recedit & reprehendit illum: aliam vero laudat quaedam in se benevolentia privati ita seipsum laudare. Sed, credo, rectissimum est utriusque fieri participem: philosophia quidem, quatenus confert ad institutionem, praclarum est participem esse, & non tampe adolescentem philosophari. Quando vero jam senior homo adhuc philosophatur, ridicula, o Socrates, res est. Equidem viderem animo sum erga philosophantes, atque erga balbutientes, & ludentes. Cum enim puellum video cui convenit loqui, sic balbutientem & ludentem, delectum & festivum illud mihi videtur liberale, & conveniens purili aetati. Cum autem distincte loquentem puellum audio, molesta mihi videtur res esse & offendit meas aures; & mihi videtur servile aliquid esse. Ceterum si virum audiat aliquis balbutientem, aut ludentem videat, ridiculum illud apparet & indignum & plagis dignum.

τῶν οὐκ ἔγωγε ποδοπάχω καὶ πρὸς τοὺς φιλοσοφούντας, παρὰ νέῳ μὲν γὰρ μαι-
 ρακίῳ δεῖν φιλοσοφίαν, ἀγαθὰ, καὶ πρόβειν μοι δοκεῖ, καὶ ἠρόμαι ἐλπίθεσθαι πῶς
 εἶναι τῶτον τὸν ἄνθρωπον· τὸν δὲ μὴ φιλοσοφούντα, ἀειδέεσθαι, καὶ ἐδέποτε οὐ-
 δεὶς ἀξιώσονται ἐαυτὸν, οὔτε χαλῶδ', οὔτε γενναίῳ πρῶματός. ὅταν ὅ δὲ πρῶ-
 σβύτερον ἴδω ἐπὶ φιλοσοφούντα, καὶ μὴ ἀπαλλαγήσασθαι, πηλῶν μοι δοκεῖ ἢ δὴ
 δεῖδαι, ὡς Σώκρατες, ὅστις ὁ ἀνὴρ. ὁ γὰρ νῦν δὴ ἔλεγον, ἡσάρχει πύτιφ τῶ ἀν-
 θρώπῳ, καὶ πᾶν διφυῆς ἢ, ἀνάνδρῳ γενέσθαι, φάσονται τὰ μέσα τῆς πόλεως, καὶ
 τὰς ἀγορὰς, ἐν αἷς ἔφη ὁ ποιητὴς τῶν ἀνδρῶν ἀριστοτέλει γίγνεσθαι καταδεδουκόπ ὅ,
 τὸν λοιπὸν βίον βιώναι μὲν μαιρακίαν ἐν γυνῆν πρῶν ἢ τετάρων ψιδυεῖζοντα,
 ἐλπίθεσθαι ὅ καὶ μέγα καὶ ἰσχυρὸν μηδέποτε φάσασθαι. ἐγὼ ὅ, ὡς Σώκρατες, πρὸς σὲ
 ἐπιφύκῳ ἔχω καὶ φιλικῶς. κενδυδῶ οὐκ σπεπονδῶναι νῦν ὅπερ ὁ 2 Ζῆθος πρὸς τὸν
 Ἀμφίωνα ὁ Εὐειπίδου, ἔπερ ἐμνήσθην. καὶ γὰρ ἐμοὶ τοιαῦτ' ἄλλα ἐπύρεται πρὸς σὲ
 λέγει, οἷα περ ἐκεῖν' ὅ πρὸς τὸν ἀειδέον· ὅπ' ἀμαλῆις ὡς Σώκρατες ὦν δεῖ σὲ
 ἐπιμαλῆσθαι, καὶ φύπν ψυχῆς ὡς ἡναιάν μαιρακίῳ δὲ πνὶ διατρέπεις μορφώματα·
 καὶ οὐτ' αὖ δίκης βελαῖπν πρῶδεῖο ἀν' ὀρῶς λόγον, οὐτ' εἰκὸς καὶ πιδανὸν ἀν' ἀλῶσι·
 οὐδ' ἄλλων νεανικὸν βούλδῳμα βουλδῶσιμο. καίτοι, ὡς εἶπε Σώκρατες (καὶ μοι
 μηδὲν ἀχθῶδῆς, ὄνεῖα γὰρ ἐρῶ τῆ σῆ) οὐκ ἀχρὸν δοκεῖ σοι εἶναι οὕτως ἔχειν ὡς
 ἐγὼ σὲ οἶμαι ἔχειν, καὶ τῶν ἄλλοις τῶν πόρῳ ἀεὶ φιλοσοφίῳς ἐλαύνοντας; γῶν γὰρ
 ἢ περ σὸ λαβδῶμα, ἢ ἄλλου ἐπυῖν εἰς τὸ δεσηωθήσειον ἀτάροι, φάσκων ἀδι-
 καῖν, μηδὲν ἀδικῶντα, οἷα ὅπ' οὐκ εἰν ἔχρισ ὅ, π χηῆσιμο σου τῶ, ἀλλ' ἰλιγ-
 γῆσις ἀν' καὶ χρισμῶ, οὐκ ἔχων ὅ, π εἶπει. καὶ εἰς τὸ δικαστήσιον ἀνάσῳ, κατηγῶρι

INTERPRETATIO.

Eodem etiam animo sum erga philoso-
 phantes. In adolescente enim videns
 philosophiam admiror, & decere mihi
 videtur, & existimo liberum esse talem
 hominem: eum vero qui non philoso-
 phatur, illiberalem, & qui nulla re
 praecleara & illustri se dignum putet.
 Iam vero cum senioem video adhuc
 philosophantem, neque ejusmodi stu-
 dium abjicientem, verberibus mihi vi-
 detur tum dignus esse, o Socrates, talis
 vir. Quod enim modo dicebam eve-
 nit tali homini, licet omnino sit inge-
 niosus, ut ignavus fiat, fugiat mediam
 civitatem & forum, in quibus dixit poe-
 ta viros praestantes fieri; abscondat autem
 se reliquam vitam victurus in angulo
 cum adolescentibus tribus aut quatuor,
 insurrens aliquid, liberale autem &
 magnam & idoneum nihil dicturus. Ego
 vero, o Socrates, erga te bene affectus
 sum & amice. Videor igitur animatus
 esse erga te sicut Zethus erga Amphionem

qui inducitur ab Euripide, cujus memi-
 ni. Etenim mihi talia quadam subit tibi
 dicere, qualia ille fratri dicit. Scilicet
 negligis, o Socrates, qua oportet te cura-
 re, & naturam animae ita nobilem pue-
 rili quadam exornas specie: & neque in
 justitia consiliis protuleris recte sermonem
 neque decorum quicquam & probabile
 eligas, neque pro aliis generosum consi-
 lium suscipias. Quanquam, o amice So-
 crates, ne mihi succensens, benevolentiam
 enim hoc dico mea in te adductus. Non-
 ne turpe videtur tibi esse, ita esse compa-
 ratum, ut ego te arbitror esse & alios
 qui praefer modum philosophia operam da-
 tis? Nunc enim si quis te apprehen-
 dens aut alium quemlibet e vestra secta
 in carcerem abduceret, dicens te injuriam
 fecisse, licet nullam feceris, intelligis
 quod non haberes quid responderes pro
 te, sed vertigine laborares & oscita-
 res non habens quid loquereris: & ad
 judicium adductus, in accusatorem in-

NOTA.

2. Ζῆθος πρὸς τὸν Ἀμφίωνα. | Zethus Jo-
 nis, cui manum in condendis Thebis
 vis ex Antiopa filius, frater Amphio-
 commodavit.

τυχῶν πῦν φαύλου, καὶ μοχθηροῦ, ἀποδάνεις αὐτῶν, εἰ βούλοιο σοὶ θαλάττω πῦν
 κρεῖττον πῶς σφῶν τῆτό ἐστιν, ὃ Σώκρατες, εἴπεις διφραῖ λαβοῦσα τέχνη φάται, ἔστιν
 χείρονα, μῦτε αὐτῶν αὐτῶ δυνάμενον βοηθεῖν, μηδ' ἐπισῶσαι ἐν ᾧ μάλιστα κί-
 δύναν μῦτε αὐτῶν, μῦτε ἄλλον μηδένα. ἕπο δ' ἑστ' ἐχθεῖν ἀπειτυχάων πῶσαι πῦν
 οὐσίαν, ἀτεχνῶς δ' ἄπμιον ζῆν ἐν τῇ πέλῃ τὸν δ' τοιοῦτον (εἴπῃ καὶ ἀχρημάτιστον
 εἰρήσῃ ἐξέστιν) ἐπὶ κάρης τύποντα, μὴ δίδουαι διὰ τῶν. ἀλλ' ὅ γὰρ ἐμοὶ πῦν
 παύσαι δ' ἐλέγχων, παρὰ τῶν δ' διμουσίαν ἀσκήσῃ καὶ ἀπῃ ὅπως δόξῃ φερεῖν,
 ἄλλοις τὰ κομῆα ταῦτ' ἀφείδεις, εἴτε ληρήματα γῆ φάσαι εἶναι, εἴτε φλυαεῖαι,
 Εξ ὧν κενόσιν ἐστὶν τοικίσεις δόμοις.

20 Ζηλῶν οὐκ ἐλέγχοντες ἀνδρας τὰ μικρὰ ταῦτα, ἀλλ' οἷς ἐστὶ ὁ βίος, καὶ δόξα,
 καὶ ἄλλα πολλὰ ἀγαθὰ. Hæc Plato sub persona quidem, sicuti dixi, non
 proba, sed cum sensu tamen, intelligentiæque communis fide, & cum
 quadam indissimulabili veritate differuit; non de illa scilicet philosophia,
 quæ virtutum omnium disciplina est, quæque in publicis simul & pri-
 vatis officiis excellit, civitatesque & rempublicam, si nihil prohibeat,
 constanter & fortiter & perite administrat; sed de ista futili atque pue-
 rili meditatione arguratum, nihil ad vitam neque tuendam neque ordi-
 nandam promovente: ⁱ in qua id genus homines consensescunt male fe-
 rriati; quos philosophos esse & vulgus putat, & is putabat ex cuius per-
 20 sona hæc dicta sunt.

I N T E R P R E T A T I O.

cidens omnino vilem & malum, movereris
 si vellet te morto multare. Iam vero quo-
 modo sapiens hoc est, o Socrates, si que in
 geniosum inveniens ars virum, faciat de-
 teriorem, neque sibi ipsi valentem auxilia-
 ri, neque eripere ex maximis periculis aut
 seipsum, aut alium quempiam: Inimico-
 rum autem rapinis expositum in omni re,
 & sine solertia sine honore viventem in
 civitate: præterea ejusmodi hominem
 (quanquam & illud est agrestius dictu)
 licet in gena percutere impune. Sed o vir
 bone audi me: omite argutias in refu-
 tando & rerum elegantiam excole. Et

excole ita ut videaris sapere; aliis exqui-
 sita hæc relinquens, si ve deliria appellari
 oportet si ve nugas

Propter quæ in vacuis habitabis do-
 mibus.

Imitans homines non qui refellunt exi-
 gua nonnulla, sed eos quibus est recta
 vivendi ratio & gloria & alia multa
 bona.

g vere ad sensum, & apte ad fidem in-
 veniendam apud populum. h qui docet
 omnes virtutes. i in qua philosophia
 ejusmodi homines male otiosi vivunt usque
 ad senectutem.

C A P U T X X I I I.

Verba ex oratione M. Catonis de mulierum veterum victu & moribus; atque
 inibi, quod fuerit jus marito in adulterio uxorem deprehensam necare.

25 **Q**ui de victu atque ^a cultu populi Romani scripserunt, mulieres Ro-
 mæ atque in Latio ætatem abstemias egisse, hoc est, vino semper,
 quod temetum prisca lingua appellatur, abstinuisse dicunt; institutumque

I N T E R P R E T A T I O.

^a Moribus.

ut cognatis osculum ferrent ^b reprehendendi causa, ut odor indicium faceret si bibissent. Bibere autem solitas ferunt ¹ loream, ² passam, ³ murinam, & ^c quæ id genus sapiant, potu dulcia. Atque hæc quidem, in his, quibus dixi, libris pervolgata sunt. Sed M. Cato ^d non solum existimatas sed multatas quoque a iudice mulieres refert non minus si vinum in se quam si probrum & adulterium admisissent. Verba M. Catonis adscripti, ex oratione quæ inscribitur DE DOTE. In qua id quoque scriptum est, in adulterio uxores deprehensas jus fuisse maritis necare. *Vir*, inquit, ^e cum divortium fecit; ^f mulieri iudex pro censore est. Imperium, quod videtur, habet. Si quid ^g perverse tetreque factum est a muliere, multatur; si vinum bibit, si cum alieno viro probri quid fecit, condemnatur. De iure autem occidendi ita scriptum. In adulterio uxorem tuam si deprehendisses, sine iudicio impune necares. Illa te, si adulterares, digito non auderet contingere: neque jus est.

INTERPRETATIO.

^b deprehendendi causa (quæ lectio magis probatur Lambecio). ^c qua habeant ejusmodi saporem. ^d non modo reprehensas, sed ^e punitas etiam fuisse. ^f male ac turpiter. ^g non expetata iudicum sententia.

NOTÆ.

1. *Loream*.] Alii lauream, loram alii scribunt: residuus est uvarum liquor ex quibus jam expressum est vinum. Nempe acini jam calcati & aqua macerati rursus prælo subjiciuntur, qui vero liquor inde defluebat, pro vino dabatur operariis ac, teste Varrone, lora dicebatur.

2. *Passam*.] Passa aut passum, ut volunt alii, liquoris est genus, ut ait Nonius, quod ex uva passa cogitur. Porro uva ideo passa dicitur, quod in siccando

passa sit solem.

3. *Murinam*.] Vini genus aromatibus conditum: *μύρρον* enim Græce idem est quod unguentum sive odoramentum. Volunt alii dici murrinam vel etiam murrhinam *ἀπό τῆς μύρρας* quæ myrrha est.

4. *Cum divortium*.] Addendam voculam, nisi cum divortium fecit, nonnulli nec immerito suspicantur. Quod enim viro jus esse potest in uxorem quam repudiaverit?

CAPUT XXIV.

Die pristini, die crastini, & die quarti & die quinti, qui elegantius locuti sunt, dixisse, non ut ea vulgo dicuntur nunc. 15

Die quarto & die quinto, quod Græci ^a *εἰς τετάρτου καὶ εἰς πέμπτου* dicunt, ab eruditis nunc quoque dici audio: & qui aliter dicit, pro rudi atque indocto despicitur. Sed M. Tullii ætas ac supra eam non, opinor, ita dixerunt. Die-quinte enim & die-quinti pro adverbio copulate dictum est, & secunda in eo ¹ syllaba correpta. Divus etiam Augustus linguæ La-

INTERPRETATIO.

^a In quartam & in quintam diem.

NOTÆ.

1. *Syllaba correpta*.] Non ratione quantitatis, nam die-quinti penultimam

tinæ non nescius, munditiarum² patris sui in sermonibus sectator, in epistolis^b plurifariam significatione ista dierum non aliter usus est. ⁵ **10** autem erit, perpetuæ veterum consuetudinis demonstrandæ gratia, verba solemnia prætoris ponere; quibus more majorum ferias^c concipere solet, quæ appellantur³ compitalia. Ea verba hæc sunt. DIE. NONI. POPULO. ROMANO. QUIRITIBUS. COMPITALIA. ERUNT. QUANDO. ¹⁰ **15** ⁴ CONCEPTA. FUERINT. ^d NEFAS. *die noni* prætor dicit, non *die nono*. Neque prætor solum, sed pleraque omnis vetustas sic locuta est. Venit ecce illius versus⁵ Pomponiani in mentem, qui est ex⁶ Atellana, quæ ²⁰ **25** Mævia scribitur:

Dies hic sextus, cum nihil egi: ° die quarte moriar fame.
Suppetit etiam Cælianum illud ex libro historiarum secundo. *Si vis mihi equitatum dare, & ipse cum cetero exercitu me sequi; die quinti Roma in Capitolium curabo tibi cæna sit cocta.* Et historiam autem & verbum hoc ³⁵ **40** sumsit Cælius⁷ ex Origine M. Catonis: in quo ita scriptum est. *Igitur dædatorum Karthaginensium magister equitum monuit: Mitte mecum Romam equitatum: die quinti in Capitolium tibi cæna cocta erit.* Extremam illius vocis syllabam tum per *e*, tum per *i*, scriptam legi. Nam sane quam consuetum iis veteribus fuerat literis his plerumque uti indifferenter; ⁴⁵ **50** ⁷ *curi* ⁷ *præfiscine* & *præfiscini*, *proclive* & *proclivi*, atque alia item multa hoc genus varie dixerint: *die pristini* quoque eodem modo dicebatur; quod significabat *die pristino*, id est priore: quod vulgò *pridie* dicitur, converso compositionis ordine, quasi *pristino die*. Atque item simili figura *die*

INTERPRETATIO.

^b pluribus locis. ^c enunciare. ^d alio die celebrare non licet. ^e die quarto post libro de Originibus.

NOTÆ.

patet esse productam, sed ratione pronuntiationis & accentus; quippe ut jam observavimus more Græcorum aliquando Romani pronuntiando corripiebant syllabas, quæ natura essent longæ.

2. *Patris.*] Julius Cæsarem intelligit, a quo fuerat adoptatus Octavius, virum qui nisi se totum tradidisset atti militari, de sermonis & eloquentiæ palma potuisset cum ipso Cicerone jure contendere. Verum de eo plura jam superius diximus.

3. *Compitalia.*] Festa erant quæ in compitis peragebantur. Quo tempore celebrarentur patet ex Cicerone epist. VII. lib. VII. ad Attic. *Ego, quoniam IV. nonas Ianuar. compitalitius dies est, nolo eo die in Albanum venire.*

4. *Concepta.*] Conceptivæ feriæ singulis annis in certos vel incertos dies

incidebant.

5. *Pomponiani.*] Versus L. Pomponii poetæ Bononiensis, quem tradit Suetonius nunquam ructasse.

6. *Atellana.*] Atellanæ comedie liberaliores in quarum scenam aditus histrionibus non patebat: nomen ab Atella Campaniæ oppido mutuata sunt. In usu primum fuere anno U. C. cccxcv. ante Christum cccxlii.

7. *Præfiscini.*] *Præfiscini* & *præfiscino* ex *pra* & *fascino*, ut ad verbum significet præter fascinum ἀπαρκύρασις circa invidiam, vox erat, qua invidiam & fascinum veteres a se amoliebantur, cum quis eos laudabat: antiqua enim opinio erat periculum esse aliquid a fascino, ubi quis impensius aut laudaret ipse se, aut præsens ab alio laudaretur. *Muretus.*

crastini dicebatur. Id erat, *crastino die*. Sacerdotes quoque populi Romani cum condicunt in diem tertium, diem⁸ *perendini* dicunt. Sed ut plerique *die pristini*, ita M. Cato in oratione contra Furium *die proximi*, dixit. Quarto autem Cn. Matus, homo impense doctus, in⁸ *mimiambis* pro eo dicit, quod⁹ *nudiusquartus* nos dicimus; in his versibus:

¹⁰ *Nuper die quarto ut recorder, & certe
Aquarium urceum unicum domi fregit.*

Hoc igitur intererit ut *die quarto* quidem de præterito dicamus; *die autem quarti* aut *quarte* de futuro.

INTERPRETATIO.

g *cemædiis* quæ scriptæ sunt *versibus iambicis*.

NOTÆ.

8. *Perendinus*.] Dies est abhinc tertius. | ratio hujus vocis *nudiustertius*.
9. *Nudiusquartus*.] Vocabulum est, | ¹⁰. *Nuper, &c.*] Hoc versus genus
autore Festo, compositum ex nunc & die | dicitur scæzon, estque iambici tetrame-
quarto, id est nunc est dies quartus, & | tri species.
semper de præterito dicitur. Eadem est

CAPUT XXV.

Telorum & jaculorum gladiatorumque atque inibi navium quoque vocabula, 10
quæ scripta in veterum libris reperiuntur.

Telorum, jaculorum, gladiatorumque vocabula, quæ in historiis veteribus scripta sunt, item navigiorum genera & nomina, libitum forte nobis est sedentibus^a in rheda conquirere; ^b iisque vicem aliarum ineptiarum vacantem stupentemque animum occupare. Quæ tum igitur^c sup- 15
petierant, hæc sunt. ¹ *Hasta*, ² *pilum*, ³ *phalarica*, ⁴ *semiphalarica*, ⁵ *soliferrea*, ⁶ *gasa*, ⁷ *lancea*, ⁸ *spari*, ⁹ *rumices*, ¹⁰ *trifaces*, ¹¹ *tragulæ*,

INTERPRETATIO.

a In curru. b & loco caterarum nugarum his rebus occupare animum nostrum otiosum ac segnem. c venerant in mentem.

NOTÆ.

1. *Hasta*.] Dicitur tam de grandi illa quadratum stupa circumligabant line-
qua cominus utuntur, quam de leviore bantque pice. Ferrum autem tres in lon-
quam eminus contorquent. gum pedes habebat, ut cum armis trans-
2. *Pilum*.] Teli genus vulgo quadra- figere corpus posset. A turribus quas prisca
tum, cujus ligno præfixum hastile tres phalas appellant, Isidoro teste, dicta est
cubitos longum loricas & scuta militum phalarica, quod hoc telo pugnetur de lo-
sæpe transfigebat. Dicitum est, inquit cis editis.
Varro, ab omine quod hostes feriret ut 4. *Semiphalarica*.] Manu poterat tor-
pilum sive pistillum. queri, cum ad phalaricam sæpius adhi-
3. *Phalarica*.] Quam sic describit Li- berentur ballistæ.
vius lib. XXI. *Phalarica erat Sagunti- 5. Soliferrea*.] Tela tota ferrea.
nis missile telum, hastili oblongo, & ce- 6. *Gasa*.] Tela gravia Gallorum pro-
tera tereci, præterquam ad extremum, pria.
unde ferrum extabat. Id sicut in pilo 7. *Lancea*.] Hasta missilis: hanc esse

¹² frameæ, ¹³ mesanculæ, ¹⁴ cateiæ, ¹⁵ rumpiæ, ¹⁶ scorpîi, ¹⁷ sibones, ¹⁸ siciles, ¹⁹ veruta, enses, ²⁰ sicæ, ²¹ machæræ, ²² spathæ, lingulæ, ²³ pugiones, ²⁴ clunacula. De *lingula* quoniam est minus frequens; admonendum existimo lingulam veteres dixisse gladiolum oblongum in speciem linguæ factum, cujus meminit Nævius in tragœdia Hefiona. Verum Nævii apposui.

d Sine mihi gerere morem videar, haud lingua, verum lingula.

Item *rumpiæ* genus teli est Thracæ nationis; positumque hoc vocabulum in Q. Ennii annalium quatuordecimo. Navium autem, quas reminisci tunc potuimus, appellationeshæ sunt. ²⁵ *Gauli*, ²⁶ *corbita*, ²⁷ *caudica*, ²⁸ *longa*, ²⁹ *hippagines*, ³⁰ *cercuri*, ³¹ *celoces*, vel ut Græci dicunt, *cel-*

INTERPRETATIO.

d patere appareat me mihi obsequi non lingua sed gladio.

NOTÆ.

vocem Hispanicam aiunt Varro & Gellius, Gallicam dicit Diodorus.

8. *Spari*.] Sparus vel sparum, rusticum & militare sed tamen minimi generis jaculum, ita dictum est, autore Festo, quod passim pugnando spargeretur.

9. *Rumices*.] *Rumex* genus teli simile *spari* Gallici. Meminit Lucilius. Festus.

10. *Trifaces*.] *Trifax*, inquit Festus, telum longitudinis trium cubitorum quod catapultâ mittitur.

11. *Tragula*.] Hamatum teli genus, ab eo quod scuto infixum trahitur nomen habet autore Festo.

12. *Framea*.] *Framea* Germanicum esse vocabulum autor est Tacitus lib. de Moribus Germanorum. Hastam significat.

13. *Mesancula*.] Telum missile, ἀπὸ μέσων ἀνθρώπων a medio amento sic dictum.

14. *Cateia*.] Tela Gallorum & Teutonum ferreis hinc inde clavis rigentia, quæ, ut ait Isidorus, non longe propter gravitatem evolarent, sed vi maxima obvia quæque perfringerent.

15. *Rumpia*.] *Romphæam* vocat Isidorus, aitque gladium esse ex utraque parte acutum.

16. *Scorpîi*.] Instrumentum militare quo torquebantur spicula. vulgus arcuballistam vocat.

17. *Sibones*.] Legendum putat Turnebus *Sibyna*, quod apud Illyricos telum est hastæ confimile. Dicitur & *sibûna* & *sibina* & *subina*.

18. *Siciles*.] Et sicilices interpretatur Scaliger esse vocem magnæ Græciæ, qua intelligebant quidquid secandi vim haberet.

19. *Veruta*.] Tesa quæ habent quædam verua præfixa. Festus.

20. *Sica*.] A secando sic appellata.

21. *Machæra*.] Ἀπὸ μάχης quæ est pugnare, quod iis soleant pugnare.

22. *Spatha*.] Σπάθη Græce gladius est.

23. *Pugiones*.] Brevioris gladii genus quod pugno facile apprehenditur. Nonius.

24. *Clunacula*.] *Clunaculum* cultram sanguinarium dictum, vel quia bestiarum clunes dividit, vel quia ad clunes dependet. Festus.

25. *Gauli*.] *Gaulus* ex Festo est navigium prope rotundum, simile gaulo qui poculi genus erat.

26. *Corbita*.] Dicuntur naves oneraria quod in malo earum summo pro signis corbes solerent suspendi. Festus.

27. *Caudica*.] Naves caudicarum sunt quæ ex tabulis crassioribus compinguntur. Antiqui plures tabulas conjunctas codices dicebant. Varro.

28. *Longa*.] Primo quidem rotundæ naves; tum longæ fuerunt in usu.

29. *Hippagines*.] Naves quibus equi vehuntur. Festus.

30. *Cercuri*.] Naves sunt Asiæ pergrandes, teste Nonio; ita dictæ, ut vult Suidas, ab insula Κερκύρα, quæ Latinis Corcyra.

31. *Celoces*.] *Celox* est breve navigium sic dictum a celeritudine. Nonius.

tes, 32 lembi, 33 oria, 34 lenunculi, 35 actuaria, quas Græci e isō-
 ποsus vocant vel 36 εἰς πικρίδας, 37 profumia; vel geſeoreta, vel oriola, 38 ſtla-
 ta, 39 ſcapha, 40 pontones, 41 acatia, 42 mœdia, 43 phaſeli, 44 parones,
 45 myoparones, 46 lintres, 47 caupuli, 48 camara, placide, 49 cydarum,
 rataria, 50 cataſcopium.

INTERPRETATIO.

e velo euntes.

NOTÆ.

32. *Lembi.*] Naviculæ breves piſcato-
 ricæ. *Nonius.*

33. *Oria.*] Oria navicula modica piſ-
 catoria. *Fulgentius.*

34. *Lenunculi.*] Navigia piſcatoria.

35. *Actuaria.*] Naviculæ celeres ita
 dictæ, teſte Nonio, quod cito poſſint agi.

36. *Επικρίδας.*] Legunt hic alii *Epi-*
caridas, alii *επιπικρίδας* quod ejuſmodi
 cymbæ ſemper litus legant: alii *επιβατι-*
δας, alii *divinant* *επιπικρίδας*.

37. *Profumia.*] Genus navigii, autore
 Feſto, ſpeculatorium parvum, non dif-
 fert a Geſeoretis & oriolis.

38. *Sitata.*] Navigium latum magis
 quam altum a latitudine ſic appellatum,
 ſed ea conſuetudine qua ſtlocum pro lo-
 cum dicebant. *Feſtus.*

39. *Scapha.*] Navigiola, quæ navim
 majorem ſequi ſolent alligata ἀπὸ τῆς
 κεφαλῆς, quod ſint concava, ſunt deno-
 minatæ ſcaphæ.

40. *Pontones.*] Naves tardiōres quæ
 trajiciendis fluviis loco pontium adhi-
 bentur genus eſt Gallicarum navium,
 ut ait Cæſar.

41. *Acatia.*] Mirum quam hic variæ
 ſint lectiones, habet *Ascenſius Noctutia*,
 alius *Naxiurga*. H. *Stephanus Voctitia*,
Acatium certe genus eſt navigii actuarii

nomine ἀκατίς Græcis notiffimum.

42. *Mœdia.*] Idem fortasſe quod *Mi-*
dium, autore Feſto, navigii genus. Non-
 nulli legunt *Hemiolia*.

43. *Phaſeli.*] Phaſelus navigii genus
 onerariæ & longæ triremis ſpeciem re-
 ferebat, & velis & remis agebatur.

44. *Parones.*] A *Pariis* inventum na-
 vigii genus: piratis in uſu fuit.

45. *Myoparones.*] Piratica navis, ex
 duabus diſſimilibus, teſte Feſto, formata;
 nam *midion* & *paron* per ſe ſunt navigia.

46. *Lintres.*] Naviculæ ex arbore con-
 cava factæ, ad trajiciendos fluvijs com-
 paratæ. a Germanis inventas tradit *No-*
nius.

47. *Caupuli.*] Sive, ut alii legunt, *ca-*
puli, naves a capiendō denominatæ.

48. *Camara.*] Sive camera, de quibus
 ſic *Tacitus* lib. III. hiſtor. *Quin & bar-*
bari Ponti ac *Bospori* accolæ contem-
 ptius vagabantur fabricatis repente navi-
 bus, quas cameras vocant, arctis lateri-
 bus, lata alvo, ſine vinculo aris aut ferri
 connexa.

49. *Cydarum.*] Navigii genus eſt Græ-
 cis κύδαλος & κύδαρος ſive κύδαρον.

50. *Cataſcopium.*] Navigium eſt ex-
 ploratorium a voce Græca κατασκοπία
 ſpeculari derivatum.

CAPUT XXVI.

^a Inſcite ab *Aſinio Pollione* reprehensum *Salluſtium* quod transfretationem
 tranſgreſſum dixerit, & tranſgreſſos qui transfretasſent.

^b *Aſinio* *Pollioni* in quadam epiſtola, quam ad *Plancum* ſcripſit, &
 quibuſdam alijs *C. Salluſtii* iniquis dignum nota viſum eſt, quod

INTERPRETATIO.

^a *Indoſte*. ^b *reprehensione*.

NOTA.

1. *Aſinio* *Pollioni*.] Hic ipſe eſt, cui quartam eclogam cecinit *Virgilius*: vit

in primo historiarum, maris transitum transmissumque navibus factum, *transgressum* appellavit; eosque, qui fretum transmiserant, quos *transfretasse* dici solitum est, *transgressos* dixit. Verba ipsa Sallustii posuit. Itaque ² Sertorius levi presidio relicto in ³ Mauritania ^e noctis obscuram noctem, astu secundo furim aut celeritate vitare praelium in *transgressu* conatus est. Ac deinde infra ita scripsit. ^d *Transgressos* omnis recipit mons preceptus a ⁴ Lusitanis. Hoc igitur & minus proprie & nullo gravi auctore dictum aiunt. Nam *transgressus*, inquit, a transgrediendo dicitur, idque ipsum ab ingressu & a pedum gradu appellatum. Idcirco verbum, ¹⁰ *transgredi*, convenire non putavit neque volantibus neque serpentibus neque navigantibus; sed his solis qui gradiuntur & pedibus iter ^e emetuntur. Propterea negant apud scriptorem idoneum aut navium *transgressum* reperiri posse, aut pro transfretatione *transgressum*. Sed quæro ego cur non, sicuti *cursus* navium recte dici solent, ita *transgressus* etiam navibus factus dici possit? Præsertim cum brevitatem angustissimi ⁵ freti, qui terram Africam Hispaniamque interfluit, elegantissime *transgressionis* vocabulo quasi paucorum ⁶ graduum spatium definita sit. Qui auctoritatem autem requirunt, & negant dictum ingredi transgredive in navigantibus; volo uti respondeant, quantum existiment interesse, ingredi atque ambulare. ²⁰ Atqui Cato in libro de re rustica, *Fundus*, inquit, *eo in loco habendus est, ut & oppidum prope amplum sit, & mare aut annis, qua naves ambulant*. Appetitas porro hujuscemodi translationes, habitasque esse pro

INTERPRETATIO.

c cum vidisset noctem tenebrosam, contendit declinare praelium occulte aut velocitate fugæ, favente maris astu. d uni-

versi transgressi se contulerunt ad montem quem Lusitani prius occupaverant, e faciunt. f qua naves ire possint.

NOTÆ.

eloquentiæ laude, Augusti amicitia, censura literariæ severitate, relato de Dalmatis triumpho celeberrimus, e vita decessit in villa Tusculana ætatis an. lxxx.

2. Sertorius.] De Sertorio consule superiores notas.

3. Mauritania.] Triplex est: altera Cæsariensis respondet regioni, quæ jam dicitur *Royaume d'Alger*: altera Tingitana, de qua hic agitur, nunc dicitur vulgo *Royaume de Maroc & de Fez*, ex qua brevissimus est in Hispaniam trajetus: tertia Sirifensis hodie *Susse*. Tres illæ provinciæ partim ad mare mediterraneum, partim ad Atlanticum sitæ sunt.

4. Lusitanis.] Populis Hispaniæ, quorum regio jam Portugallia dicitur ex eo quod, cæteris urbibus a Mauro occupatis, Durus Lusitanæ fluvius Gallicis navibus patebat, unde vicina regio por-

tus Galliæ dictus est: alii a Porru & Cale oppidis ad ostia Durii vocis originem deducunt. Certe castri Portuale meminit Hydatius in chronico ad an. Christi circiter ccccliv. ex quo tractam provinciam appellationem suspicamus.

5. Freti.] Fretum est mare inter duas terras coarctatum. Porro illud quo Africa separatur ab Hispania, de quo jam agitur, dicitur Gaditanum, vulgo *Detroit de Gibraltar*, cujus latitudo non nisi ad sex leucas Gallicas extenditur.

6. Graduum.] Gradus hic sumuntur pro locorum intervallis juxta geographorum morem, qui gradibus cum longitudinis tum latitudinis terram dividunt. Quanquam non hic stricta ac propria significatione gradus est accipiendus, qui ad viginti quinque leucas Gallicas solet referri.

honestamentis orationis, Lucretius quoque testimonium in hac eadem voce dicit. In quarto enim libro clamorem per arterias & per fauces gradientem dicit. Quod est nimio ^h confidentius, quam illud de navibus Sallustianum. Versus Lucretii hi sunt.

ⁱ Præterea radit vox fauces sæpe; facitque

⁷ Asperiora foras gradiens arteria clamor.

Propterea, Sallustius in eodem libro non eos solum, qui navibus veherentur, sed & scaphas quoque nantes progressas dicit. Verba ipsa de scaphis posui. Earum alie paululum progressæ nimio simul & ^k incerto onere, cum pavor corpora agitaverat, deprimebantur.

INTERPRETATIO.

g elegantiis. h audacius. i Insuper vox sæpe ras reddit arteriam asperioram. k hinc offendit fauces, & clamor erumpens fo- inde incumbente.

NOTA.

7. *Asperiora arteria.*] Arteria vena est qua vitalis spiritus emittitur; licet autem alibi sit generis fœminini, tamen hic in neutro genere usurpatur a Lucretio. Per arteriam igitur clamore factam asperioram intelligenda est raucedo quam clamor inducit.

CAPUT XXVII.

Historia de populo Romano deque populo Pœnico, quod pari propemodum vigore fuerint amuli.

IN literis veteribus ^a memoria exstat, quod par fuit quondam vigor & ^b acritudo amplitudoque populi Romani atque ^c Pœni. Neque immerito ^d æstimatum. Nam cum aliis quidem populis de ^e uniuscujusque reipublicæ, cum Pœnis autem de omnium terrarum imperio decertatum. Ejus rei specimen est in illo utriusque populi verbo factum; quod ¹ Q. Fabius imperator Romanus dedit ad Karthaginenses epistolam, ubi scriptum fuit populum Romanum misisse ad eos ² hastam & ³ caduceum signa duo belli aut pacis: ex ^f quis utrum vellent eligerent; quod elegissent, id unum ut esse missum existimarent. Karthaginenses responderunt neutrum sese

INTERPRETATIO.

^a Scriptum est. ^b fortitudo. ^c Carthaginensis. ^d id creditum est. ^e imperio habendo. ^f quibus.

NOTÆ.

1. *Q. Fabius.*] Vide quæ supra jam animadvertimus.

2. *Hastam.*] Signum belli fuit hasta, quam fœciales, penes quos erat belli denuntiandi cura, in terram hostilem jacularantur.

3. *Caduceum.*] Virga quam serpentes duo media sui parte connexi, superiore

in se reflexi complectebantur: propria fuit Mercurii, qui ut eloquentiæ deus ac nuntius deorum diffidia componebat. Hinc Romani non alio belli finiendi, ac pacis restituendæ signo usi sunt. Caduceatoresque legati de pace dicebantur a caduceo quem manu gestabant.

eligere: sed posse qui attulissent utrum mallent relinquere; quod reliquissent, & id sibi pro lecto futurum. Marcus autem Varro non hastam ipsam neque ipsum caduceum missa dicit, sed duas tesseras: in quarum altera caduceum, in altera hastæ simulachra fuerunt incisa.

INTERPRETATIO.

g se credituros hoc esse missum.

CAPUT XXVIII.

5. De ætatum finibus pueritiæ, juventæ, senectæ, ex Tuberonis historia sumtum.

C Tubero historiarum primo scripsit Servium Tullium, regem populi Romani, cum^a illas quinque classes juniorum, ^b census facienda gratia, institueret, pueros esse existimasse, qui minores essent annis
10 septemdecim; atque inde ab anno septimodecimo, quod idoneos jam esse reipublicæ arbitraretur, ¹ milites scripsisse; eosque ad annum quadragesimum sextum ² juniores, supraque eum annum seniores appellasse. Eam rem propterea notavit: ut discrimina quæ fuerint iudicio motibusque majorum pueritiæ, juventæ, senectæ, ex ista censione Servii Tullii prudentissimi regis noscerentur.
15

INTERPRETATIO.

a Illos quinque ordines, b ad recensendos omnes suos subditos.

NOTÆ.

1. Milites scripsisse.] Scribere militem & legere idem erat apud Græcos & Romanos, quia cum primum electi fuerant milites, in tabulas referebantur, ut memoria nominum & stipendiorum publice extaret.

2. Juniores.] Neque mirum cuiquam videatur, si qui annum quadragesimum

excesserant, juniores etiam tum appellabantur, cum vel post trigesimum annum Romani dicerentur adolescententes, ipseque C. Cæsar a Sallustio vocetur adolescentulus quo tempore erat Pontifex Maximus, ideoque saltem trigesimum octavum annum attigerat.

CAPUT XXIX.

Quod particula, atque, ^a non complexiva tantum sit, sed vim habeat plusculam variamque.

Atque, particula, a grammaticis quidem conjunctio esse dicitur connexiva: & plerumque sane conjungit verba & connectit: sed interdum alias quasdam potestates habet non satis notas, nisi in veterum literis
20

INTERPRETATIO.

^a Non tantum est pars orationis conjunctiva, sed habet plures ac diversas significationes.

rarum tractatione atque cura exercitis. Nam & pro adverbio valet, cum dicimus; *aliter ego feci atque tu*; significat enim; *aliter quam tu*; & ^b gemina si fiet, auget intenditque rem; de qua agitur: ut animadvertimus in Q. Ennii annalibus, nisi memoria in hoc versu labor.

^c *Atque atque accedit muros Romana juventus.*

Cui significationi contrarium est, quod itidem a veteribus dictum est; *de- que*. Et præterea pro alio quoque adverbio dicitur, id est; *statim*. Quod in his Virgillii versibus existimatur obscure & ^d insequenter particula ista posita esse.

^e ---- *sic omnia fatis*

In pejus ruere, ac retro sublapsa referri.

Non aliter quam qui adverso vix flumine lembum

Remigiis subigit, si brachia forte remisit;

Atque illum in præceps pronò rapit alveus amni.

INTERPRETATIO.

<p>^b si conduplicetur. ^c propevanter. ^d sine connexione. ^e ita res omnes fato abeunt in deterio- rem statum, & ad ruinam sponte inclinant. Similiter ac</p>	<p>nauta qui adversus cursum aqua remis impellit navigiolum, si forte desinat remigare, statim illum aqua rapida abripit in præceps per defluentem amnem.</p>
---	---

A. GELLII

NOCTIUM ATTICARUM

COMMENTARIUS.

LIBER UNDECIMUS.

CAPUT I.

De origine vocabuli terræ Italia, deque ea multa quæ suprema appellatur, deque ejus nominis ratione; ac de lege Ateria, & quibus verbis antiquitus multa minima dici solita sit.

5 **T**IMÆUS in historiis, quas oratione Græca de rebus populi Romani composuit, & M. Varro in antiquitatibus rerum humanarum terram Italiam de Græco vocabulo appellatam scripserunt; quoniam boves Græca vetere lingua *ιταλοι* vocitati sunt, quorum in Italia magna copia fuerit, ² buceraque in ea terra gigni pascique solita sint complurima. Conjectare autem possumus ob eandem
10 causam, quod Italia tunc esset ^b armentosissima; multam, quæ appellatur *suprema*, institutam ^c ³ in singulos duarum ovium, boum triginta; pro copia scilicet boum, proque ovium penuria. Sed cum ejusmodi multa

INTERPRETATIO.

a interpretatione. *b* plena armentis. *c* in utramque duarum ovium & in singulos boum triginta.

NOTÆ.

1. *Timæus.*] Historicus Tauromenii in Sicilia natus, ccc. circiter ante Christi ortum anno floruit, regnante Agathocle, cui ob indictum exilium ulciscendi studio fuit prætermodum infensus, adeoque in hujus principis rebus nullam, auctore Suida, fidem meretur. Varia fuit de ipso veterum sententia: Cic. libro II. de Oratore videtur post Callisthenem longe eruditissimus, & veram copiam & sententiarum varietate & ipsa compositione verborum non impositus. Eum alii censuere nullo delectu quidlibet in suas historias inferisse, adeo ut quod referunt Hesychius & Suidas *γεννητικῆς*, id est,

anus collectrix vocaretur. Ait Diodorus Siculus libro V. eum propter intemptivas reprehensiones *επιτιμασιον*, id est reprehensorem fuisse nuncupatum. Eum annos xcv. vixisse testatur Lucianus in Macrobiis.

2. *Buceraque.*] Cum Badio legimus Bucera, quæ vox ab Ovidio usurpata boves cornutos significat. Legunt alii Buceta.

3. *In singulos duarum.*] Nempe si cui fuissent oves plurimæ, non exigebatur multa nisi in duas oves. Pariter si quis boves supra triginta numerasset, non solvebat pretium nisi pro triginta.

pecoris armentique a magistratibus dicta erat; ^d addicebantur boves ovesque alias precii parvi alias majoris: eaque res faciebat inæqualem multæ pœnitionem. Idcirco postea ⁴ lege Ateria constituti sunt in oves singulas ⁵ æris deni, ^e in boves æris ^f centeni. *Minima* autem multa est ovis unius. ⁷ *Suprema* multa est ejus numeri: cujus diximus: ultra quem multa dicere in singulos jus non est, & propterea *suprema* appellatur, id est, summa & maxima. Quando igitur nunc quoque a magistratibus populi Rom. more majorum multa dicitur vel minima vel *suprema*; observari solet ut *oves* genere virili appellentur: atque ita M. Varro verba hæc legitima, quibus minima multa diceretur, ^g concepit. *M. Terentius quando citatus neque respondit neque excusatus est, ego ei unum ovem ^h multam dico.* Ac nisi eo genere diceretur negaverunt justam videri multam. Vocabulum autem ipsum ⁸ *multa* idem M. Varro in uno & vicesimo rerum humanarum non Latinum, sed Sabinum esse dicit; idque ad suam memoriam mansisse ait in lingua Samnitium, qui sunt a Sabinis orti. Sed turba grammaticorum novitia ⁹ κατ' ἀντιφρασιν, ut quædam alia, hoc quoque dici tradiderunt. Cum autem usus & mos sermonum is sit ut ita & nunc loquamur, ut plerique veterum locuti sunt, *multam dixit, & multa dicta est*: non esse ¹ ab re putavi notare, quod M. Cato aliter dixit. Nam in quarto Originum, verba hæc sunt: *Imperator noster, si quis extra ordinem depugnatum iovit, ei multam facit.* Potest autem videri consulta elegantia mutasse verbum cum in castris & in exercitu multa fieret; non in comitio nec ad populum diceretur.

INTERPRETATIO.

d pro bobus & ovibus pretium aliquando magnum aliquando parvum exigebatur. e pœnam. f in oves singulas asses decem, g in boves centum asses. g retulit. h exigo solvendam. i alienum.

NOTÆ.

4. *Lege Ateria.*] Quæ & Tarpeia dicitur a Festo, quod eam tulerint Sp. Tarpeius & A. Aterius cons. anno U. C. cccxviii. ante Christum cccclvi. Ea cautum est, ut bos centussis, ovis decussis æstimaretur.

5. *Æris deni.*] Asses decem Romani denarium confecere, qui moneta nostrate appensus Gallicos tres asses & semissem valebit.

6. *Centeni.*] Decies tanto æstimabatur: hæc summa ad nostros calculos revocata triginta quinque Gallicis asses æquabit.

7. *Suprema multa.*] Colligebatur ex triginta bobus. Porro cum in quoslibet

boves centussis exigetur, in triginta boves solvebantur assium tria millia, ex quibus quinquaginta duæ libræ & decem asses nostrates confient. Minima autem multa cum esset ovis unius, assium denum erat.

8. *Multa.*] Eidem Varroni si credimus, hinc multa dicta est, quod singula ob peccatum exigentur, ut ovis aut bos, singula autem appellabantur multa, quod olim unum dicerent multa.

9. *Κατ' ἀντιφρασιν.*] Antiphrasis figura est qua per contrarium verba dicuntur, ut bellum quod sit minime bellum, luctus quod minime luceat.

CAPUT II.

Quod elegantia apud antiquiores non de amœniore ingenio sed de nitidore cultu atque victu dicebatur, eaque in vitio ponebatur.

Eligans homo non dicebatur cum laude: sed id fere verbum ad ætatem M. Catonis, vitii non laudis fuit. Est namque hoc animadvertere, cum in quibusdam aliis, tum in libro Catonis, qui inscriptus est,
 5 ¹ Carmen de moribus. Ex quo libro verba hæc sunt. *Avaritiam omnia vitia habere putabant: sumtuosus, cupidus, eligans, vitiosus, ² irritus qui habebatur, is laudabatur.* Ex quibus verbis apparet elegantem dictum antiquitus non ob ingenii elegantiam, sed qui nimis lecto amœnoque cultu victuque esset. Postea *eligans* reprehendi quidem desit; sed ^b laude nulla dignabatur, nisi cujus elegantia erat moderatissima. Sic M. Tullius L. Crasso & Q. Scævola non meram elegantiam, sed multam parsimonia
 10 mistam laudi dedit. *Crassus*, inquit, *erat ² parcissimus elegantium; Scævola parcorum elegantissimus.* Præterea ex eodem libro Catonis hæc etiam
 15 ^c sparsim & inter cetera commemoramus. *Vestiri*, inquit, *in foro honeste mos erat: ^d domi quod satis erat. Equos carius quam coquos emebant. Poetica artis honos non erat. Si qui in ea re studebat, aut sese ad convivia applicabat; ³ grassator vocabatur.* Illa quoque ex eodem libro præclaræ veritatis sententia est: *Nam vita*, inquit, *humana prope uti ferrum est. Si*
 20 *exerceas; conteritur: si non exerceas; tamen rubigo interficit. Item homines exercendo videmus conteri. Si nihil exerceas; inertia atque ^e torpedo plus detrimenti facit, quam exercitio.*

INTERPRETATIO.

^a Inutilis. ^b nullam laudem significabat. ^c hinc inde scripta. ^d mos erat domi vestiri tenui sumptu. ^e languor.

NOTÆ.

1. *Carmen.*] Non solum vocatur carmen poema certis quibusdam numeris astrictum, sed etiam formulæ conceptis verbis ac solennibus expressæ ac præcepta dicuntur carmina.

2. *Parcissimus elegantium.*] Scilicet Crassus inter eos qui in victu & cultu nitidi essent, erat maxime omnium par-

vo contentus: Scævola vero ex iis omnibus qui frugales erant, ad splendorem maxime accedebat.

3. *Grassator.*] Grassari, teste Nonio, dictum ab antiquis pro adulari; unde poetæ & parasti in principum laudes plerumque effusi grassatores quasi adulatores vocabantur.

CAPUT III.

Qualis quantaque sit, pro, particulae varietas; deque exemplis ejus varietatis.

Quando ab arbitriis negotiisque otium est, & motandi corporis gratia aut spatiamur aut vectamur: quærete nonnunquam apud memetipsum soleo res ejusmodi parvas quidem minutasque & hominibus non bene eruditibus aspernabiles, sed ad veterum scripta penitus noscenda & ad scientiam linguæ Latinæ cum primis necessarias: velut est, quod forte nuper in Prænestino recessu vespertina ambulatione solus ambulans considerabam; qualis quantaque esset particularum quarundam in oratione Latina varietas. Quod genus est præpositio, pro. Aliter enim dici videbam, pontifices pro collegio decrevisse; aliter, quempiam testem introductum pro testimonio dixisse; aliter M. Catonem in Originum quarto, prælium factum depugnatumque pro castris, scripsisse; & item in quinto, urbis, insulasque omnis pro agro Illyrio esse; aliter etiam dici, pro aede Castoris; aliter, pro rostris; aliter, pro tribunali; aliter, pro concione; atque aliter, tribunum plebis pro potestate intercessisse. Sed has omnis dictiones, qui aut omnino similes & pares, aut usquequaque diversas existimaret, errare arbitrabar. Nam varietatem istam ejusdem quidem fontis & capitis, non ejusdem tamen esse finis putabam. Quod profecto facile intelliget, si quis adhibeat ad meditationem suam intentionem, & habeat veteris orationis usum atque notitiam celebriorem.

INTERPRETATIO.

2 Quando non sumus occupati judiciis & negotiis, & ad exercendum corpus vel ambulamus vel vehimur. b contemnendas. c cujusmodi. d ex autoritate collegii. e testimonium dixisse. f ad tuenda castra. g loco agri Illyrici. h ante tem-

plura Castoris. i in foro. k de tribunali. l coram multitudine. m vi potestatis sua se se opposuisse. n ubique. o censebam diversitatem illam oriri ex eodem vocabulo, non habere eandem tamen significationem. p si quis attentius consideret.

NOTÆ.

1. Arbitriis] Cum iudicis integerrimi partes sæpe Gellius explevisset, multi litis vitandæ causa ad ejus arbitrium sua diffidia referebant.

2. Prænestino recessu.] Prænestæ oppidum fuit Latii, olim edito in monte positum; quo solebant æstate secedere nobiles Romani, cum in reliquis urbibus vicinis maximus calor ingravesceret. Antiqua illa civitas a Bonifacio

VIII. diruta fuit, & in valle alia restaurata quæ nunc dicitur *Palestrina*.

3. Illyrio.] Illyria seu Illyricum Europæ regio Adriatico mari porrecta ad septentrionem Italix. Nunc dicitur Sclavonia, quæ plures provincias Turcarum imperatori subditas complectitur.

4. Castoris.] De Castore dicemus paulo inferius ad caput VII. hujus libri.

CAPUT IV.

Quem in modum Q. Ennius versus Euripidi emulatus sit.

Euripidi versus sunt in ^a Hecuba verbis, sententia, brevitate insignes illustresque, Hecuba est ad Ulyxem dicens:

^b Τὸ δ' ἀξίωμα κἄν κακῶς λέγη τὸ σόν,
Πείσει, λόγος γὰρ ἔκ τ' ἀδοξούντων ἰών,
Κἄν ἤψ' δοκοῦντων, αὐτὸς οὐ ταυτὸν δένει.

Hos versus Q. Ennius, cum eam tragœdiam verteret, non sane incommode ^c emulatus est. Versus totidem Enniani hi sunt.

Hac tu etsi perverse dices, facile Achivos flexeris:

¹⁰ *Nam cum opulenti loquuntur ^d pariter atque ignobiles;
Eadem dicta, ^e eademque oratio aqua non aequa valet.*

Bene, sicuti dixi, Ennius; sed ignobiles tamen & opulenti, ^f ἀπὲρ ἀδοξούντων & δοκοῦντων satisfacere sententiæ non videntur. Nam neque omnes ignobiles ^g ἀδοξοῦσι; neque omnes opulenti, ^h εὐδοξοῦσι.

INTERPRETATIO.

a Tragœdia cui nomen Hecuba.

b at auctoritas etsi male loquatur tua, persuadebit. Sermo enim ab incelebribus proficiens

& celebribus, idem non idem valet.

c imitatus est. d similiter ut. e sermo equalis non aequale habet pondus. f non incelebribus & celebribus. g incelebres sunt. h celebres sunt.

NOTA.

I. Hecuba.] Priami regis Trojanorum uxor post excisam Trojam abducta in Thraciam, filio Polydoro mortem a Polymnestore rege illatam sic ultra est,

ut ipsum oculis & liberis privavit. Agamemnon re cognita secundum Hecubam iudicavit.

CAPUT V.

¹⁵ *De Pyrrhonis philosophis quadam, deque Academicis strictim notata, deque inter eos differentia.*

Quos ⁱ Pyrrhonios philosophos vocamus, ⁱⁱ Græco cognomento *στωϊκοί* appellantur. Id ferme significat quasi quæsitores & consideratores. Nihil enim decernunt, nihil constituunt; sed in quærendo semper

NOTA.

1. Pyrrhonios.] Qui philosophi ab autore Pyrrhone appellati, nihil quicquam certum definiebant, de rerum omnium natura dubii; cæterorum placita refellebant, utque veritatis inquisitores se profite-

bantur, dicti sunt *Σκεπτικοὶ ἀπὸ τῆς σκεπῆς*, quod in rerum omnium consideratione & indagazione perpetuo veritentur.

considerandoque sunt, quidnam sit omnium rerum de quo decerni consti-
tuitque possit. Ac ne videre quoque plane quicquam neque audire sese pu-
tant; sed ira pati afficique quasi videant vel audiant. Eaque ipsa, quæ
affectiones istas in sese efficiant, qualia & cujuscmodi sint ^a cunctantur at-
que insistant; omniumque rerum fidem veritatemque mixtis confusisque si-
gnis veri atque falsi ita ^b inrensibilem videri aiunt; ut quisquis homo est
non præceps ^c neque iudicii sui prodigus, his uti verbis debeat, quibus au-
ctorem Philosophiæ istius ² Pyrrhonem esse usum tradunt; ^d οὐ μᾶλλον οὐ-
τως ἔχει τὸδε ἢ ἐκείνας ἢ οὐδετέρας. Judicia enim rei cujuscque & sinceras
proprietas negant posse nosci & percipi; idque ipsum docere atque ostende-
re multis modis conantur. Super qua re Favorinus quoque subtilissime
argutissimeque decem libros composuit, quos ^e Πυρρωνείων πρῶτον in-
scribit. Vetus autem quæstio & a multis scriptoribus Græcis tractata est,
in quid & quantum inter Pyrrhonios & ³ Academicos philosophos interfit.
Utrique enim ^f σκεπτικοὶ, ἐφεκτικοὶ, ἀπορητικοὶ dicuntur; quoniam utrique
nihil affirmant, nihilque comprehendere putant. Sed ex omnibus rebus
proinde visa fieri dicunt, quas ^g φαντασίας appellant: non ut rerum ipsarum
natura est, sed affectio animi corporisve est eorum, ad quos ea visa per-
veniunt. Itaque omnes omnino res, quæ sensus omnium movent, ^h ἢ
ἢ esse dicunt. Id verbum significat, nihil esse quicquam quod ex sese
constet, nec quod habeat vim propriam & naturam; sed omnia prorsum
ad aliquid referri; taliaque videri esse, qualis sit eorum species dum vi-
dentur, qualiaque apud sensus nostros, quo pervenerunt, creantur; ⁱ non
apud sese, unde profecta sunt. Cum hæc autem consimiliter tam Pyrrho-
nii dicant quam Academici: differre tamen inter sese & propter alia quæ-
dam, & vel maxime propterea existimati sunt, quod academici quidem
ipsum illud nihil posse comprehendere quasi comprehendunt, & nihil posse
decerni, quasi decernunt: Pyrrhonii ne id quidem ullo pacto, videri ve-
rum dicunt, quod nihil esse verum videtur.

INTERPRETATIO.

^a Dubitant & hærent. ^b incomprehensibilem, ^c neque citius iudicat. ^d non magis hac ratione se habet hoc quam illa vel neutra. ^e Pyrrhonorum modorum. ^f quæ-
sitores, cunctatores, dubitatores. ^g ima-
ginationes. ^h eorum quæ ad aliquid in non
qualia sunt in se.

NOTÆ.

² Pyrrhonem.] Hic ex Elide in Pello-
ponneso oriundus, primo pictor, dein-
de philosophiæ desiderio incensus in
Indiam se contulit, ibique se Gymnoso-
phistarum & Magorum in disciplinam
tradidit. Inde novum invenit philoso-
phandi genus auctor sectæ Scepticæ, quæ
in omnibus assensum sustinebat. Vixit
annos prope xc. Floruit annis ante Chri-
stum cccxx.

³ Academicos.] Academici secta phi-

losophorum cujus auctor Plato, nomen
habuit ab Academia, qui locus nemo-
rosus ab Athenis distabat mille passus.
Hic magna discipulorum frequentia phi-
losophiæ ludum aperuit Plato.

⁴ Τὸν πρὸς τί.] Ea sunt relata quo-
rum natura est, secundum philosophos,
esse ad aliud. Sic ratio similitudinis non
subsistit in aliqua re nisi fuerit aliud si-
mile.

CAPUT VI.

Quod mulieres Roma per Herculem non juraverunt, neque viri per Castorem.

IN veteribus scriptis neque mulieres Romanæ per ¹ Herculem dejurant; neque viri per ² Castorem. Sed cur illæ non juraverint Herculem non obsecutum est: nam ³ Herculaneo sacrificio abstinent. Cur autem viri Castorem jurantes non appellaverint, non facile dictum est. Nusquam igitur scriptum invenire est apud idoneos quidem scriptores, aut *mehercle* feminam dicere, aut *mecastor* virum. *Ædepol* autem, quod jusjurandum per Pollucem est, & viro & feminæ commune est. Sed M. Varro asseverat antiquissimos viros neque per Castorem neque per Pollucem dejurare solitos; sed id jusjurandum fuisse tantum feminarum ^b ex ³ initiis ⁴ Eleusiniis acceptum: paulatim tamen, incertitia antiquitatis, viros dicere *ædepol* cœpisse; factumque esse ita dicendi morem: sed *mecastor* a viro dici, in nullo vetere scripto inveniri.

INTERPRETATIO.

^a *Quod fiebat in honorem Herculis.* ^b *ex mysteriis Cereris.*

NOTÆ.

1. *Herculem.*] Quis fuerit Hercules cap. I. lib. I. docebit.

2. *Castorem.*] Castor & Pollux Jovis ex Leda filii, quorum ea fors fuit, ut mortalis alter, alter esset immortalis. Occiso Castore Jovem rogavit Pollux, ut immortalitatem suam posset cum fratre communicare. Quod ubi concessum est, alternis mortui alternis revixere. Huic fabulæ locum dedit Geminorum natura quorum siderum altero surgente alterum occidit. Ad mala depellenda

solebant a Romanis potissimum invocari: unde & jusjurandum *æcastor* & *ædepol* adhibetur, quod erat quasi per ædem Pollucis, & Castoris.

3. *Initiis.*] Initia fuere sacra Cereris, quibus interesse nulli nisi casto fas erat.

4. *Eleusiniis.*] Ceres dea frugum inventrix dicta est Eleusina, quod in Atticæ civitate Eleusi extructum esset Cereris templum, in quo sacra solemnia celebrabantur.

CAPUT VII.

15 *Verbis antiquissimis relictisque jam & ^a desitis minime utendum.*

VERBIS uti aut nimis ^b obsoletis exculcatisque, aut insolentibus novitatisque duræ & ^c illepidæ, ^d par esse delictum videtur: sed molestius equidem ^e culpatusque esse arbitror, verba nova, incognita, inaudita dicere, quam ^f invulgata & sordentia. Nova autem videri dico

INTERPRETATIO.

^a *Abrogatis.* ^b *antiquatis,* vetustate ^d *vitium inesse simile.* ^c *vitiosus.* *subdetritis & extraordinariis.* ^e *inelegantis.* ^f *leta & humilia.*

etiam ea, quæ sunt inusitata & desita, tamen sunt vetusta. Est adeo id vitium plerumque seræ eruditionis, quam Græci ἰσχυράς appellat; ut, quod numquam didiceris, diu ignoraveris, cum id scire aliquando cœperis, magnificas quo in loco cumque & quacumque in re dicere. Veluti Romæ, nobis præsentibus, vetus celebratusque homo in causis, sed repentina & quasi tumultuaria doctrina præditus, cum apud præfectum urbi verba faceret, & dicere vellet inopia quemdam miseroque victu vivere & fursureum panem esitare, vinumque eructum & fœtidum potare, *Hic*, inquit, *equus Romanus apludam edit, & floces bibit*. Adspexerunt omnes qui aderant alius alium, primo tristiores turbato & requirente voltu quidnam illud utriusque verbi foret; post inde, quasi nescio quid Tusce aut Gallice dixisset, universi riserunt. Legebat autem ille *apludam* veteres rusticos frumenti fursurem dixisse; idque a Plauto in comœdia, si ea Plauti est, quæ Astraba inscripta est, positum esse. Item *floces* audierat prisca voce significare vini facem e vinaceis expressam, sicut fraces ex oleis: idque apud Cæcilium in Polumenis legebat, eaque sibi duo verba ad orationum ornamenta servaverat. Alter quoque a lectionibus id genus paucis apeirocalus, cum adversarius causam differri postulare; Rogo prætor, inquit, subveni, succurre: quonam usque nos *bovinator* hic demoratur? Atque id voce magna ter quaterque inclamavit; *bovinator est*. Commurmuratio fieri cœpta est a plerisque, qui aderant, quasi monstium verbi admirantibus. At ille jactans & gestiens, Non enim Lucilium, inquit, legistis, qui tergiversatorem *bovinatorem* dicit. Est autem in Lucilii undecimo versus hic:

Est tricosus, bovinatorque ore improbum duro.

INTERPRETATIO.

g provocans ad ructum. h fursur frumenti manducat, & potat facem vini. *decori.* m homo est obijiciens impedimenta. *n impudenti.*

i fax est expressa. k comœdia. l ignarus

NOTÆ.

1. *Tumultuaria.*] Tumultuaria dicitur doctrina subito ac prope quaesita, sicut tumultuarii sunt milites qui festinanter conscribuntur.

2. *Præfectum urbi.*] Magistratus hic ab Augusto fuit institutus, ut per absentiam reliquorum magistratum urbem administraret. Quanquam longe an-

tea vel sub ipsis regibus & primis consulibus fuerat præfectus urbis, cui partes aliæ erant obeundæ.

3. *Apeirocalus.*] Ἀπίροκαλος significat rudem in iis rebus quæ decorum spectant: ἄπρος enim imperitus & τὸ κλον decorum est.

CAPUT VIII.

Quid senserit dixeritque M. Cato de Albino : qui homo Romanus Græca oratione res Romanas, venia sibi ante ejus imperitia petita, composuit.

JUste venusteque admodum reprehendisse dicitur ^aA. Albinum M. Cato, Albinus, qui cum L. Lucullo consul fuit, res Romanas oratione Græca
⁵ ^ascripsitavit. In ejus historiæ principio scriptum est ad hanc sententiam :
 Neminem succensere sibi convenire, si quid in his libris parum com-
 posite aut minus eliganter scriptum foret. Nam sum, inquit, homo Ro-
 manus, natus in Latio. Græca oratio a nobis alienissima est, ideoque
 veniam gratiamque malæ existimationis, si quid esset erratum, postula-
 10 vit. Eam cum legisset M. Cato; Nætu, inquit, Aule nimium nugator
 es, cum maluisti ^b culpam deprecari, quam culpa vacare. Nam petere
 veniam solemus, aut cum ^c imprudentes erravimus, aut cum compulsi
 peccavimus. Tibi, inquit, oro te quis perpulit ut id committeres quod,
 priusquam faceres, peteres ut ignosceretur? Scriptum est hoc in libro
 15 Cornelii Nepotis de illustribus viris.

INTERPRETATIO.

^a Composuit. ^b rogare ut tibi culpa condonaretur. ^c non cogitantes.

NOTA.

1. *A. Albinum.*] Hic vir inter Roma- tum functus est anno U.C. IOCVII. ante
 nos illustris collega L. Lucullo consula- Christum CLI.

CAPUT IX.

Historia de legatis Mileti & Demosthene rhetore in libris Critolai reperta.

CRitolaus scripsit legatos ¹ Mileto publicæ rei causa venisse Athenas,
^afortassean auxilii petendi gratia; tum qui pro sese ^b verba facerent,
 quos visum erat, advocavisse; advocatos, uti erat mandatum, verba
 20 pro Milesiis ad populum fecisse: Demosthenem Milesiorum postulari

INTERPRETATIO.

^a Forstian. ^b haberent orationem.

NOTA.

1. *Mileto.*] Miletus nunc *Melasso*, ex
 Ptolemæo Carix, ex Herodoto civitas
 est Ionix. Quam in rem Thyfius statim
 definit Ptolemæum male sensitse; quasi
 vero temporibus Herodoti non potue-
 rint Ionix & Carix fines esse alii quam
 25 atate Ptolemæi, qui posterior quingen-
 tis annis fuit. Equidem quod Miletus
 in finibus Ionix & Carix sita sit, hinc
 ortam suspicor geographorum equalium
 in re clarissima dissensionem, quorum
 alii, ut Mela, Strabo & Plinius Mile-
 tum in Ionia; alii, ut Ptolemæus, in
 Caria collocant.

acriter respondisse, neque Milesios auxilio dignos, neque ex republica id esse contendisse; rem in posterum diem^c prolata; legatos ad Demosthenem venisse; magnoque opere orasse uti contra ne diceret; eum pecuniam petivisse; & quantam petiverat abstulisse; postridie, cum res agi denuo cœpta esset, Demosthenem lana multa collum cervicisque circumvolutum ad populum prodisse, & dixisse se² synanchen pati;^d eo contra Milesios loqui non quire; tum e populo unum exclamasse, non synanchen, quod Demosthenes pateretur, sed³ argyranchen esse. Ipse etiam Demosthenes, ut idem Critolaus refert, non id postea^e concealavit: quin gloriæ quoque hoc sibi assignavit. Nam cum interrogasset Aristodemum actorem^f fabularum quantum mercedis, uti ageret, accepisset; & Aristodemus⁴ talentum respondisset: At ego plus, inquit, accepi ut tacerem.

INTERPRETATIO.

c dilatam. d propterea se non posse dicere adversus Milesios. e dissimulavit. f tragediarum aut comædiarum.

NOTÆ.

2. *Synanchen.*] Morbum in faucibus acutum, quo respirationis iter obstruitur; licet nec tumor nec rubor interdum videatur Latini vocant anginam, Galli *Esquinancie*. Σύν & ἄγχω *strangulo*.

3. *Argyranchen.*] Argyranche idem est atque argentea angina.

4. *Talentum.*] Quanti sit pretii talentum Atticum sæpe jam indicavimus. Vide tamen notas in caput sequens.

CAPUT X.

Quod C. Gracchus in oratione sua historiam supra scriptam Demadi rhetori non Demostheni attribuit: verbaque ipsius C. Gracchi relata.

Quod in capite superiore a Critolao scriptum esse diximus super Demosthene; id C. Gracchus in oratione, qua¹ legem Aufeiam dissuavit, in² Demadem contulit verbis hisce: *Nam vos, Quirites, si velitis sapientia atque virtute uti; & si queritis; neminem nostrum invenietis sine*

NOTÆ.

1. *Legem Aufeiam.*] Pighius an Schottus anno U. C. Iocxxx. ante Christum cxxiv. ab Aufeio Tribuno plebis ait legem hanc ad populum latam esse; qua sanciebatur, ut Cappadocia, quam Nicomedes Bithyniæ, Mithridates Ponti reges occupaverant, Ariarathis regis occisi liberis atque hæredibus restitueretur. Intercessit C. Gracchus & ipse tribunus plebis, & adversus legem Aufeiam libertate donati Cappadociam ea conditione suavit, ut populo Romano facta vectigalis in alimenta Romanæ plebis egenæ tributa penderet. Res acta Romæ magnis partium studiis & contentioni-

bus. Sed tandem ex senatus consulto lata lege Aufeia, sancitum est ut reges socii a Cappadocia abstinerent, & Ariarathis occisi regis filiis hæredibus regnum populique Romani beneficia salva atque integra manerent.

2. *Demadem.*] Demades orator Atheniensis immoderato luxu ac libidine famosus, in Antipatri gratiam cum obrepisset, opibus ac potentia floruit; verum cum adversus Antipatrum furtivis literis Perdicam sollicitasset, a Cassandro apud Antipatrum gratiosissimo trucidatus est cum Demea filio, anno ante Christum cccxx. *Diodorus Siculus.*

pretio huc prodire. Omnes nos qui verba facimus, aliquid petimus: neque ullius rei causa quisquam ad vos prodit, nisi ut aliquid auferat. Ego ipse, qui apud vos verba facio uti vestigalia vestra augeatis, quo facilius vestra commoda & remp. administrare possitis, non gratis prodeo: verum
 5 peto a vobis non pecuniam, sed bonam existimationem atque honorem. Qui prodeunt dissuasuri ne hanc legem accipiatis, petunt non honorem a vobis, verum a³ Nicomede pecuniam. Qui suadent ut accipiatis; hi quoque petunt non a vobis bonam existimationem, verum a⁴ Mithridate^a rei familiaris sua precium & premium. Qui autem ex eodem loco atque ordine ta-
 10 cent, hi vel acerrimi sunt. Nam ab omnibus precium accipiunt, & omnia fallunt. Vos, cum putatis eos ab his rebus remotos esse, b impertitis bonam existimationem. Legationes autem a regibus, cum putant eos sua causa reticere, sumtus atque pecunias maximas præbent: uti in terra Græcia; qui in tempore^c tragædus gloria sibi ducebat, 5 talentum magnum ob unam fa-
 15 bulam datum esse, homo eloquentissimus civitatis sue Demades ei respondisse dicitur: Mirum tibi videtur, si tu loquendo talentum acquisivisti? Ego, ut tacerem, decem talenta a rege accepi. Idem nunc isti precia maxima ob tacendum accipiunt.

I N T E R P R E T A T I O.

a Suarum divitiarum augmentum. b sentitis bene de illis. c Aristodemus.

N O T Æ.

3. Nicomede.] Nicomedes Bithyniæ rex ac socius populi Romani, a Mithridate regno dejectus, illud ex senatus consulto recuperavit anno ante Christum xciii.

4. Mithridate.] Mithridates rex Ponti in Asia viris ac virtutibus maximis temperatus, vir prodigiöse memoriæ, qui linguas populorum quibus jus dabat duas supra viginti calleret; immensæ crudelitatis, qui matrem & sex e liberis suis sustulerit; fortitudinis egregiæ, qui plures annos bellum cum Romanis vario Marte gesserit. Demum a Cn. Pompeio pulsus desperatis domirebus fugam in Gallias cogitans, sibi mortem cum veneno non posset, ferro conscivit, anno U. C. lxxxci. ante Christum lxxiii. ætatis lxxxiv. ut auctor est Lucianus.

5. Talentum magnum.] Idem fuit ac

talentum Atticum, ut patet ex Rhe-
 nio Fannio:

Cecropium superest post hæc decuisse
 talentum

Sexaginta minas, seu vis sex millia
 drachmas,

Quod summum doctis pondus perhibetur
 Athenis.

Dictum est a Latinis talentum magnum, ut a talento Neapolitano, Syraculano & Rhegino, longe inferioris pretii distingueretur. Libris nostratibus 1000. æstimari debet. Consule cap. VII. lib. I. pag. 24. ibique quod irrepsit mendum nota 6. corrige. Talentum Ægineticum & Atheniense magnum, erat centum minarum. Lege, Talentum Ægineticum & Corinthiacum de quo hic agitur, erat centum minarum.

CAPUT XI.

Verba P. Nigidii, quibus differre dicit mentiri & mendacium dicere.

Verba sunt hæc ipsa P. Nigidii hominis in studiis bonarum artium præcellentis: quem M. Cicero ingenii doctrinarumque nomine ^a summe reveritus est. Inter ¹ mendacium dicere & mentiri ^b distat. Qui mentitur ipse non fallitur, sed alterum fallere conatur; qui mendacium dicit, ipse fallitur. Item hoc addidit: Qui mentitur, inquit, fallit, quantum in se est: item hoc quoque super eadem re dicit: Vir bonus, inquit, præstare debet ne mentiatur: prudens ne mendacium dicat. ^c Alterum incidit in hominem: alterum non. Varie mehercle & lepide Nigidius tot sententias in eandem rem, quasi aliud atque aliud diceret, ^d disparavit. 10

INTERPRETATIO.

^a Maxime veneratus est. ^b hæc est differentia, ^c mendacium dicere contingit homini bono, mentiri non contingit homini bono. ^d separavit.

NOTA.

1. Mendacium dicere & mentiri.] Tum cum affirmat & putat id esse verum, aliquis mentitur cum loquitur contra id quod revera falsum est. quod cogitat: mendacium autem dicit,

CAPUT XII.

Quod Chrysippus philosophus omne verbum ambiguum dubiumque esse dicit: Diodorus contra nullum verbum ambiguum esse putat.

Chrysippus ait omne verbum ¹ ambiguum natura esse, quoniam ex eodem duo vel plura accipi possunt. Diodorus autem, cui Crono cognomentum fuit, Nullum, inquit, verbum est ambiguum: nec quisquam ambiguum dicit, aut sentit; nec aliud dici videri debet quam quod se dicere sentit is qui dicit. At cum ego, inquit, aliter sensi, tu aliud accepisti: obscure magis dictum quam ambigue videri potest. Ambigui enim verbi natura illa esse debuit, ut qui id diceret, duo vel plura diceret. Nemo autem duo vel plura dicit, qui se sentit unum dicere. 20

NOTA.

1. Ambiguum.] Ambiguum censetur illud verbum quod plura significat, v.g. homo cum possit hominem verum aut pictum significare, habetur vox ambigua. Animal cum & ad hominem & brutum animal æque referatur, pariter est ambiguum.

2. Diodorus.] Diodorus ex Iasso Ca-

riæ oppido oriundus, cognomentum habuit Croni ab Apollonio Crono magistro: quaestiones Stilponis philosophi cum solvere nequivisset, obiit ætate Laertii. Floruit circa Olympiad. cxx. qua Crates Stilponis familiaris vivebat, scilicet ante Christum anno circiter ccc.

CAPUT XIII.

Quid T. Castricius de verbis deque sententia quadam C. Gracchi existimaverit, quodque esse eam^a sine ullo sensus emolumento docuerit.

A Pud T. Castricium^b disciplinae rhetoricae doctorem, gravi atque firmo iudicio virum, legebatur oratio C. Gracchi in P. Popilium. In ejus orationis principio collocata verba sunt accuratius^c modulatiusque, quam veterum oratorum consuetudo fert. Ea verba sicuti citi composita haec sunt: *Qua vos^d cupide per hosce annos appetistis atque voluistis, ea si^e temere repudiavistis; abesse non potest, quin aut olim cupide appetisse, aut nunc temere repudiavisse dicamini.*^f Cursus igitur hic & sonus rotundae volubilisque sententiae eximie nos & unice delectabat; tanto id magis, quod jam tunc C. Graccho viro illustri & severo ejusmodi compositionem fuisse cordi videbamus. Sed enim cum eadem ipsa verba saepius petentibus nobis lectitarentur: admoniti a Castricio sumus ut consideraremus, quae vis quodve emolumentum ejus sententiae foret; neque pateremur ut aures nostrae cadentis apte orationis & modis eblauditae animum quoque nobis voluptate inani perfunderent. Cumque nos admonitione ista attentiores fecisset, Inspecite, inquit, penitus quid efficiant verba haec; dicatque mihi quaelo aliqui vestrum, an sit ulla hujusce sententiae aut gravitas aut gratia. *Qua vos cupide per hosce annos appetistis atque voluistis, ea temere si repudiavistis; abesse non potest, quin aut olim cupide appetisse, aut nunc temere repudiavisse dicamini.* Qui enim omnium hominum in mentem non venit id profecto^h usu venire, ut quod cupide appetieris, cupide appetisse, &, quod temere repudiaveris, temere repudiavisse dicaris? At si opinor, inquit, ita scriptum esset: *Qua vos per hosce annos appetistis atque voluistis: ea nunc si repudiavistis, abesse non potest quin aut olim cupide appetisse, aut nunc temere repudiavisse dicamini.* Si, inquit, ita diceretur gravior scilicet solidiorque fieret sententia; & acciperet aliquid justae in audiendo expectationis. Nunc autem verba haec *cupide* & *temere*, in quibus verbis omne momentum rei est, non in concludenda sententia tantum dicuntur; sed supra quoque nondum desiderata ponuntur: & iⁱ quae nasci oriturque ex ipsa rei conceptione debebant, ante omnino, quam res postulat dicuntur. Nam qui ita dicit: si hoc feceris cupide fecisse diceris; rem dicit sensus alicujus ratione collectam & confectam. Qui vero ita dicit; si cupide feceris, cupide fecisse diceris; non longe secus dicit, atque si diceret si cupide feceris, cupide feceris. Haec

INTERPRETATIO.

^a Absque ulla dignitate sententia. ^b magistrum artis eloquentiae. ^c numerosius. ^d summo desiderio. ^e sine causa. ^f hic circumlocutio & conformatio sententiae periodicae ac numerosae. ^g numeris delinita. ^h contingere i qua debebant poni & collocari in conclusione sententiae.

ego, inquit, admonui, non ut C. Graccho vitio darem (dii enim mentem meliorem ^k mihi. Nam, si quicquam in tam fortis facundia viro vitii vel erroris esse dici potest, ^l id omne & auctoritas ejus exhaustit, & vetustas consumsit;) sed uti caveretis, ^m ne vos facile perstringeret modulatus aliquis currentis facundia sonitus, atque ut vim ipsam rerum virtutemque verborum prius pensitaretis: &, si quidem gravis atque integra & sincera sententia diceretur, ⁿ tum, si ita videretur, gressibus quoque ipsis orationis gestibus plauderetis; si vero frigidi & leves & futiles sensus in verba apte numerosaque posita includerentur; ^o non esse id se-
cus crederetis, quam cum homines insigni deformitate ad facienda ridicula imitantur histriones & gestiunt. 10

INTERPRETATIO.

^k mihi tribuant. ^l id quodcumque est estimatio illius delet, & antiquitas excusat. ^m ne numerosus eloquentia volubilis sonus vos falleret. n deinde, si ita placeret, manibus applauderetis ipsis orationis pedibus. ^o putaretis idem accidere quod evenit, cum histriones gestus faciunt & reserunt homines maxime deformes ad representandas res ridiculas.

CAPUT XIV.

Sobria & pulcherrima Romuli regis responsio circa vini usum.

Simplexissima suavitate & rei & orationis ^l L. Piso frugi usus est in primo annali cum de ² Romuli regis vita atque victu scriberet. Ea verba, quæ scripsit, hæc sunt. Eundem Romulum dicunt ad coenam vocatum ibi non multum bibisse: quia postridie negotium haberet. Ei dicunt: Romule, si istuc omnes homines faciant, ^a vinum vilius sit. Is respondit; imo vero carum, si quantum quisque volet, bibat: nam ego bibi quantum volui. 15

INTERPRETATIO.

^a Minore precio vendetur.

NOTÆ.

1. L. Piso.] Vide notas in cap. IX. lib. VI. | quanquam Romam ante Romulum fundatam fuisse magnorum virorum auctoritates probant. Nonnulli a Rome Æneæ nepte fundatam tradunt, & a Roma nomen habuisse Romulum.

2. Romulus.] Hic primus Romanorum rex urbem Romam condidit an. III. Olympiad. VI. ante Christum Ioccliv.

CAPUT XV.

De ludibundo & errabundo, atque id genus verborum productionibus: & quod Laberius sic amorabundam dixit, ut dicitur ludibunda & errabunda, atque inibi quod Sisenna per huiusmodi verbum nova figura usus est.

5 **L**aberius in ¹ lacu Averno mulierem amantem verbo inusitatus facto, *Amorabundam*, dixit. Id verbum Cæsellius Vindex in commentario lectionum antiquarum ex figura scriptum dixit, qua *ludibunda*, *ridibunda*, & *errabunda* dicitur, *ludens* & *ridens* & *errans*. Terentius autem Scaurus, ² divi Hadriani temporibus grammaticus vel nobilissimus, inter alia quæ de
10 Cæsellii erroribus composuit, in hoc quoque verbo errasse eum scripsit; quod idem esse putaverit, *ludens* & *ludibunda*, *errans* & *errabunda*; *ridens* & *ridibunda*. Nam *ludibunda*, inquit, & *ridibunda*, & *errabunda* ea dicitur, quæ *ludentem* vel *ridentem* vel *errantem* agit aut *simulat*. Sed qua ratione Scaurus adductus sit, ut Cæsellium in eo reprehenderet, non hæc reperiēbamus. Non est enim dubium, quin hæc genere ipso duntaxat idem significent, quod ea demonstrant, a quibus producuntur. Quid esset autem *ludentem* agere vel imitari, non intelligere videri maluimus, quam insimulare eum tamquam ipsum minus intelligentem. Quin magis Scaurum oportuit commentaria Cæselii criminantem & hoc ab eo præteritum requirere, quod
20 non dixerit, an quid & quantum differret a *ludibundo ludens*, & *ridibundo ridens* & *errabundo errans*, ceteraque eorum similia; an a principalibus verbis paulum aliquid distarent, & quam omnino vim haberet particula hæc extrema eiusmodi vocabulis addita. Hoc enim fuit potius requirendum in istiusmodi figuræ tractatu, sicuti requiri solet in *vinolento*, & *lutulento* & *turbulento*, vacuane & inanis sit ista hæc productio; cuiusmodi sunt, quæ ³ *Ἐργωπὴς* Græci dicunt; an extrema illa particula habeat aliquid suæ propriæ significationis. Cum reprehensionem autem illam Scauri notaremus: in memoriam nobis rediit, quod Sisenna in
30 quarto historiarum ejusdem figuræ verbo ita usus est, *Populabundus*, inquit, *agros ad oppidum pervenit*. Quod scilicet significat, cum agros popularetur; non, ut Scaurus in consimilibus verbis ait, cum populantem ageret vel cum imitaretur. Sed inquirentibus nobis quænam ratio & origo

INTERPRETATIO.

² Derivationes.

NOTE.

1. Lacu Averno.] Lacus Avernus hoc loco titulus est comædiæ desumptus ab Averno lacu Campaniæ, quem hodie vocant Itali etiamnum *Lago d'Averno* & *Lago di Tripergola*.

2. D. Hadriani temporibus.] Ergo circa annum Christi cxx. florebat ille Terentius Scaurus, cum anno Christi cxvii. imperium auspiciatus fuerit Hadrianus.

esset hujuscemodi figuræ, *populabundus*, & *errabundus*, & *latabundus*, & *ludibundus*, multorumque aliorum id genus verborum ^b *διεπλόλας* hercle Apollinaris noster sibi videri ait, particulam istam postremam, in quam verba talia exeunt, vim & copiam & quasi abundantiam rei, cuius id verbum esset, demonstrare; ut *latabundus* is dicatur qui abunde latus sit, & *errabundus* qui longo atque abundanti errore sit; ceteraque omnia ex ea figura ita dici ostendit; ut productio hæc & extremitas largam & fluentem vim & copiam declaret.

INTERPRETATIO.

^b ingeniose certe. c terminatio.

CAPUT XVI.

Quod Græcorum quorundam verborum difficillima est in Latinam linguam mutatio, velut quod Græce dicitur *πολυπαραγωγόν*.

Adjecimus sæpe animum ad vocabula rerum non paucissima, quæ neque singulis verbis, ut a Græcis; neque si maxime pluribus eas res verbis dicamus, tam dilucide tamque apte demonstrari Latina oratione possunt, quam Græci ea dicunt ^a privis vocibus. Nuper etiam cum allatus esset ad nos Plutarchi liber; & ejus libri indicem legissemus, qui erat *περὶ πολυπαραγωγόνης*: percunctanti cuipiam, qui & literarum & vocum Græcarum expers fuit, cujusnam liber, & qua de re scriptus esset: nomen quidem scriptoris statim diximus; rem, de qua scriptum fuit, dicturi hæsimus. Ac tum quidem primo, quia non satis commode opinabar interpretaturum esse si dicerem librum scriptum esse de negotiositate, aliud institui apud me exquirere, quod, ut dicitur, verbum de verbo expressum esset. Nihil erat profus, quod aut meminissem legere me; aut, si etiam vellem fingere, quod non insigniter asperum absurdumque esset, si ex multitudine & negotio verbum unum compingerem ^b; sicuti *multijuga* dicimus & *multicolora* & *multiformia*; sed non minus illepidè ita diceretur; quam si interpretari voce una velis ^c *πολυφιλίαν*; aut ^d *πολυτροπίαν*, aut ^e *πολυουρίαν*. Quamobrem ^f cum diutule tacitus in cogitando fuisset; respondi tandem, non videri mihi significari eam rem posse uno nomine: & idcirco juncta oratione, quid vellet Græcum id verbum, pararam dicere. Ad multas igitur res aggressio, earumque omnium rerum ætio, *πολυπαραγωγόν*, inquam, Græce dicitur; de qua hunc librum compositum esse inscriptio ista indicat. Tum ille ^g opicus

INTERPRETATIO.

^a uno vocabulo. ^b dicendo multingenium. ^c multorum amicitiam. ^d multiplices mores. ^e corpulentiam. ^f cum satis diu cogitans tacuissem. ^g imperitus propter ea verba quæ inceperam dicere sine ornatu, credidit *πολυπαραγωγόν* esse virtutem.

NOTA.

¹. *Opicus*.] Id est, barbarus aut immandus; translata vox ab *Opicis* Italiæ populis, qui & libidine infames erant, & sermone maxime inquinato utebantur.

verbis meis inchoatis & inconditis adductus virtutem esse *πολυπραγματο-
νικω*, Hortatur, inquit, vos profecto nescio quis hic Plutarchus ad ne-
gotia capessenda & ad res obeundas plurimas cum industria & celeritate,
nomenque ipsius virtutis, de qua locuturus esset, libro ipsi, sicuti di-
5 cis, non incommode præscripsit. Minime, inquam, vero. Neque enim
ista omnino virtus est, cujus Græco nomine argumentum hoc libri de-
monstratur: neque id, quod tu opinare, aut ego me dicere sentio aut
Plutarchus facit. Deterret enim nos hoc quidem in libro, quam potest
maxime, a varia ^h promiscuæ & non necessaria ⁱ rerum cujuscemodi
10 plurimarum & cogitatione & petitione. Sed hujus, inquam, tui erroris
culpam esse intelligo in mea scilicet infacundia, qui ne pluribus quidem
verbis potuerim non obscurissime dicere, quod a Græcis perfectissime
uno verbo & planissime dicitur.

INTERPRETATIO.

^h & confusa. ⁱ rerum plurimarum quales sunt istæ.

CAPUT XVII.

15 *Quid significet in veteribus prætorum edictis quod flumina
retanda publice redempta habent.*

EDICTA veterum prætorum, sedentibus forte nobis ⁱ in bibliotheca tem-
pli Trajani & aliud quid requirentibus, cum in manus incidissent,
legere atque cognoscere libitum est. Tum in quodam edicto antiquiore
ita scriptum invenimus. ^a QUI FLUMINA. RETANDA. PUBLICA
20 ² REDEMTA. HABENT. SI. QUIS. EORUM. AD. ME. EDUCTUS
FUERIT. QUI. DICATUR. QUOD. EUM. EX. LEGE. LOCATIO-
NIS. FACERE. OPORTUERIT. NON. FECISSE. *Retanda* igitur
quid esset quærebatur. Dixit ibi quispiam nobiscum sedens amicus meus
in libro se Gavii de origine vocabulorum septimo legisse *retas* vocari ar-
31 bores, quæ aut ex ripis fluminum emerent, aut in alveis eorum exstarent,
appellatasque esse a retibus, quod prætereuntes naves impedirent & quasi

INTERPRETATIO.

^a *Qui locaverunt operam suam publice ad purgandos fluvios.*

NOTÆ.

1. *In bibliotheca templi Trajani.*] cxvii. ætatis lxiv. imperii xx. bello fe-
liciter confecto ejus cineribus triumphus
Prope forum Trajani templum fuit in
quo bibliotheca. Trajanus porro Ro-
manorum imperium auspiciatus est anno
Romæ decretus est; quod uni contigit,
post Christum xcviii. partam barbaris
ut de hostibus mortuus triumpharet.
perdomitis gloriam concepto in Chri-
Dio, Victor, Eutropius.
stianum nomen odio non parum obscu-
2. *Redempta.*] Redimere hic est loca-
ravit. Dum in Parthos deficientes bellum
re aliquid faciendum. *Qua* significatio
cogitat, in Ciliciam delatus æger ex
ne dicitur redemptor is, qui certo pre-
alvi profusio mortuus est anno Christi
tio conducitur ad aliquod opus perfici-
endum.

irretirent: idcircoque sese arbitrari *retanda* flumina locari solita esse, id est, purganda: ne quid aut moræ aut periculi navibus in ea virgulta incidentibus fieret.

CAPUT XVIII.

Qua pœna Draco Athenienses in legibus, quas populo Atheniensi scripsit, fures affecerit, & qua postea Solon, & qua item x. viri nostri, qui xii. tabulas scripserunt. Atque inibi adscriptum, quod apud Ægyptios furta licita & permessa sunt, apud Lacedæmonios autem cum studio quoque affectata & pro exercitio utili celebrata: ac præterea M. Catonis de pœniendis furtis digna memoria sententia.

Draco Atheniensis vir bonus multaue esse prudentia existimatus est; jurisque divini & humani peritus fuit. Is Draco leges, quibus Athenienses uterentur, primus omnium tulit. In illis legibus furem, cujus modi cumque furti, ^a supplicio capitis pœniendum esse, & alia pleraque nimis severe censuit sanxitque. Ejus igitur leges quoniam videbantur ^b impendio acerbiores, non decreto jussuque, sed tacito ^c illiteratoque Atheniensium consensu oblitteratæ sunt. Postea legibus aliis mitioribus a ² Solone compositis usi sunt. Is Solo ex septem illis inclutis sapientibus fuit. Is sua lege in fures, ^d non, ut Draco antea, mortis sed dupli pœna vindicandum existimavit. Decemviri autem nostri, qui post reges ^e exactos leges quibus populus Romanus uteretur in duodecim tabulis scripserunt, neque pari severitate in pœniendis omnium generum furibus neque remissa nimis lenitate usi sunt. Nam furem, qui manifesto furto prensus esset, tum demum occidi permiserunt, si aut; cum faceret furtum, nox esset, aut interdium telo se, cum prenderetur, defenderet. Ex ceteris autem manifestis furibus liberos verberari ^f addicique jusserunt ei, cui factum furtum esset, si modo id ^g luci fecissent, neque se telo defendissent; servos item furti manifesti prensos verberibus affici & e saxo præcipitari, sed pueros impuberes prætoris arbitratu ver-

INTERPRETATIO.

a Morte damnandum. *b* multo atrocioris. *c* non scripta consensione Atheniensium abrogata sunt. *d* censuit non supplicio mortis sed dupli reddendi pœna pœniendum. *e expulsos. *f* servare. *g de die.**

NOTÆ.

1. *Draco.*] Is fuit primus Atheniensium legislator, cujus severiores leges sanguine non atramento scriptas, draconis non hominis esse dicebant; tanta scilicet fuit earum immanitas, ut in levia pariter & gravia delicta capitali pœna animadverterent, nec minus addicerent morti eum qui otii convictus esset, quam qui parricidium admisisset. Floruit xxxix. Olymp. anno 1. quo leges tulit, ante Christi ortum Iccxxiv. Eum perhibent tribus versuum millibus vitæ præcepta tradidisse.

2. *Solone.*] Consule notas in cap. XII. lib. II. & in cap. XXI. lib. XVII.

berari voluerunt, noxiamque ab his factam sarciri. Ea quoque furta, quæ
³ per lancem liciumque concepta essent, proinde ac si manifesta forent,
⁴ vindicaverunt. Sed nunc a lege illa decemvirali discessum est. Nam si
 qui super manifesto furto ¹ jure & ordine experiri velit; ^k actio in qua-
 5 druplum datur. *Manifestum autem furtum est, ut ait Massurius, quod*
deprehenditur dum fit. ¹ *faciendi finis est cum perlatum est, quo ferri cu-*
perat. ^m Furti concepti, item oblati, tripli pœna est. Sed quod sit obla-
 tum, quod *conceptum* & pleraque alia ad eam rem, ex egregiis veterum
 moribus accepta, neque inutilia cognitu neque injucunda qui legere vo-
 10 let, inveniet Sabini librum, cui titulus est, *de furtis*. In quo id quoque
 scriptum est, ⁿ quod vulgo inopinatum est, non hominum tantum neque
 rerum moventium, quæ esse occulæ & surripi possunt, sed fundi quoque
 & ædium fieri furtum: condemnatum quoque furti colonum, ^o qui fundos
 quem conduxerat vendito possessione ejus dominum intervertisset. Atque
 15 id etiam, quod magis ^p inopinabile est, Sabinus dicit, furem esse hominis ju-
 dicatum, qui, cum fugitivus præter oculos forte domini iret, ^q obtentu toga,
 tamquam se amiciens, ne videretur a domino obstitisset. Aliis deinde furtis
 omnibus, quæ nec manifesta appellantur, pœnam imposuerunt dupli. Id etiam
 memini legere me in libro Aristonis jureconsulti, haud quaquam indocti
 20 viri, apud veteres Ægyptios, quod genus hominum constat & in artibus
 repertiendis sollertes extitisse, & in cognitione rerum indaganda sagaces,
 furta omnia fuisse licita & impœnita. Apud Lacedæmonios quoque, so-
 brios illos & acres viros, ^r cujus rei non adeo ut Ægyptiis fides longin-
 qua est, non pauci neque ignobiles scriptores, qui de moribus legibul-
 25 que eorum ^s memorias condiderunt, jus atque usum fuisse furandi di-
 cunt, idque a juventute eorum, non ob turpia lucra neque ad sumtum
 libidini præbendum comparandamve opulentiam, sed pro exercitio disci-
 plinaque rei bellicæ factitatum: quod & furandi sollertia & ^t assuetudo

I N T E R P R E T A T I O.

h puniverunt. i secundum jus ordinarium. | dibile. q prætendens vestem velati seti-
 k contra eum agitur ut solvat quadruplū. | geret, impediverat quominus herus cer-
 l furti. m qui convictus est furti concepti | neret servum fugientem. r quam rem fac-
 aut oblati afficitur pœna tripli solvendi. | cilium credere possumus, siquidem Lacedæ-
 n quod plerumque ignoratur. o qui ven- | dæmonii non tantum distant a nobis
 dunt agros quem redemerat, fraudaverat | quantum Ægyptii. l libros. t consuetudo.

N O T Æ.

3. Per lancem licium, &c.] Concipere furtum lance licioque est in aliena domo rem subreptam querere juxta veterem ritum qui talis fuit. Rem ablaram quaesiturus nudus in alienas aedes se conferebat, ne forte tegeter sub vestibibus id quod sibi subreptum esse diceret; licio tamen (quod filum est quo stamina implicantur) ad verenda præinectus, lancem præferebat ut mulierum pudori con-
 suleret. Tum autem si rem furtivam conciperet, ac comprehenderet, conceptum lance ac licio furtum dicebatur, atque hinc competebar concepti furti actio in dominum ædium, etiam si furri conficius non esset. Non me fugit alios aliter explicare furta per lancem & licium concepta: verum quæ modo allata est interpretatio cæteris potior ac probabilius nobis visa est.

acueret

acueret firmaretque animos adolescentium & ad insidiarum astus & ad vigilandi tolerantiam & obrepenti celeritatem. Sed enim M. Cato in oratione, quam de præda militibus dividenda scripsit, vehementius & illustribus verbis de impunitate ⁴ peculatus atque licentia conqueritur. Ea verba, quoniam nobis impense placuerunt, adscripsimus. *Fures, inquit, privatorum furtorum in ⁵ nervo atque in compedibus etatem agunt; fures publici in auro atque in purpura.* Quam calte autem ac religiose a prudentissimis viris quid esset *furtum* definitum sit, prætereundum non puto; ne quis eum solum furem esse putet, qui occulte tollit, aut clam surripit. Verba sunt Sabini ex libro juris civilis secundo. *Qui alienam rem ^u atrectavit, cum id se invito domino facere judicare deberet, ^x furti tenetur.* Item alio capite. *¶ Qui alienum jacens lucri faciendi causa sustulit, ^z furti obstringitur, sive scit cuius sit sive nescit.* Hæc quidem sic in eo, quo nunc dixi, Sabinus scripsit de rebus furti faciendi causa atrectatis. Sed meminisse debemus, secundum ea quæ supra scripsi, furtum sine ulla quoque ^a atrectatione fieri posse, ^b sola mente atque animo ut furtum fiat annitente. Quocirca ne id quidem Sabinus dubitare se ait, quin dominus furti sit condemnandus, qui servo suo, uti furtum faceret, imperavit.

INTERPRETATIO.

u usurpavit. *x* rem est furti. *y* qui rapuit rem alienam jacentem quam alter amisit. *z* furtum facit. *a* rapina. *b* sola intentione furandi.

NOTÆ.

4. *Peculatus.*] Quid sit intelliges ex notis in cap. XIX. lib. VII.

5. *Nervo.*] Nervus vinculum est ferreum quo pedes & aliquando collum astringebatur.

A. GELLII

NOCTIUM ATTICARUM

COMMENTARIUS

LIBER DUODECIMUS.

CAPUT I.

Dissertatio Favorini philosophi, qua suasit nobili femina, ut liberos, qui peperisset, non nutricum adhibiturum, sed suo sibi lacte aleret.

5
10
15
20
N
UNCIATUM quondam est Favorino philosopho, nobis praesentibus, uxorem auditoris sectatorisque sui paululum ante ^aenixam; autumque eum esse nato filio. Eamus, inquit, & puerperam visum & patri gratulatum. Is erat loci senatorii ex familia nobiliore. Imus una, qui tum aderamus: profecuti que eum sumus ad domum quo pergebat; & cum eo simul introgressi sumus. Tum in primis adibus complexus hominem congratulatusque assedit: atque ibi percunctatus est, ^bquam diutinum puerperium & quam laboriosi nixus fuissent: ^cpuellamque defessam labore ac vigilia somnum capere cognovit. ^dFabulari instituit prolixius. Et nihil, inquit, dubito quin filium lacte suo nutritura sit. Sed cum mater puellae parcendum esse ei diceret, adhibendasque puero nutrices, ne ad dolores, quos in enitendo talisset, ^emunus quoque nutritionis grave ac difficile accederet: Oro te, inquit, mulier, sine eam totam integram esse matrem filii sui. Quod est enim hoc contra naturam imperfectum atque dimidiatum matris genus, peperisse, ac statim ab sese abjecisse? Aluisse in utero sanguine suo nescio quid, quod non videret; non alere nunc suo lacte quod videat, jam viventem, jam hominem, jam matris officia implorantem? An tu quoque, inquit, putas naturam foeminis ¹mammaram ubera quasi quosdam

INTERPRETATIO.

^a Peperisse, & virum habere filium recensentem natum. ^b quam diu durasset tempus quo ex dolore partus decubuerat, & ^c quam difficilis fuisset partio. ^e junctam mulierem ^d incepit disserere fusius. ^e nutriendi laboriosum superveniret.

NOTA.

¹ Mammaram ubera.] Hoc loco mendam aliquod subesse suspicatur H. Stephanus, quod ut ex conjectura corrigat, mutatis aliquot literis legendum censet *mammaram tubera quasi quosdam oculos venustiores.*

nævulos venustiores, non liberum alendorum, sed ornandi pectoris causa dedisse? ^f Sic enim, quod a vobis scilicet abest, pleræque istæ prodigiæ mulieres fontem illum sanctissimum corporis, generis humani educatorem, arefacere & extinguere cum periculo quoque averfi corruptique lactis laborant; ^g tamquam pulchritudinis sibi insignia devenustet. Quod quidem faciunt eadem vecordia, qua quibusdam commenticiis fraudibus nituntur ut foetus quoque ipsi in corpore suo concepti ^h aboriantur: ne ⁱ æquor illud ventris irrugetur, ac degravitate oneris & labore partus fatiscat. Quod cum sit publica detestatione communique odio dignum, in ipsis hominem primordiis, dum fingitur, dum animatur, inter ipsas artificis naturæ manus interfectum ire: ^k quantulum hinc abest, jam perfectum, jam genitum, jam filium proprii atque consueti atque cogniti sanguinis alimonia privare? Sed nihil interest, hoc enim dicitur, dum alatur & vivat, cujus id lacte fiat. Cur igitur iste, qui hoc dicit, si in capeffendis naturæ sensibus tam obsurdit, non id quoque nihil interesse putat, cujus in corpore cujusque ex sanguine concretus homo & ^l coalitus sit? An quia spiritu multo & calore exalibuit, non ^m idem sanguis est nunc in uberibus, qui in utero fuit? Nonne hac quoque in re sollertia naturæ evidens est, quod postquam sanguis ille opifex ⁿ in penetrabilibus suis omne corpus hominis finxit, adventante jam partus tempore, in supernas se partis profert, ^o ad fovenda vitæ atque lucis rudimenta præsto est, & recens natis notum & familiarem victum offert? Quamobrem non frustra creditum est, sicuti valeat ^p ad fingendas corporis atque animi similitudines vis & natura seminis, non secus ad eandem rem lactis quoque ^q ingenia & proprietates valere. Neque in hominibus id solum, sed in pecudibus quoque animadversum. Nam si ovium lacte

INTERPRETATIO.

fita, quod vitium non reperitur in vobis, plurima ejusmodi mulieres non parentes natura, conantur exsiccare & reddere aridum fontem, &c. g quasi id corrumpat pulchritudinis elegantiam. h ante maturum partum ejiciantur. i ne

æqualis omni parte venter rugas contrahat, & laboret propter pondus grave & dolorem partus. k quam parum distat ab hoc crimine. l formatus. m in intima parte alvi. n prodest sustentandis vitæ primordiis. o qualitates.

NOTÆ.

1. Idem sanguis in uberibus.] Hæc est communis veterum opinio, fieri lac ex sanguine menstruo qui ex venis epigastricis ad thoracicas derivatur. Recentiorum tamen plurimi proximam lactis materiam contendunt esse chylum, qui per certos quosdam canales, defertur ad mammas. Et vero bruta animalia ut vaccæ, oves, &c. lac non habent, cum menstruo sanguine careant: præterea visi sunt viri triginta annorum qui sibi lactis guttas ex uberibus exprimerent, quod ad sanguinem menstruum referri non

poteff. Plura qui volet medicos consulat.

3. Ad fingendas, &c.] Quam in rem celebris est Habidis historia. Hic Gargoris Tarteffiorum in Hispania regis nepos, furto genitus, in sylvis expositus a matre, ferarum lacte primum nutritus est. Variis deinde vitæ periculis feliciter perfunctum cerva uberibus aluit: inde conversatione nutricis tanta puero perniciousitas fuit, ut montium juga saltusque inter cervorum greges non inferior celeritate peragraret. Justinus lib. XLIV. cap. IV.

hædi aut caprarum agni alantur ; constat ferme in his lanam durio-
 rem, in illis capillum gigni teneriorem. In arboribus etiam & frugibus major
 plerumque vis & potestas est, p ad earum indolem vel + detrectandam vel
 augendam, aquarum atque terrarum quæ alunt, quam ipsius quod jaci-
 5 tur seminis. Ac sæpe videas arborem lætam & nitentem in locum alium
 transpositam, deterioris terræ succo, deperisse. q Quæ, malum, igitur
 ratio est, nobilitatem istam nati modo hominis, corpusque & animum
 bene ingeniatis primordiis inchoatum, insitivo degenerique alimento la-
 10 ctis alieni corrumpere? præsertim si ista, quam ad præbendum lactem
 adhibebitis, aut serva aut servilis est; ut plerumque solet, externæ at-
 que barbaræ nationis; si improba, si informis, si impudica, si remulen-
 ta est. Nam plerumque sine discrimine; quæcumque^r id temporis lactens
 est, adhiberi solet. Patiēturne igitur infantem hunc nostrum pernicioso
 15 corpore & animo deterrimo? Id Hercle ipsum est, quod sæpenumero mi-
 ramur quosdam pudicarum mulierum liberos parentum suorum neque cor-
 poribus neque animis similes existere. Scite igitur & perite noster Ma-
 ro, quod, cum versus illos Homeri confectaretur:

Ὀὐκ ἀεὶ σοὶ γὰρ πατὴρ ὡς ἰσπότης Πηλεὺς,
 20 οὐδὲ θεῖος μήτις. γλαυκὴ δὲ σ' ἔπικτε δόλωσα,
 Πέτραι τ' ἠλίκατοι, ὅππ' τοι νόθ' ἐστὶν ἀπηνής.

u Non partionem solam, tamquam ille quem sequebatur, sed alituram quo-
 que feram & sævam criminatus est: addidit enim hoc de suo;

*7 Hyrcanaque admorunt ubera tigres.

25 Quoniam videlicet^s y in moribus inolescendis magnam fere partem inge-

INTERPRETATIO.

p ad earum bonitatem vel detrahendam
 vel amplificandam. q prob nefas! cur præ-
 stantia hominis recenter nati, & corpus
 & anima laudabilibus principiis formata
 extraneo & ignobili lactis alieni nutri-
 mento depravatur? r habet lac eo tempo-
 re. s indolem trahere.

t non sane tibi pater erat eques Peleus,
 neque Thetis mater: caruleum autem

te peperit mare.
 rupeque aspera, siquidem tibi mens
 est crudelis.

u Virgilius non modo exprobravit partum
 solum, sicut Homerus quem imitabatur,
 sed & bestiam qua aluerat. x tibi lac
 præbuerunt tigres Hyrcania. y indoles nar-
 tricis, & qualitas lactis plerumque plu-
 rimum valet ad inserendos mores.

NOTÆ.

4. Detrectandam.] Deterendam legi
 debere censet H. Stephanus.

5. Πηλεὺς.] Peleus Æaci filius ex The-
 tide genuit Achillem.

6. Θεῖος.] Thetis Nerei dei marini
 filia, Pelei Thessaliæ regis uxor.

7. Hyrcana.] Hyrcania Asiæ regio
 sylvis aspera, & feris fœcunda, ubi
 nunc Tabarestan, Gilan & Gorgian.

8. In moribus inolescendis.] Hoc in-

nebat Mithridates, cum in odium Ro-
 manorum suis diceret superbos atque ut
 ipsi ferunt, conditores suos lupa uberibus
 alios: sic omnem illum populum lupa-
 rum animos, inexplebiles sanguinis, atque
 imperii divitiarumque avidos ac jejunos
 habere. Justin. lib. XXXVIII. cap. VI.
 Vide Plutarchum in libro de educandis
 liberis.

niam altericis & natura lactis tenet : quæ jam a principio imbuta paterni
 seminis concreione ¹, ex matris etiam corpore & animo recentem indole-
 lem configurat. Et præter hæc autem quis illud etiam negligere asperna-
 rique possit, quod quæ partus suos deserunt ablegantque a sese & aliis
 nutriendos dedunt, vinculum illud ² coagulunque animi atque amoris,
 quo parentes cum filiis natura confociat, interfcindunt, aut certe quid-
 dem ^a diluunt deteruntque. ^b Nam ubi infantis aliorum dati facta ex
 oculis amolitio est; vigor ille maternæ flagrantæ sensim atque paulatim
 restinguitur; omnisque impatientissimæ sollicitudinis strepitus consilescit.
 Neque multo minor amandati ad nutricem aliam filii quam morte amissi
 oblitio est. Ipsius quoque infantis affectio animi, amoris, consuetudinis
 in ea sola, ^c unde alitur, occupatur; & proinde, ut in expositis usu
 venit, matris quæ genuit neque sensum ullum neque desiderium capit. Ac
 propterea obliterated & abolitis nativæ pietatis elementis, ^d quicquid ita
 educati liberi amare patrem atque matrem videntur, magnam fere par-
 tem non naturalis ille amor est, sed civilis & ^e opinabilis. Hæc Favori-
 num dicentem audivi Græca oratione. Cujus sententias, communis uti-
 litatis gratia, quantum meminisse potui, retuli. Amœnitates vero & co-
 pias ubertatesque verborum Latina omnis facundia vix quidem ^f indipisci
 potuerit; mea tenuitas nequaquam.

INTERPRETATIO.

^a conjunctionem. ^a minuunt & debilitant. ^b non amplius loquitur. ^c a qua nutritur.
^b nam cum infans nutrici traditus non ^d quantumcunque. ^c & pendens ex opi-
 versatur ante oculos, ille ardor amoris ⁿione qua quis existimat eos homines
 materni sensum sine sensu perit; & sublata esse parentes suos. ^f assequi.
 sollicitudinis de infante impatientia, de eo

CAPUT II.

*Quod Annaus Seneca judicans de Q. Ennio deque M. Tullio
 levi futillique judicio fuit.*

^a DE¹ Annæo Seneca partim existimant ut de ² scriptore minime utili;
 cujus libros attingere ^b nullum precium operæ sit: quod oratio ejus

INTERPRETATIO.

^a Aliqui censent Annaum Senecam esse autorem inutilem. ^b nullius sit utilitatis.

NOTÆ.

1. *Annæo Seneca.*] L. Annæus Seneca
 Cordubæ in Hispania natus philosophus
 Stoicus & Neronis præceptor, a quo
 ut conjurationis Pisonianæ reus venit
 incisis mori coactus est, anno Christi
 LXV.

2. *Scriptore minime utili, &c.*] Im-

merito quisquis ita de Seneca sentit, de
 quo æquius Quintiliani judicium, quan-
 quam paulo asperius. Senecæ, inquit
 lib. X. cap. 1. *Multa & magna virtu-
 tes fuerunt, ingenium facile & copiosum,
 plurimum studii & multarum rerum co-
 gnitio, in qua tamen aliquando ab iis*

vulgaris videatur & c^e protrita; res atque sententiæ aut ut inepto inanique impetu sint, aut ut levi & quasi dicaci argutia; eruditio autem d^a ver-
 nacula & plebeia nihilque ex veterum scriptis habens neque gratiæ ne-
 que dignitatis. Alii vero elegantiae quidem in verbis parum esse e non in-
 5 ficias eunt; sed & rerum, quas dicat, scientiam doctrinamque ei non
 deesse dicunt, & in vitis morum objurgandis severitatem gravitatemque
 non invenustam. Mihi de omni ejus ingenio deque omni scripto judi-
 cium censuramque facere non necessum est. Sed quod de M. Cicerone
 & Q. Ennio & P. Virgilio judicavit, f^e ea res cuimodi sit ad consideran-
 10 dum ponemus. 4 In libro enim vicesimo secundo epistolarum mortalium,
 quas ad Lucilium composuit, deridiculos versus Q. Ennium de Cethego
 antiquo viro fecisse hos dicit:

3 ---- dicitus ollis popularibus olim

Qui tum vivebant homines, atque ævum agitabant,

15 Flos delibatus populi, & s^uada medulla.

Ac deinde scribit de isdem versibus verba hæc. Admiror eloquentissimum
 viros & deditos Ennio pro optimis ridicula laudasse. Cicero certe inter bo-
 nos ejus versus & hos refert. Atque id etiam de Cicerone dicit: Non mi-
 20 ror, inquit, fuisse qui hos versus scriberet; cum fuerit qui laudaret: nisi
 forte Cicero summus orator⁶ agebat causam suam, & volebat hos versus vi-
 deri bonos. Postea hoc etiam addidit insulsiissime. Apud ipsum quoque,
 inquit, Ciceronem invenies etiam in prosa oratione quadam; ex quibus in-
 telligas illum non perdidisse operam, quod Ennium legit. Ponit deinde que
 apud Ciceronem reprehendat, quasi Enniana: quod ita scripserit in li-

INTERPRETATIO.

c maxime communis. d vulgaris & po-
 popularis. e non negant. f relinquemus ju-
 dicandum qualis sit ea res. g omnes illi
 homines populares quondam qui tum
 erant & vitam traducebant eum Cethe-
 gum appellarunt florem electum populi
 & medullam eloquentia.

NOTÆ.

quibus inquirenda quadam mandabat, decepsus est. Tractavit enim omnem fere studiorum materiam. Nam & orationes ejus & poemata, ut epistola & dialogi feruntur. In philosophia parum diligens, egregius tamen vitiorum insectator fuit. Multa in eo claraque sententia, multa etiam morum gratia legenda, sed in eloquendo corrupta pleraque, atque eo perniciosissima quod abundant dulcibus vitis. Velles eum suo ingenio dixisse, alieno judicio. Nam si aliqua contempisset, si parum concupisset, si non omnia sua amasset, si rerum pondera minutissimis sententiis non fregisset, consensu potius eruditorum quam puerorum amore com-
 probaretur. Senecam Hieronymus inter sacros scriptores recenser. Adeoque fuisse, qui cum S. Paulo epistolarum habuisse commercium contenderent.
 3. Vernacula.] Vernaculus idem significat quod domesticus. Verna enim servus est aut ancilla domi nostræ nata.
 4. Libro vicesimo secundo.] Qui laudatur hic Senecæ liber perit injuria temporum.
 5. Suada medulla.] Habetur apud Ciceronem, Suadaque medulla. Suada porro dea est persuasivonis, quæ a Græcis Πειθο dicitur.
 6. Agebat causam suam.] Nempe Cicero poeta fuit omnino mediocritas.

bris de republica. Ut 7 Menelao Laconi quædam fuit suaviloquens jucunditas. Et quod alio in loco dixerit, breviloquentiam in dicendo colat. Atque ibi homo nugator h Ciceronis errores deprecatur. Et, non fuit, inquit, Ciceronis hoc vitium, sed temporis. Neceſſe erat hæc dici, cum illa legerentur. Deinde adſcribit Ciceronem hæc ipſa interpoſuiſſe ad effugiendam infamiam nimis 1 laſcivæ orationis & nitidæ. De Virgilio quoque eodem in loco verba hæc ponit. Virgilius quoque noſter non ex alia causa duos quosdam verſus & enormes & k aliquid ſupra meſuram trahentis interpoſuit, quam ut Ennianus populus agnoſceret in novo carmine aliquid antiquitatis. Sed jam verborum Senecæ piget. Hæc tamen & inepti & inſubidi hominis joca non præteribo. Quidam ſunt, inquit, tam magni ſenſus Q Ennii, ut, licet ſcripti ſint inter 1 8 hircosfos, poſſint tamen inter m unguentatos placere. Et, cum reprehendiſſet verſus quos ſupra de Cethego poſuimus, Qui hujusmodi, inquit, verſus amant, liqueat ſibi eoſdem admirari & 9 Soterici lectos. Dignus ſane Seneca videatur lectione ac ſtudio adoleſcentium, qui honorem coloremque veteris orationis Soterici lectis comparavit, quaſi minimæ ſcilicet gratiæ, & relictis jam contentiſque. Audias tamen commemorari ac referri pauca quædam quæ idem ipſe Seneca bene dixerit. Quale eſt illud, quod in hominem avarum & avidum & pecuniæ ſicientem dixit. Quid enim refert quantum habeas? Multo illud plus eſt quod non habes. Bene hoc ſane. Bene. Sed adoleſcentium indolem non tam juvant quæ bene dicta ſunt, quam inſiciunt quæ peſſime; multoque magis, ſi & plura tanto quæ deteriora ſunt, & quædam in his non pro enthymemate aliquo rei parvæ ac ſimplicis ſed in re ancipite pro conſilio dicuntur.

INTERPRETATIO.

h rogat ut excuſentur errata Ciceronis. pra meſuram communem. I ruſſicos.
i ornata. k excedentes aliquot ſyllabis ſu- | m politulos.

NOTÆ.

7. Menelao Laconi.] Qui Sparta rex ob raptam a Paride filiam Helenam totius Græciæ principes ad bellum Trojaniſ inferendum convocavit.

8. Hircosfos.] Qui hircum olet & omnis nitoris eſt expertus.

9. Soterici lectos.] Hæc locutio in vulgarem jocum abiit de re vili. Conjicit Eraſmus Sotericum fabrum fuiſſe quempiam, cujus opera priſcæ & rudem antiquitatem præ ſe tulerint.

CAPUT III.

Lictoris vocabulum qua ratione conceptum ortumque ſit, & ſuper eo diverſa ſententiæ Valgii Ruſi & Tullii Ciceronis.

VAlgius Rufus in ſecundo librorum, quos inſcripſit de rebus per epistolam quaeritis, lictorem dicit a ligando appellatum eſſe. Quod, 30

cum magistratus P. R. virgis quempiam verberari iussissent, crura ejus & manus ligari vincirique a¹ viatore solita sint; isque, qui ex collegio viatorum officium ligandi haberet, lictor sit appellatus: uriturque ad eam rem testimonio M. Tullii, verbaque ejus refert ex oratione, quæ dicta est
 5 pro C. Rabirio. *Lictor*, inquit, *colliga manus*. Hæc ita Valgius. Et nos sane cum illo sentimus. Sed Tiro Tullius M. Ciceronis libertus *lictorem* vel a *limo* vel a² *licio* dictum scripsit. *Licio enim transverso*, quod *linum* appellatur, qui magistratibus, inquit, *preministrabant cincti erant*. Si quis autem est qui propterea putat probabilius esse, quod Tiro dixit, quo-
 20 niam prima syllaba in lictore, sicuti in licio producta est, & in eo verbo, quod est ligo correpta est: nihil ad rem istuc pertinet. Nam sicut a ligando lictor, & a legendo lector, & a vivendo victor, & tuendo tutor, & struendo structor, productis quæ corripiebantur vocalibus dicti sunt.

NOTÆ.

1. *Viatore.*] Vide notas in cap. X. lib. IV. | 2. *Licio.*] Licium fila sunt quibus in telis textores stamen implicant.

CAPUT IV.

15 *Versus accepti ex Ennii septimo annalium, quibus depingitur^a finiturque ingenium, comitasque hominis minoris erga amicum superiorem.*

Descriptum definitumque est a Q. Ennio, in annali septimo,^b gratie admodum sciteque, sub historia Gemini Servilii, viri nobilis, quo ingenio, qua comitate, qua modestia, qua fide,^c qua linguæ parsimonia,
 20 qua loquendi opportunitate, quanta rerum antiquarum morumque veterum ac novorum scientia, quantaque servandi tuendique secreti religionis, qualibus denique^d ad mœniendas vitæ molestias fomentis, levamentis, solatiis, amicum esse conveniat hominis genere & fortuna superioris. Eos ego versus non minus frequenti assiduoque memoratu dignos
 25 puto, quam philosophorum de officiis decreta. Ad hoc color quidam vetustatis in his versibus tam reverendus est, suavitas tam^e impromissa tamque a fūco omni remota est, ut, mea quidem sententia, pro antiquis sacratisque amicitiae legibus observandi, tenendi, colendique sint. Quapropter adscribendos eos existimavi, si quis jam statim desideraret.
 30 ^f *Hæc locutus vocat, quo cum bene saepe libenter Mensam sermonesque suos rerumque suarum*

INTERPRETATIO.

a Definitur. b eleganter & docte. | quam hoc dixit, advocat eum quem sapienter
 c quanta paucitate sermonis. d ad suble- | ultro & benigne facit participem con-
 vandas sollicitudines vitæ. e pura. f post- | vii & sermonis de negotiis suis, cum

NOTA.

1. *Hæc locutus vocat.*] In hæc vocibus locutus, &c. s. eliditur prisco motu. *Comiter*

Comiter imperit: magnam cum lassus diei
Partem² fuisset, de summis rebus gerendis,
Consilio,³ indu foro lato sanctoque senatu,
Cui res audacter magnas parvasque jocumque
Eloqueretur; cuncta malusque & qua bona dictu
Evomeret si qui vellet, tutoque locaret.

Quocum multa volup ac gaudia clamque palamque.
Ingenium; cui nulla malum sententia suadet
Ut faceret facinus levis aut malus; doctus, fidelis,
Suavis homo, facundus, suo contentus, beatus,
Scitus, secunda loquens in tempore, commodus, verbum
Paucum; multa tenens antiqua sepulta, vetustas
Qua facit, & mores veteresque novosque tenentem,
Mularum veterum legum Divumque hominumque
Prudentem, qui dicta loquive tacereve posset.

Hunc inter pugnas compellat Servilius sic.

L. Ælium Stilonem dicere solitum ferunt Q. Ennium de semetipso hæc
scripsisse; picturamque istam morum & ingenii ipsius Ennii factam esse.

INTERPRETATIO.

defatigatus insumpsit magnam diei par-
tem in agendis rebus magnis in curia,
in foro spatiofo & senatu integerrimo:
cui libere enunciaret res magnas & par-
vas & jocos; cui enunciaret & bona &
mala dicta, si forte desideraret, & depo-
neret fidei auribus, cum quo percipitur
plurima voluptas & gaudium priva-
tim & publice. Hæc est ejus indoles,
nulla opinio eum impellit ad malum, ut

ex inconstantia vel malitia committat im-
probum facinus: homo sit peritus, fi-
dus, elegans, eloquens, suis bonis con-
tentus, politus, bene loquens pro tempore,
utilis, parcus verborum: sciens plurimas
res veteres obsoletas, qua antiquitas red-
dit hominem expertum in rebus anti-
quis & recentioribus, peritum in legibus
deorum & multorum hominum: qui lo-
qui & silere posset de iis qua dicta essent.

NOTÆ.

1. Fuisset.] Dicitur pro fuisset.

3. Indu.] Antiquum vocabulum pro

in. Sic & pro imperatore poetice dici-
tur induperator.

CAPUT V.

Sermo Tauri philosophi de modo atque ratione tolerandi doloris
secundum Stoicorum decreta.

CUM¹ Delphos ad² Pythia conventumque totius ferme Græciæ vi-
sendum philosophus Taurus iret; nosque ei comites essemus; inque

NOTÆ.

1. Delphos.] Delphi Phocidis urbs in
Achaia, Apollinis oraculo celeberrima.
Castri Sophiano, Salona Nigro.

2. Pythia.] Ludi fuerunt in honorem
Apollinis instituti quod Pythonem im-

manissimum serpentem, ut poetæ quidem
vulgo fingunt: verum, ut ait Strabo,
hominem sceleratissimum cognomento
Draconem occidisset.

eo itinere ³ Lebadiam venissemus, quod est oppidum antiquum in terra Bœotia: affertur ibi ad Taurum, amicum ejus quempiam nobilem in Stoica disciplina philosophum ægra valetudine oppressum decumbere. Tunc omisso itinere, quod alioquin maturandum erat, & relictis vehi-
 5 culis, pergit eum propere videre; nosque de more quem in locum cum-
 que iret secuti sumus. Et ubi ad ædes, in quis ille ægrotus erat, perveni-
 mus: videmus hominem doloribus cruciatibusque alvi, quod Græci ⁴ co-
 lon dicunt, & feбри simul rapida afflicti; ^a gemitusque ex eo compres-
 10 sos erumpere; ^b spiritusque & anhelitus e pectore ejus evadere non do-
 lorem magis indicantes quam pugnam adversum dolorem. Post deinde
 cum Taurus & medicos accersisset, collocutusque de facienda medela
 esset; & eum ipsum ad retinendam patientiam testimonio tolerantia,
 quam videbat, perhibito stabilisset; egressique deinde ad vehicula & ad
 15 comites rediremus: Vidistis, inquit Taurus, non sane jucundum specta-
 culum, sed cognitu tamen utile, congregientes compugnantisque philoso-
 phum & dolorem. Faciebat vis illa & natura morbi, quod erat suum,
 distractionem cruciatumque membrorum; faciebat contra ratio & natura
 animi, quod erat æque suum: perpetiebatur & cohibebat coercereturque
 20 intra sese violentias effrenati doloris. Nullos ejulatus, nullas complo-
 rationes, ne ullas quidem voces indecoras edebat: signa tamen quædam,
 sicut vidistis, existebant virtutis & corporis de possessione hominis pu-
 gnantium. Tum e sectatoribus Tauri juvenis in disciplinis philosophia
 non ignavus. Si tanta, inquit, doloris acerbitas est, ut contra volum-
 25 tatem contraque judicium animi nitatur, invitumque hominem cogat
 ad gemendum confitendumque de malo morbi sævientis; cur dolor apud
 stoicos indifferens esse dicitur, non malum? Cur deinde aut stoicus ho-
 mo cogi aliquid potest, aut dolor cogere, cum & dolorem stoici nihil co-
 gere & sapientem nihil cogi posse dicant? Ad ea Taurus, vultu jam pro-
 pemodum lætiore (delectatus enim videbatur illecebra quæstionis.) Si
 30 jam amicus, inquit, hic noster melius valeret, gemitus ejusmodi neces-
 sarios a calumnia defendisset, & hanc, opinor, tibi quæstionem dissol-
 visset. Me autem scis cum stoicis non bene convenire vel cum stoica po-
 tius disciplina. Est enim pleraque & sibi & nobis incongruens: sicut li-
 bro, quem super ea re composuimus, declaratur. Sed, ut tibi a me mo-
 35 geratur, dicam ego indoctius, ut aiunt, & apertius; quæ fuisse dicturum

I N T E R P R E T A T I O.

^a Et ideo suspiria interrupta emittere. ^b singultus.

N O T Æ.

3. Lebadiam.] Lebadia urbs est Bœo-
 tix in Achaia ad Cephisum fluvium,
 nunc Bœdia teste Zardo.

4. Colon.] Mediu alvus, inquit Pli-
 nius, umbilico adnexa, in omnibus in
 homine suilla infima parte similis: a

Græcis appellatur κώλον, ubi dolorum ma-
 gna causa est. Vossius scribendum cen-
 set κώλον, non quod intestinum hoc sit κώ-
 λον membrum, sed quod sit κώλον cavum
 unde ventrem ipsum τὴν κοιλίαν, vel τὴν
 κάτω κοιλίαν vocant.

puto e sinitiosius atque sollertius si quis nunc adesset stoicorum. Nosti enim, credo, verbum illud vetus & pervulgatum: ^d ἀμαδύσειν πῶς εἶπὲ καὶ σφάσειν δ' ἀέρι. Atque hinc exorsus de dolore atque de gemitu stoici ægro-
 rantis ita disseruit. Natura, inquit, omnium rerum, quæ nos genuit, ⁵
 induit nobis inolevitque in ipsis statim principiis, quibus nati sumus, amore
 nostri & caritatem: ita profusus, ut nihil quicquam esset carius
 pensiusque nobis, quam nosmetipsi. Atque hoc esse fundamentum rata
 est conservandæ hominum perpetuitatis, si unusquisque nostrum, simul
 atque editus in lucem foret, harum prius rerum sensum affectionemque
 caperet, quæ a veteribus philosophis ^ε τὸ πρῶτον καὶ εἰσὶν appellata sunt; ¹⁰
 ut omnibus scilicet corporis sui commodis gauderet, ab incommodis om-
 nibus abhorreret. Postea per incrementa ætatis exorta e seminibus suis
 ratio est & ^h utendi consilii reputatio, & honestatis utilitatisque veræ con-
 templatio subtiliorque exploratio commodorumque delectus: atque ita
 præ ceteris omnibus enituit & præfulsit decori & honesti dignitas; ac, ¹⁵
 si ei retinendæ obtinendæve incommodum extrinsecus aliquod obstaret,
 contentum est. Neque aliud esse vere & simpliciter bonum nisi honestum,
 aliud quicquam malum nisi quod turpe esset, existimatum est. Reliqua
 omnia, quæ in medio forent ac neque honesta essent neque turpia, ne-
 que bona esse neque mala decretum est. ¹⁶ Productiones tamen & relatio- ²⁰
 nes suis quæque momentis distinctæ divisæque sunt, quæ ^ω ἐπιπροσέτιον καὶ

INTERPRETATIO.

e longiore verborum circuitu. d indoctius
 quadammodo loquere & clarior dic
 e in nobis indidit & infixit ab ipso na-
 tivitatis initio amorem nostri. f pre-

tiosius. g prima secundum naturam.
 h & astimatio consiliorum quibus mi
 possumus. i Sunt tamen inter ipsas res in-
 differentes aliqua præferenda, aliqua

NOTÆ.

[^g Ἀέρι.] Hoc vocabulum supervaca-
 neum ac prope ineptum putat H. Ste-
 phanus, pessim enim apud alios scripto-
 res Græcos & Aristophanem in Ranis
 omittitur.

πῶς ἔμαρθάνω;

Ἀρσὶς πρὸς πῶς εἶπὲ καὶ σφάσειν.

6. Productiones & relationes.] Stoici
 quorum hic opinionem explicat Taurus,
 præter bonum quod in honestate &
 malum quod in turpitudine reponebant,
 admiscere etiam ea quæ Græci ἀδιάφορα,
 indifferentia vocat Tullius, quæ neque
 bona neque mala essent. Id cuius vul-
 go notum: sed aliquanto reconditius
 est quod tradit Laertius in Zenone, ex
 rebus indifferentibus alias aliis potiores
 existimasse; quæ haberent aliquam di-
 gnitatem appellasse προσηγμένα, contra
 ἀπροσηγμένα quæ rejicienda essent. At
 quorsum ea jvocat Gellius productiones
 & relationes sive rejectiones; quæ lectio

videtur præferenda. Autorem nostrum
 admodum probabile est respexisse ad il-
 lum Tullii locum lib. III. de Finib. ubi
 quid sit προσηγμένον & ἀπροσηγμένον sic
 evolvit. Sed non alienum est, quo fa-
 cilis vis verbi intelligatur, rationem hu-
 jus verbi faciendi Zenonis exponere. Ut
 enim, inquit, nemo dicit in regia regem
 ipsum quasi productum esse ad dignita-
 tem (id enim est προσηγμένον) sed eos qui
 in aliquo honore sint, quorum ordo pro-
 xime accedit, ut secundus sit ad regium
 principatum: sic in vita non ea, qua
 primario loco sunt, sed ea qua secundum
 locum obtinent, προσηγμένα, id est produ-
 cta nominentur. Quæ vel ita appellemus
 (id erit verbum ex verbo) vel promotæ
 & remotæ, vel, ut jam dudum diximus,
 præposita vel præcipua, & illa rejecta.
 Re enim intellecta, in verborum usu fa-
 ciles esse debemus.

ἡσυχία ἡσυχία ipsi vocant. Propterea voluptas quoque & dolor, quod ad
 finem ipsum bene beateque vivendi pertinet, & in mediis relicta & ne-
 que in bonis neque in malis iudicata sunt. Sed enim quoniam his primis
 5 sensibus doloris voluptatisque, ante consilii & rationis exortum, recens
 natus homo imbutus est; & voluptati quidem natura conciliatus, a dolo-
 re autem quasi ab gravi quodam inimico abunctus alienatusque est: ic-
 circo affectiones istas primitus penitusque inditas ratio post addita con-
 vellere ab stirpe atque extinguere vix potest. Pugnat autem cum his
 10 semper: ^k exultantis eas opprimit obteritque, & parere sibi atque obe-
 dire cogit. Itaque vidistis philosophum ratione decreti sui nixum cum pe-
 culantia morbi dolorisque exultantia colluctantem, nihil cedentem, ni-
 hil consententem, neque ut plerique dolentes solent, hejulantem atque
 lamentantem, ac miserum sese & infelicem appellantem, sed acres tan-
 tum anhelitus & robustos gemitus edentem, signa atque indicia non victi
 15 neque oppressi a dolore, sed vincere eum atque opprimere enitentis. Sed
 haud scio, inquit, an dicat aliquis ipsum illud quod pugnat, quod ge-
 mit, si malum dolor non est, cur necesse est gemere & pugnare? Quia
 enim omnia, quæ non sunt mala, molestia quoque omni non carent;
 20 sed sunt pleraque noxa quidem magna & pernicie privata, quia non sunt
 turpia; contra naturæ tamen mansuetudinem lenitatemque opposita sunt,
 & infesta, per obscuram quandam & necessariam ipsius naturæ conse-
 quentiam. Hæc ergo vir sapiens tolerare & ^l cunctari potest; non admittere
 omnino in sensum sui non potest. ^m ἀναλυσία enim atque ἀπίθεια non modo
 25 tantum, inquit, sed quorundam etiam ⁿ ex eadem porticu prudentiorum
 hominum, sicuti ^o Panætii gravis atque docti viri iudicio improbata abjecta-
 que est. Sed cur contra voluntatem suam gemitus facere cogitur philosophus
 Stoicus, quem nihil cogi posse dicunt? Nihil sane potest cogi vir sapiens
 cum est rationi obtinendæ locus. Cum vero natura cogit; ratio quoque
 30 a natura data cogitur. Quære etiam, si videtur, cur alicujus manu ob
 oculos suos repente agitata invitus conniveat; cur fulgente cælo a lumi-
 nis jactu non sua sponte & caput & oculos declinet; cur tonitru vehe-
 mentius factio sensum paveat; cur sternumentis quatitur; cur aut in ar-
 doribus solis æstuet, aut in pruinis immanibus obrigescat. Hæc etenim
 & pleraque alia non voluntas nec consilium nec ratio moderatur: sed na-
 35 turæ necessitatisque decreta sunt. Fortitudo autem non ea est, quæ con-

INTERPRETATIO.

rejicienda, quas suis ponderibus oportet | cere ut omnino non sentiat. ^m indolen-
 examinare. ^k ferocientes. ^l potest perferre | tia & affectuum vacuitas. ⁿ ex eadem
 usquedum evanuerint: non potest fa | secta Stoicorum.

NOTA.

7. Panætii. | Panætius Stoicus philo- | to Tullius est securus, Floruit cæc. circi-
 sopherus, Rhodius, Scipionis Africani | ter ante Christum annis & Athenis
 præceptor, elegantes de officiis libros | obiit,

tra naturam, ° monstri vicem, nititur, ultraque modum ejus P egreditur, aut stupore animi aut immanitate aut quadam misera & necessaria in perpetiendis doloribus exercitatione: qualem fuisse accepimus ferum quendam in ludo Cæsaris gladiatorem: qui, cum vulnera ejus a medicis exciscabantur, ridere solitus fuit. Sed ea vera & proba fortitudo est, quam majores nostri scientiam esse dixerunt rerum tolerandarum & non tolerandarum, per quod apparet esse quædam intolerabilia, quibus fortes viri aut obeundis abhorreant aut sustinendis. Cum hæc Taurus dixisset, videreturque in eandem rem plura etiam dicturus: perventum est ad vehicula & conscendimus.

INTERPRETATIO.

° inftar monstri, p excedit.

CAPUT VI.

De anigmate.

Quæ Græci dicunt ¹ ænigmata, hoc genus quidam e nostris veteribus scirpos appellaverunt: quale est quod nuper invenimus perhercle antiquum, perque lepidum, tribus versibus ² senariis compositum ænigma: quod reliquimus ^b inenarratum, ° ut legentium conjecturas inquirendo acueremus. Versus tres hi sunt.

^d Semel minusne, an bis minus non sat scio,
An utrumque eorum: ut quondam audivi dicier,
Jovi ipsi regi noluit concedere.

INTERPRETATIO.

a Iambicis sex pedes habentibus. b sine explanatione. c ut lectores impelleremus ad divinandum. d non clare scio utrum sit semel minus, an bis minus, an sit utrumque semel & bis minus: quemadmodum olim audivi dictum, noluit cedere ipsi Jovi.

NOTÆ.

1. *Ænigmata.*] Ænigma est dictum allegoricum, ambagibus involutum, quod divinationem potius exigit quam interpretationem. Nomen habet à πῶδ & ἀνίγνισκον obscure loqui. avos enim est oratio obscura. Dicitur quoque scirpus, qui licet proprie juncus sit, significat tamen præterea id quod ex juncis contextum est & vinciendo implicatum. Adde quod scirpus, ut & griphus, sit nassa sive rete piscatorium, unde id nominum genus transfertur ad id quod intricatis argutis ingenia solet exercere.

2. *Semel minusne, &c.*] Hoc ænigmate describitur *Terminus*. Quæ dictio

semel & bis minus sive terminus, est: qui deus locum Jovi cedere noluit, ut refert Ovidius lib. II. Factor.

*Quid nova cum fierent Capitolia?
nempe deorum*

*Cuncta Jovi cessit turba, locumque
dedit.*

*Terminus, ut veteres memorant,
inventus in ade*

Restitit, & magno cum Iove templa tenet.

Dubitat ergo hic autor ænigmatis semel minus, an bis minus, an ter minus fuerit qui Jovi ipsi noluit concedere. *Mc-sellanus.*

Hoc qui nolet diutius apud sese quætere, inveniet quid sit in M. Varonis de sermone Latino ad Marcellum libro secundo.

CAPUT VII.

Quam ob causam Cn. Dolabella proconsul ream mulierem veneficii confitentemque ad Areopagitas rejecerit.

AD Cn. Dolabellam proconsulari imperio provinciam Asiam obtinentem deducta mulier Smyrnæa est. Eadem mulier virum & filium eodem tempore venenis clam datis ^a vita interfecerat: atque id fecisse se confitebatur; dicebatque habuisse se faciendi causam. Quoniam idem illi maritus & filius alterum filium mulieris ex viro priore genitum adolescentem optimum & innocentissimum exceptum ipsidiis occidissent. Idque ita esse factum controversia non erat: Dolabella retulit ad consilium. Nemo quisquam ex consilio sententiam ferre in causa tam ancipiti audebat: quod & confessum veneficium, quo maritus & filius necati forent, ^b non admittendum impœnitum videbatur; & ^c digna tamen pœna in homines sceleratos vindicatum fuisset. Dolabella eam rem Athenas ad ² Areopagitas, ut ad iudices graviore ^d exercitatioresque, rejecit. Areopagitæ cognita causa accusatorem mulieris & ipsam quæ accusabatur centesimo anno adesse iusserunt: sic neque absolutum mulieris veneficium est, quod per leges non licuit; neque nocens damnata pœnitaque, quæ ²⁰ digna venia fuit. Scripta hæc historia est in libro ³ Valerii Maximi factio-

INTERPRETATIO.

^a E vivis sustulerat. ^b non relinquentium impunitum. ^c hominibus flagitiosis dignum supplicium esset repensum. ^d longo usu peritiores.

NOTÆ.

1. *Cn. Dolabellam.*] Hic consulatum inivit anno U. C. DCCLXXIII. ante Christum LXXXI. Eandem historiam ascripsit Valerius Maximus P. Cornelio Dolabellæ, quod mendum esse crediderim. Cum enim is consul fuerit renunciatus anno U. C. CCCCLXXI. longe ante vita functus est quam Romani sibi subiecissent Asiam, adeoque in ea provincia imperium proconsulare quisquam obiret. Compertum enim est omnibus Romanos in Asiam nihil iuris habuisse, nisi post victum a Scipione Asiatico Antiochum Magnum, cujus clades incidit in annum U. C. DCCLXIV.

2. *Areopagitas.*] Areopagitæ iudices integritate, ac severitate insignes, ita dicti sunt quod jus redderent in colle

Martis, qui nomen habuit ex eo quod Mars de cæde Halirrhothii filii Neptuni primus ibi causam dixisset. *Πάγος* enim Græcis est collis, & *ἄρειος* significat Martium. Antiquissima est eorum origo, & juxta Eusebii chronicon ad annum ante Christum MDIX referenda. Dissentit cum nonnullis Tullius, utque Areopagi autorem dicit Solonem qui teste Laertio floruit XLVI. Olympiade, Areopagitarum initium astringit anno ante Christum circiter DCXCVI. Verum hanc posteriorem sententiam retinet Phutarchus in Solone.

3. *Valerii Maximi.*] Qui patricio genere ortus floruit imperante Tiberio, librosque edidit uberiore quam par erat scilo, Januarius Nepotianus vir obscurus

rum & dictorum memorabilium octavo.

NOTA.

nominis, & Constantini temporibus & inculto sermone contexit, quæ per-
suppar, ut ante biennium ostendit eru- euntibus integris operibus superfuit.
ditus interpres, Valerii epitomen rudi

CAPUT VIII.

** Reditiones in gratiam nobilium virorum memoratu dignæ.*

P Africanus superior & Tib. Gracchus Tib. & C. Gracchorum pater, 5
rerum gestarum magnitudine & honorum atque vitæ dignitate il-
lustres viri dissenserunt sæpenumero de republica: & ea sive qua re
non amici fuerunt. ^b Ea similtas cum diu mansisset, & solemnè die Jovi
^a libaretur, atque ob id sacrificium senatus in Capitolio epularetur; fors
fuit ut apud eandem mensam duo illi junctim locarentur. Tum quasi diis
immortalibus arbitris in convivio Jovis optimi maximi dexteræ eorum
^d conducentibus, repente amicissimi facti: neque solum amicitia in- 10
pra, sed affinitas simul instituta. Nam P. Scipio filiam virginem habens
jam ^e viro maturam ibi tunc eodem in loco despondit eam Tib. Graccho;
quem probaverat elegeratque ^f exploratissimo judicii tempore, dum ini-
micus est. ^g Amilius quoque Lepidus & ^h Fulvius Flaccus, nobili genere
amplissimisque honoribus & summo loco in civitate præditi, ^g odio in- 15
ter sese gravi & similtate diutina conflictati sunt. Postea populus eos
simul censores facit: atque illi, ubi voce præconis renuntiati sunt, ibi-
dem in campo statim, ^h nondum dimissa concione, ulro uterque & pari
voluntate conjuncti complexique sunt: exque eo die & in ipsa censura &
postea jugi concordia fidissime amicissimeque vixerunt. 20

INTERPRETATIO.

^a Reconciliationes. ^b talis inimicitia. ^c care. ^g diu exercuerunt atrociam invicem
^e sacrificaretur. ^d conjungentibus. ^e nu- odia & inimicitias. ^h nondum dilapsa
bilem. ^f quo tempore poterat optime judi- populi conventu.

NOTÆ.

1. P. Africanus superior.] Consule
quæ superioribus libris de Scipione Affri-
cano & Tib. Graccho diximus.

2. Libaretur.] Scilicet pro ritu sacri-
ficiorum vinum e vase degustabat sac-
cerdos, ac deinde ceteris degustandum
porrigebat. Tum illud vel in victimæ
frontem, vel si thure solo adoleretur in
altaris ignem, vel si sacrificium inter
epulas fieret, in mensam invertere soli-
tus erat. Libare deducitur ἀπο & λίσσει

stillare, & quia in libatione degustaba-
tur vinum, significat etiam degustare.

3. Amilius Lepidus.] Is Marcus præ-
nomine, consul fuit anno U. C. Ixxxii.
ante Christum ccxxxii. M. Poplicio col-
lega.

4. Fulvius Flaccus.] Q. Fulvius Flac-
cus & L. Cornelius consulatum gesse-
re anno U. C. Ixxvii. ante Christum
ccxxxvii.

CAPUT IX.

Qua dicantur vocabula ^a ancipitia, & quod honoris quoque vocabulum ancipiti sententia fuerit.

Est plurifariam videre atque animadvertere in veteribus scriptis pleraque vocabula, quæ nunc in sermonibus vulgi unam certamque rem demonstrant, ita fuisse media & communia, ut significare & capere possent duas inter se res contrarias. Ex quibus quædam satis nota sunt, ut *tempestas*, *valetudo*, *facinus*, ¹ *dolus*, *gratia*, *industria*. Hæc enim fere jam volgatum est ancipitia esse & ^c utroqueversus dici posse, *Periculum* etiam & ² *venenum* & *contagium* non, uti nunc dicuntur, pro malis tandem dicta esse, multum exemplorum hujusmodi reperias. Sed honorem quoque mediam vocem fuisse, & ita appellatum ut etiam *malus bonus* diceretur & significaret *injuriam*, id profecto rarissimum est. ³ Quintus autem Metellus Numidicus in oratione, quam de triumpho suo dixit, his verbis usus est. *Qua in re quanto universi me unum ^d antistitis;*
¹⁵ *tanto vobis quam mihi majorem injuriam atque contumeliam facit, Quirites: & quanto probi injuriam facilius accipiunt quam alteri tradunt; tanto ille vobis quam mihi ^e pejorem honorem habuit. Nam me injuriam ferre, vos facere vult Quirites: ^f ut hic conquestio, istic vituperatio relinquatur.*
⁷ *Honorem, inquit, pejorem vobis habuit quam mihi.* Cujus verbi sententia est, quam ipse quoque supra dicit; *majoris vos affecit injuria & contumelia quam me.* Præter hujus autem verbi notionem adscribendam esse hanc sententiam ex oratione Q. Metelli existimavi ut definiremus Socratis esse decretum,

§ Κίριον ἴδι τὸ ἀδικεῖν ἢ τὸ ἀδικεῖσθαι.

INTERPRETATIO.

^a Habentia duplicem eamque contrariam significationem. ^b licet videre pluribus modis. ^c in bonam vel in malam partem usurpari posse. ^d superatis. ^e indigniorem

injuriam intulit vobis quam mihi. sicut mihi quærela, vobis probrum superstit.
^f *pejus esse injuriam facere quam pati.*

NOTÆ.

1. *Dolus.*] Dolus, autore Festo, alii quando bonam in partem ab antiquis accipiebatur: unde & sine dolo malo dictum est.

2. *Venenum.*] Qui venenum dicit, adficere debet utrum malum an bonum, inquit Caius de verborum significatione;

nam & medicamenta venena sunt, quia eo nomine omne continetur quod adhibetur, ejus naturam cui adhibetur est mutar. Sic & φάρμακον apud Græcos vocabulum est anceps.

3. *Q. Metellus Numidicus.*] Vide notas in superiores libros.

CAPUT X.

Quod æditimus verbum Latinum sit.

Æditimus verbum Latinum est & vetus, ea forma dictum, qua *fi-*
nitimus & legitimus. Sed pro eo a plerisque nunc, *ædituus*, dici-
tur nova & commentitia usurpatione, quasi a tuendis ædibus appellatus.
Satis hoc esse potuit admonendi gratia dixisse, præter agrestes quos-
dam & indomitos certatores, qui nisi auctoritatibus adhibitis non com-
primuntur: M. Varro, in libro secundo ad Marcellum de Latino sermo-
ne, *ædituum* dici oportere censet magis quam *ædituum*; quod alterum
sit recenti novitate fictum, alterum antiqua origine incorruptum. ¹ Læ-
vius quoque, ut opinor, in Protefilaodamia *claustrituum* dixit, qui clau-
stris januæ præesset; eadem scilicet figura, qua *ædituum* dici videbat
qui ædibus præest. In Verrem M. Tullii in exemplaribus fidelissimis ita
inveni scriptum. *Æditumi custodesque mature sentiunt.* In libris autem
hoc vulgaris, *æditui*, scriptum est. Pomponii fabula ² Atellana est, quæ
ita inscripta est; *Æditumus*, in qua hic versus est.

Qui postquam ^b tibi appareo atque æditumor in templo tuo.

Titus autem Lucretius in carmine suo, pro *ædituis*, *ædituentes* appellat.

INTERPRETATIO.

a *officeret id dixisse tantum ad mo-* | *contumaces litigatores. b tibi ministro,*
andum, nisi reperirentur rustici quidam | *& fungor munere æditumi in templo tuo.*

NOTÆ.

1. *Lævius.*] Fuit, ut videtur, tragicus | 2. *Atellana.*] De fabulis Atellanis su-
poeta. | pra jam egimus.

CAPUT XI.

*Errare istos, qui spe & fiducia latendi peccent; cum latebra peccati per-
petua nulla sit: & super ea re Peregrini philosophi sermo ex Sophocli
poeta sententia.*

20

Philosophum nomine ¹ Peregrinum, cui postea cognomentum Pro-
teus factum est, virum gravem atque constantem vidimus, cum Athe-

NOTÆ.

1. *Peregrinum.*] Is oriundus Paro-
gioni Christianæ nomen dedit, ideo-
Hellefponi urbe, quod in omnes for-
que in vincula coniectus est. Dimissus a
mas se verteret merito dictus est Pro-
Syriæ præside auro gravis in patriam re-
teus. Patrem occidit, ac patria suppli-
diit. Tum ob nova scelera rejectus a
ciorum metu relicta ad Christianos quo-
Christianis, post varias peregrinatio-
rum erat singularis in omnes charitas se-
nes, ut arte nova sibi pararet immor-
te aggregavit. Baptismo lustratus reli-
talitatem, Herculis exemplum secutus

V u

nis essemus, ^a deversantem in quodam tugurio extra urbem. Cumque
 ad eum frequenter ^b ventitarem: multa hercle dicere eum utiliter &
 honeste audivimus. In quibus id fuit, quod præcipuum auditum meni-
 nimus. Virum quidem sapientem non peccaturum esse dicebat, etiam si
 5 peccasse eum dii atque homines ignoraturi forent. Non enim pœnæ aut
 infamiæ metu non esse peccandum, sed iusti honestique studio & officio:
 si qui tamen non essent tali ingenio vel disciplina præditi, uti se vi sua
 ac sponte facile a peccando tenerent; eos omnis tunc peccare proclivius
 existimabat, cum latere posse id peccatum putarent; impunitatemque ex
 10 ea latebra sperarent: at si sciant, inquit, homines nihil omnium rerum
 diutius posse celari; ^c suppressius pudentiusque peccabitur. Propterea
 versus istos Sophocli prudentissimi poetarum in ore esse habendos dicebat.

^d Περὶ τούτων κρύπτει μὴδὲν, ὡς ἄπειρος ἔσται

Καὶ πάντ' ἀρούων ποτὶ ἀναμύσει χεῖρ' ἔσται.

15 Alius quidam veterum poetarum, cujus nomen mihi nunc memoriæ non
 est, veritatem Temporis filiam esse dixit.

INTERPRETATIO.

^a Commorantem. ^b venirem. ^c majori latebra ac verecundia.
^d Præterea nihil tege, quia omnia vi-

dens
 & omnia audiens omnia revelat
 pus.

NOTA.

in rogam ardentem sese immisit ac mi- | mortem fuisse & eleganter persecutus est
 sere deflagravit. Ejus mores, vitam ac | Lucianus.

CAPUT XII.

Facta responsio M. Ciceronis a molientis a se crimen manifesti mendacii.

20 ^b HÆc quoque disciplina rhetorica est, callide & cum astu res ci-
 minosas citra periculum confiteri, ut si objectum sit turpe aliquid,
 quod negari non queat, responsione joculari eludas; & rem facias tibi
 magis dignam quam crimine. Sicut fecisse Ciceronem scriptum est, cum
 id, quod inficiari non poterat, urbano facetoque dicto diluit. Nam cum
 emere vellet ^c in palatio domum, & pecuniam in præsens non haberet;
 a ¹ P. Sulla, qui tum reus erat, mutuum ² sestertium viciens tacite accepit.

INTERPRETATIO.

^a Repellentis a se probrum. ^b hæc quoque est ars rhetorica. ^c in palatino monte.

NOTÆ.

1. P. Sulla.] Is est quem Catilinarie | hic agitur ad nostratem monetam re-
 conjurationis suspectum Cicero defendit | vocata 87500. libras conficiet. Sin-
 oratione pro P. Sulla. | gula enim sestertia 43. libris & 15. assi-
 2. Sestertium viciens.] Id est, vicies | bus nostratibus æstimari debent, ut su-
 centena sestertia; ea summa de qua | pra jam observavimus.

pit: ea res tamen, priusquam emeret, ^a prodita est & in vulgus exivit: objectumque ei est quod pecuniam, domus emendæ causa, a reo accepisset: tum Cicero inopinata opprobriatione permotus accepisse se negavit: atque adeo, inquit, verum sit accepisse me pecuniam, si domum emero. Sed cum postea emisset; & hoc mendacium in senatu ei ab inimicis objiceretur: risit satis; atque inter ridendum ^c ἀκρονοῦντος, inquit, homines estis, cum ignoratis prudentis & cauti patris-familias esse, quod emere velit, emturum sese negare, propter competitores emtionis.

INTERPRETATIO.

d detecta & divulgata est. e communi sensu destituti.

CAPUT XIII.

Intra kalendas cum dicitur, quid significet: utrum ante kalendas an kalendis an utrumque: atque inibi quid sit in oratione M. Tullii intra Oceanum & intra montem Taurum, & in quadam epistola intra modum.

CUM Romæ a consulibus iudex extra ordinem datus ^a pronuntiare intra kalendas iussus essem; Apollinarem Sulpicium doctum hominem percunctatus sum an his verbis, *intra kalendas*, ipsæ quoque kalendæ ^b tenerentur: dixique ei me videlicet datum, ^c kalendasque mihi proditas ut intra eum diem pronuntiarem. Cur, inquit, hoc me potius rogas, quam ex istis aliquem peritis studiosisque juris, quos adhibere in consilium iudicaturi soletis? Tum illi ego ita respondi. Si aut de vetere, inquam, jure, aut recepto, aut controverso & ambiguo, aut novo & constituto discendum esset; issem plane sciscitatum ad istos quos dicis: sed cum verborum Latinorum sententia, usus, ratio exploranda sit; ^d scævus profecto & cæcus animi forem, si, cum haberem tui copiam, issem magis ad alium quam ad te. Audi igitur, inquit, ^e de ratione verbi quid existimem. Sed eo tamen pacto, ut id facias, non quod ego de proprietate vocis differuero, sed quod in ea re omnium plurimumve consensu observari cognoveris: non enim verborum tantum communium veræ atque propriæ significationes longiore usu mutantur; sed legum quoque ipsarum iussa consensu tacito obliterantur. Tum deinde disse-ruit, me & plerisque aliis audientibus, in hunc ferme modum. Cum dies, inquit, ita præfinita est ut iudex intra kalendas pronuntiet; ^f occupavit jam hæc omnis opinio non esse dubium quin ante kalendas jure pronuntietur: & id tantum ambigi video quod tu quæris, an kalendis quoque

INTERPRETATIO.

^a iudicare. ^b comprehendentur. ^c diem significatione hujus vocabuli quid sententiarum mihi præfinitum ut iudicarem intra eam diem. ^d stolidus. ^e de iudicium, non esse dubitandum.

jure pronuntietur. Ipsum autem verbum sic proculdubio natum est, atque ita sese habet; ut, cum dicitur, *intra kalendas*, non alius accipi dies debeat quam solæ kalendæ. Nam tres istæ voces, *intra*, *citra*, *ultra*, quibus certi locorum fines demonstrantur, singularibus apud veteres syllabis appellabantur, *in*, *cis*, *uls*. Hæ deinde particule quoniam parvo exiguoque sonitu obscurius promebantur; addita est tribus omnibus eadem syllaba: & quod dicebatur, *cis Tiberim*, &, *uls Tiberim*, dici cœptum est, *citra Tiberim* & *ultra Tiberim*. Item quod erat, *in*, accedente eadem syllaba, *intra*, factum est: sunt ergo hæc omnia quasi
 10 contermina junctis inter se finibus coherentia, *intra oppidum*, *ultra oppidum*, *citra oppidum*. Ex quibus, *intra*, sicuti dixi, *in*, significat. Nam qui dicit, *intra oppidum*, *intra cubiculum*, *intra ferias*, non dicit aliud quam, *in oppido*, *in cubiculo*, *in feriis*. *Intra kalendas* igitur non *ante kalendas* est, sed *in kalendis*: id est, eo ipso die quo kalendæ sunt:
 15 itaque, secundum verbi ipsius rationem, qui jussus est *intra kalendas* pronuntiare, nisi kalendis pronuntiet, contra jussum vocis facit. Nam, si ante id fiat, non *intra* pronuntiat sed *citra*. Nescio quo autem pacto recepta volgo interpretatio est absurdissima, ut *intra kalendas* significare videatur etiam *citra kalendas*, vel *ante kalendas*. Nihil enim ferme interest,
 20 Atque insuper dubitatur an *ante kalendas* quoque pronuntiarî possit; quando neque ultra neque citra, sed, quod inter hæc medium est, *intra kalendas*, id est, kalendis pronuntiandum sit: sed nimirum consuetudo vicit: quæ cum omnium domina rerum, tum maxime verborum est. Ea omnia cum Apollinaris & scite perquam atque enucleate disputavisset: tum
 25 ego hæc dixi; Cordi, inquam, mihi fuit, priusquam ad te irem, querere explorareque quonam modo veteres nostri particula ista, qua de agitur, usi sint. Atque ita invenimus Tullium in tercia in Verrem scrip-
 30 sisse. *Est autem modo locus intra Oceanum jam nullus neque tam longinquus neque tam reconditus, quo non per hæc tempora nostrorum hominum libido iniquitasque pervaserit. Intra oceanum*, dicit contra rationem tuam: non enim vult, opinor, dicere *in oceano*. Terras enim demonstrat omnis, quæ oceano ambiuntur, ad quas a nostris hominibus aditi potest, quæ sunt *citra oceanum*, non, *in oceano*: neque enim videri potest insuias significare nescio quas, quæ penitus esse *intra* æquora ipsa
 35 oceani dicuntur. Tunc Sulpicius Apollinaris^h renidens, Non mehercle inargute, inquit, nec incallide opposuisti hoc Tullianum; sed Cicero *intra oceanum*; non, ut tu interpretare, *citra oceanum* dixit. Quid enim potest dici *citra oceanum* esse, cum undique oceanusⁱ circumscribat omnis terras & ambiat? Nam *citra* quod est, id *extra* est. Qui autem potest *intra* esse dici quod *extra* est? Sed si ex una tantum parte orbis oceanus foret; *citra oceanum* esse dici posset vel *ante oceanum*. Cum vero
 40 omnis terras^k omnifariam & undiqueverfum circumfluat: nihil *citra*

INTERPRETATIO.

g eleganter & clare dixisset. h aliquan- que imperite objecisti hunc locum Cicero-
 sulum ridens dixit, profecto non inepte ne- nis. i circumcingat. k ex omni parte.

eum est; sed undarum illius ambitu terris omnibus convallatis, in medio ejus sunt omnia, quæ intra oras ejus inclusa sunt: sicuti hercle sol non citra cælum vertitur, sed in cælo & intra cælum. Hæc tunc Apollinaris scite acuteque dicere visus est; sed postea in libro M. Tullii epistolarum ad Ser. Sulpicium sic dictum esse invenimus, *intra modum*, ut *intra kalendas* dicunt qui dicere, *citra kalendas*, volunt. Verba hæc Cicero- nis sunt, quæ apposui. *Sed tamen quoniam¹ effugi ejus offensionem, qui fortasse arbitraretur me hanc rem publicam non putare, si perpetuo tace- rem: m^o modice hoc faciam aut etiam intra modum, ut & illius voluntati & meis studiis serviam.* Modice, dixerat, id est, cum modo æquo & pari: deinde, quasi hoc displiceret & corrigere id veller, addit; *aut etiam intra modum*. Per quod ostendit minus sese id facturum esse, quam quod fieri modice videretur: id est, non ad ipsum modum, sed retro paululum & citra modum. In oratione etiam, quam pro P. Sestio scrip- sit, *intra montem Taurum*, sic dicit, ut non significet *in monte Tauro*, sed *usque ad montem Taurum cum ipso monte*. Verba sunt hæc ipsius M. Tullii, ex ea, quam dixi, oratione. ¹ *Antiochum Magnum illum majores nostri magna belli contentione terra marique superatum intra montem Taurum regnare jusserunt: Asiam,* ² *qua illum multarunt,* ³ *Attalo, ut is in ea regnaret, condonarunt.* *Intra montem, inquit, Taurum regna- re jusserunt.* Quod non proinde est, ut, *intra cubiculum*, dicimus: nisi videri potest id esse, *intra montem*, quod est, *intra regiones* quæ Tauri montis objectu separantur. Nam sicuti qui *intra cubiculum* est, is non in cubiculi parietibus, sed intra parietes est quibus cubiculum includitur, qui tamen ipsi quoque parietes in cubiculo sunt: ita, qui regnat intra montem Taurum, non solum in monte Tauro regnat, sed in his etiam re- gionibus quæ Tauro monte clauduntur. Num igitur secundum istam ver- borum M. Tullii similitudinem, qui jubetur *intra kalendas* pronuntiare, is & *ante kalendas*, & *ipsis kalendis* jure pronuntiare potest? Neque id fit quasi privilegio quodam insite consuetudinis, sed certa orationis ob-

INTERPRETATIO.

1. *declinavi odium illius qui forsan crederet, &c. m moderate n quam ipsi eri-* | *puerunt in pœnam belli pro Annibate gesti. o significationis vocum.*

NOTÆ.

1. *Antiochum Macrum.*] Vide quæ superioribus libris dicta sunt.
2. *Montem Taurum.*] Taurus mons in Asia totius orbis maximus. Pro gentium ac linguarum varietate plurimis nomini- bus appellatur. In Cilicia Taurus est, Amanus in Syria, in Armenia Niphates, Choatras in Media, in Perside Parchoatras, Paropamisus in Bactriana, in Scythia Emodus atque Circius dicitur: pars vero quæ cæteris eminet a Scythis Graucalus, id est, nive candidus, a
- Græcis Caucasus nominatur. Hæc si non sufficiant, plura reperies apud Solinum, Plinium, Strabonem, maximeque Ptolemaum.
3. *Attalo.*] Attalus rex Pergami, cujus opes immensa in proverbium abiere, belli societatem cum Romanis ad- versus Antiochum iniit anno U. C. ICLXIV. hujus filius moriens populum Romanum heredem instituit an. U. C. ICLXXI. ante Christum CXXXIII.

servatione : quoniam omne tempus, quod kalendarum die includitur, intra kalendas esse recte dicitur.

CAPUT XIV.

Saltem particula quam vim habeat & quam originem.

5 **S**altem particula quam haberet ^a principem significationem, quæque
 vocis istius origo esset, quærebamus. Ita enim primitus factam esse ap-
 10 paret, ut non videatur, sicuti quædam supplementa orationis, ^b temere
 & incondite assumpta. Atque erat qui diceret legisse se in grammaticis
 commentariis P. Nigidii, *saltem* ex eo dictum, quod esset, si aliter: idque
 ipsum dici solitum per defectiorem: nam plenam esse sententiam, *si ali-*
 15 *ter non potest*. Sed id nos in isdem commentariis Nigidii, cum eos non
 opinor, incuriosè legissemus, nusquam invenimus. Videntur autem verba
 ista, *si aliter non potest*, a significatione quidem voculæ hujus, de qua
 quærimus, non aberrare. Sed tot verba tamen ^c in paucissimas literas cla-
 dere improbæ cujusdam subtilitatis est. Fuit etiam qui diceret, homo in
 20 libris atque literis assiduus, *saltem*, sibi dictum videri *u* litera media ^d ex-
 trita. *Salutem* enim ante dictum, quod nos *saltem* diceremus. Nam cum
 alia quædam petita & non impetrata sunt; tum solemus, inquit, quasi
 extremum aliquid petitori, quod negari minime debeat, dicere; *hoc sal-*
tem fieri aut dari oportere; tamquam salutem postremo petentes, quam
 25 impetrari certe & obtineri sit æquissimum. Sed hoc itidem non illepide
 quidem fictum, nimis tamen esse videtur commenticium. Censuimus igitur
 amplius quærendum.

INTERPRETATIO.

^a Primariam. ^b sine ratione & elegantia. ^c referre ad paucissimas literas. ^d sublata.

CAPUT XV.

Quod Sisenna in libris historiarum adverbis hujuscemodi sæpenumero
 usus est, celatim, vellicatim, saltuatim.

25 **C**um lectitaremus historiam Sisennæ assidue; hujuscemodi figuræ ad-
 verbia in oratione ejus animadvertimus; ^a cuiusmodi sunt hæc, *cur-*
sus, *properatim*, ^b *celatim*, ¹ *vellicatim*, *saltuatim*. Ex quibus duo pri-

INTERPRETATIO.

^a Qualia sunt ista. ^b occulte.

NOTA.

1. *Vellicatim*.] Quidam legunt *vel-* | *litatim* deductum vocabulum a *veliti-* | *tervalla*, quod ejusmodi milites pu-
 bus, qui milites sunt levioris armatu- | gnando interdum saltarent.

ma, quia sunt notiora, exemplis non indigebant. Reliqua in historiarum sexto sic scripta sunt. *Quam maxime celatim poterat in insidiis suos disponit.* Item alio in loco: *Nos una aestate in Asia & Gracia literis gestis idcirco continentia mandavimus, ne vellicatim aut saltuatim scribendo lectorum animos impediremus.*

INTERPRETATIO.

c ideo scripsimus serie continua, ne casim aut interrupte scribendo fatigaremus animos legentium.

A. GELLII

NOCTIUM ATTICARUM

COMMENTARIUS.

LIBER TERTIUSDECIMUS.

CAPUT I.

Inquisitio verborum istorum M. Tullii curiosior, quæ fuit in primo Antonianarum libro; Multa autem impendere videntur præter naturam etiam præterque fatum: tractatumque an idem duo ista significant, fatum, atque, natura, an diversum.

M. CICERO in primo ^a Antonianarum ita scriptum reliquit. ¹⁰
^b Hunc igitur ut sequerer properavi, quem præsentibus non sunt secuti: non ut proficerem aliquid. Neque enim sperabam id, nec præstare poteram. Sed ut ^c si quid mihi humanitus accidisset (multa autem impendere videntur ¹ præter naturam etiam præterque fatum)

INTERPRETATIO.

a Philippicarum orationum. b ergo se contigisset humano more, nam plurima sinavi ut sequerer eum, quem non sunt videbantur imminere vel contra naturam & ipsum fatum.

NOTA.

1. Præter naturam & fatum] Illa vel naufragio vel alio casu pereat. Illa mors est secundum naturam & secundum fata, quæ ex principiis naturæ intrinsecis & ex pugna quatuor primarum qualitarum una prævalente contingit: illa præter naturam quidem, sed tamen secundum fata, quæ ab externa causa tum serie infertur, ut si quis incendio

Abramus.

hujus diei vocem testem reipublica relinquerem mea perpetua erga se voluntatis. Præter naturam, inquit, præterque fatum. An utrumque idem d valere voluerit, fatum atque naturam & duas res e καὶ εἰς ἑκάστην posuerit, an vero diviserit separavitque, ut alios casus natura ferre videatur alios fatum, considerandum equidem puto: atque id maxime requirendum, qua ratione dixerit accidere multa humanitus posse præter fatum: quando sic ratio & ordo & insuperabilis quædam necessitas fati constituitur; f ut omnia intra fatum claudenda sint, nisi illud sane Homeri secutus est;

10

Ἔ μὴ καὶ ὑπὲρ μῶτερον θάνατον εἰσαφίκηται.

Nihil autem dubium est quin violentam & inopinatam mortem significaverit: quæ quidem potest recte videri accidere præter naturam. Sed cur id quoque genus mortis extra fatum posuerit, neque operis hujus est explorare neque temporis. Illud tamen non prætermittendum est, quod 15 Virgilius quoque idipsum quod Cicero de fato opinatus est, cum hoc in quarto libro dixit de ² Elisa, h quæ mortem per vim potita est;

³ Nam quia nec fato, merita nec morte peribat.

20

Tamquam in faciendo sine vitæ quæ violenta sunt non videantur e fato venire. Demosthenis autem viri prudentia pari atque facundia præditi, verba idem fere significantia de natura atque fato M. Cicero secutus videtur. Ita enim scriptum est in oratione illa egregia, cui titulus est, 24 ὑπὲρ στεφάνου. k Ο μὲν τοῖς γενεῶσι μόνον γε γουνοῦσιν νομίζων, τὸν τῆς τιμῆς μέρους καὶ τὸν αὐτομάτου θανάτου ἀπειμῆντι· εἰ δὲ καὶ τῆ πατριῆς, ἕως οὗ μὴ τῶν τιμῶν

INTERPRETATIO.

d significare. e pro uno subjecto. f ut omnia debeant pendere ex fato.

g ne etiam præter fatum domum Plutonis ingrediaris.

h qua sibi necem violentam attulit. i de

corona. k nam qui parentibus tantum natum se credit, fatalem & naturalem mortem expectat. Qui vero etiam patriæ, ne illam videat servientem, mori voluit.

NOTÆ.

2. *Elisa.*] Beli Phœnicum regis filia, a virilibus factis Dido, id est, virago dicta est. Cum enim ut eam uxorem duceret Iarbas rex Libyæ Carthagini bellum inferret, & a civibus suis adigeretur ad connubium; hæc prioris mariti manes cum placare simularet, in ardentem rogam se præcipitem immisit. Quod autem de Didonis morte refert Virgilius, id inter poetica figmenta numerandum, præterquam quod enim repugnat historia, constat ex annalibus Didonem non nisi trecentis prope annis post Ænean vixisse.

3. *Nam quia nec fato.*] Sensus est. Dido non occumberat fato, id est, ea morte quæ naturalis esset, nec merita

morte, sive quam propter flagitia meruisset.

4. *ὑπὲρ στεφάνου.*] Olymp. cx. an. 111. ante Christum cccxxviii. postquam ad instaurandos Athenarum muros pecuniam de suo Demosthenes contulisset, insumptis, ut refert Phorius, centum minis, ipsumque opus esset egregie perfectum, ab Atheniensibus decreta est ipsi aurea corona. Qua ne donaretur intercessit invidus Æschines. Tum vero hanc ὑπὲρ στεφάνου, sive περὶ στεφάνου, id est, de corona Demosthenes habuit orationem, quæ Dionysio Halicarnasseo criticorum principi omnium præstantissima merito visa est.

ἐπιθεῖν δουλεύουσαν, ἀποδρηστικὴν ἐθέλησεν. Quod Cicero fatum atque naturam videtur dixisse, id multo ante Demosthenes ¹ τὴν περὶ φημένῳ ἢ τὸν αὐτόματον δάνατον appellavit. Αὐτόματος enim δάνατος, quasi naturalis & fatalis, nulla extrinsecus vi coactus venit.

INTERPRETATIO.

¹ fatalem & naturalem mortem.

CAPUT II.

Super poetarum Pacuvii & Accii colloquio familiari in oppido Tarentino.

5

Quibus otium & studium fuit vitas atque ætates doctorum hominum querere ac memoriæ tradere, de ¹M. Pacuvio & ²L. Accio tragicis poetis historiam scripserunt hujuscemodi. Cum Pacuvius, inquit, grandi jam ætate & morbo corporis diutino affectus, ³Tarentum ex urbe Roma ^a concessisset: Accius tunc haud parvo junior proficiscens in Asiam ¹⁰ cum in oppidum venisset, devertit ad Pacuvium: comiterque invitatus, plusculisque ab eo diebus retentus, tragœdiam suam, cui *Atreus* nomen est, desideranti legit. Tum Pacuvium dixisse aiunt sonora quidem esse, quæ scripserit, & grandia; sed videri ea tamen sibi duriora paulum & acerbiora. Ita est, inquit Accius, uti dicis Neque id sane me pœnitet. ¹⁵ Meliora enim fore spero quæ deinceps scribam. Nam quod in pomis est; itidem, inquit, esse aiunt in ingeniis: quæ dura & acerba nascuntur, post fiunt mitia & jucunda. Sed quæ gignuntur statim ^b vieta & mollia, atque in principio sunt ^c uvida; non matura mox fiunt, sed putria. Relinquendum igitur visum est in ingenio quod ^d dies atque ætas mitificet. ²⁰

INTERPRETATIO.

^a Se recepisset. ^b languida. ^c humida. ^d quod diuturnitas temporis emolliat.

NOTÆ.

1. M. Pacuvio.] Consule quæ prius | ruit an. U. C. Iocxiv. ante Christum cxi.
explicuimus lib. I. cap. XXIIV. |
3. Tarentum.] Urbs celeberrima in ea
2. L. Accio.] Accius tragicædiarum | parte Italiæ quæ magna Græcia dicitur:
scriptor insignis, Hieronymo teste, flo- | vicino finui nomen dedit.

CAPUT III.

An vocabula hæc necessitudo & necessitas differenti significatione sint.

Risu prorsus atque ludo res digna est, cum plerique grammaticorum *R*asseverant necessitudinem & necessitatem ^a mutare longe, longeque

INTERPRETATIO.

^a Habere diversam significationem.

differre: ideo quod *necessitas* sit vis quæpiam premens & cogens; *necessitudo* autem dicatur jus quoddam & vinculum religiosæ conjunctionis, idque unum solitarium significet. Sicut autem nihil quicquam interet *suavitudo* dicas an *suavitas*, *sanctitudo* an *sanctitas*, *acerbitudo* an *acerbitas*, *acritudo*, an, quod Accius in ^b Neoptolemo scripsit, *acritas*: ita nihil rationis dici potest, qui *necessitudo* & *necessitas* separentur. Itaque in libris veterum vulgo reperias *necessitudinem* dici, pro eo quod necessum est. Sed *necessitas* sane pro jure officioque observantiæ affinitatisque infrequens est: quamquam, qui ob hoc ipsum jus affinitatis familiaritatisve conjuncti sunt, *necessarii* dicuntur. Reperi tamen in oratione C. Cæsar^c, qua Plautiam rogationem suasit, *necessitatem* dictam pro *necessitudine*, id est, jure affinitatis. Verba hæc sunt. *Equidem mihi videor pro nostra necessitate non labore, non opera, non industria defuisse.* Hoc ego scripsi de utriusque vocabuli indifferentia, admonitus forte verbi istius, cum legerem Sempronii Asellionis veteris scriptoris quartum ex historia librum: In quo de P. Africano Pauli filio ita scriptum est. *Nam d^e se patrem suum audisse dicere L. Emilium Paulum, nimis bonum imperatorem signis collatis non decertare, nisi summa necessitudo aut summa ei occasio data esset.*

INTERPRETATIO.

^btragedia quæ inscribitur Neoptolemus. ^c qua autor fuit Plautia legis ferenda dicebat.

NOTA.

1. *Plautiam rogationem.*] Cum ferenda lex erat, rogabatur conceptis verbis populus. *Velitis, jubeatis Quirites ut hoc vel illud fiat.* Unde sæpe rogatio, lex & plebiscitum eadem notione usurpantur. Plautia rogatio lex fuit a Plautio Tribu-

no plebis lata, quam cum suasisset Cæsar, teste Suetonio effecit, ut qui in civili discordia Lepidi partes fuerant secuti, in patriam impune reverti possent.

CAPUT IV.

20 *Olympiadis Alexandri matris comis ac prudens ad filium Alexandrum rescriptio.*

IN plerisque monumentis rerum ab ¹ Alexandro gestarum, & paulo ante in libro M. Varronis, qui inscriptus est *Orestes vel de infamia*, Olympiadem Philippi uxorem festivissime rescriptisse legimus Alexandro filio. Nam cum is ad matrem ita scripsisset. REX. ALEXANDER. 25 IOVIS. HAMMONIS. FILIUS. OLYMPIADI. MATRI. SALUTEM. DICIT. Olympias ei rescripsit ad hanc sententiam. ² Amabo, inquit, mi

INTERPRETATIO.

² Rogo te.

NOTA.

1. *Alexandro.*] De Alexandro, Philippo, Jove Ammone &c. Superius abunde diximus.

fili quiescas: neque deferas me neque criminare adversum Junonem. Malum mihi profum illa magnum dabit, cum tu me literis tuis pellicem illi esse confiteris. Ea mulieris scitæ atque prudentis erga ferocem filium comitas sensum & comiter admonuisse eum visa est; deponendam esse opinionem vanam, quam ille ingentibus victoriis & adulantium blandimentis & rebus supra fidem prosperis ^b imbiberat, genitum esse sese de Jove.

INTERPRETATIO.

^b conceperat.

CAPUT V.

De Aristotele, Theophrasto & Menedemo philosophis, ^a deque elegantî verecundia Aristotelis successorem diatribæ suæ eligentis.

Aristoteles philosophus annos jam fere natus duo & sexaginta, corpore ægro ^b affectoque, ac spe vitæ tenui fuit. Tunc omnis ejus sectatorum cohors ad eum accedit, orantes obsecrantesque ut ipse deligeret loci sui & magisterii successorem; ^c quo, post summum ejus diem, proinde ut ipso uterentur ad studia doctrinarum complenda excolendaque, quibus ab eo imbuti fuissent. Erant tunc in ejus ludo boni multi, sed præcipui duo Theophrastus & Menedemus. Ingenio hi atque doctrinis ceteros præstabant. Alter ex insula Lesbo fuit, Menedemus autem Rhodo. Aristoteles respondit facturum esse quod vellent, cum id sibi foret tempestivum. Postea brevi tempore cum idem illi, qui de magistro destinando petierant, præsentibus essent: vinum ait, quod tum biberet, ^d non esse id ex valetudine sua sed insalubre esse atque asperum; ac propterea quæri debere ^e exoticum vel Rhodium aliquod vel Lesbium. Id sibi utrumque ut curarent, petivit; usurumque eo dixit, quod sese magis juvisset. Eunt: curant: inveniunt: adferunt. Tum Aristoteles Rhodium petit: degustat. Firmum, inquit, hercle vinum & jucundum. Petit mox Lesbium. Quo item degustato. Utrumque, inquit, ^f oppido bonum, sed ^g ἡδίστον ὁ Διόσιτος. Id ubi dixit: nemini fuit dubium, quin lepide simul & verecunde successorem illa voce sibi, non vinum delegisset. Is erat e Lesbo Theophrastus, suavitate homo insigni linguæ pa-

INTERPRETATIO.

^a De insigni modestia Aristotelis eligentis successorem magisterii sui. ^b morbo. ^c quem post ejus mortem tanquam alterum Aristotelem audirent. ^d nihil

conferre ad sanitatem suam recuperandam. ^e peregrinum. ^f maxime bonum. ^g suavius Lesbium.

NOTA.

1. Menedemus.] Contendunt hac in voce nonnulli mendum irrepisse, ac pro Menedemo censent Eudemum esse substitiendum, licet omnia exemplaria re-

pugnent. His ego fortasse assentirer, si Eudemum illum probarent esse Rhodium.

riter atque vitæ. Itaque non diu post Aristotele vita defuncto, ad Theophrastum omnes concesserunt.

CAPUT VI.

^a Quid veteres Latini dixerunt quas Græci *αἰσθηδίας* appellant; & idem quod vocabulum barbarismi non usurpaverint neque Romani antiquiores
5 neque Attici.

10 **Q**UAS Græci *αἰσθηδίας* dicunt, eas veteres docti tum notas vocum tum moderamenta tum accentuunculas tum voculationes appellabant. Quod nunc autem barbare quem loqui dicimus, id vitium sermonis non barbarum esse sed rusticum, & cum eo vitio loquentes rustice loqui distabant. P. Nigidius in commentariis grammaticis, *Rusticus fit sermo*, inquit, ^b *si adspires perperam*. Itaque id vocabulum, quod dicitur vulgo
2 barbarismus, qui ante divi Augusti ætatem pure atque integre locuti sunt an dixerint, nondum equidem inveni.

INTERPRETATIO.

^a Quomodo antiqui Latini appellarunt id quod Græci vocant *αἰσθηδίας*. ^b si auriore sono verbum offeras.

NOTÆ.

1. Neque Attici.] Mirum cur hæc postrema verba præferat titulus capituli, in quo simile nihil deprehendas. Præterea, ut notat H. Stephanus, cum *βαρβαρίζειν* dixerint antiquiores Attici, sicut *ἀπικρίζειν*, *λακωνίζειν*, vix dubium esse potest, quin *βαρβαρισμός* perinde fuerit in

usu atque *ἀπικρισμός* & *λακωνισμός*.

2. Barbarismus.] Definitur a Quintiliano vitium quod fit in singulis verbis, ut si quis Afrum aut Hispanum orationi Latinæ nomen inserat: item si quis in verbo literam vel syllabam adiciat, aut ter, detrahat.

CAPUT VII.

*Diversum de natura leonum dixisse Homerum in carminibus
& Herodotum in historiis.*

15

LÆNAS inter omnem vitam semel parere, eoque uno partu nunquam ledere plures quam unum, Herodotus in tertia historia scriptum reliquit. Verba ex eo libro hæc sunt: ^a *Ἡδὲ δὴ λέαινα, ἐὼν ἰσχυρότατον ἐξ ἄστυτων, ἅπαξ ἐν τῷ βίῳ πίπτει ἐν πικρῶσσι ᾗ συνεκβάλλει τῷ τέκνῳ τὸς μωραί.*
20 Homerus autem leones (sic enim fœminas quoque virili genere appellat quod grammatici ^b *ἐπίκοινον* vocant) pluris gignere atque educare catu-

INTERPRETATIO.

^a Leana cum sit fortissimum, & au- | unum catulum: pariens enim emittit
daciſſimum animal, semel in vita parit | cum factu matricem.

NOTÆ.

1. *Επίκοινον*.] Epicœnum genus a grammaticis illud dicitur quod sub uno

los dicit. Versus, quibus hoc aperte demonstrat, hi sunt.

Ἔστιν ὡς τις τῶν λέων ἀπὸ οἰσ τέκεσσι,
 Ὡς ῥά τε νήπι' ἄρουπι συναμψήσονται ἐν ὕλῃ
 Ἀνδρες ἐπακτῆρες.

Item alio in loco idem significat:

Ἐκ πικνῶν μάλ' ἀσπέρων ὡσπερ λῆς ἠὺ γένει
 Ὡς ῥά θ' ἑσὸ σκύμνος ἐλαφισβόλ' ἀρπασεν αἰὲρ
 Τλῆς ἐκ πυκνῆς.

Ea nos dissensio atque diversitas cum agigaret inclutissimi poetarum & historicorum nobilissimi: placuit libros Aristotelis philosophi inspicere, quos de animalibus exquisitissime composuit. In quibus, quod super ista re scriptum invenimus, cum ipsius Aristotelis verbis, in his commentariis scribemus. Verba Aristotelis hæc sunt ex libro de historia animalium sexto.

Ἐλέων δ' ὅτι μὲν ὄχρῳ ὄπασι, καὶ ἐστὶν ὀπίσθηρον, εἰρηται ὡς τεσσόν. ὄχρῳ δ' καὶ πικτὶ ἢ πᾶσαν ἄραν, καὶ ἔχασον μέντοι τὸν ἐνιαυτόν. πικτὶ μὲν οὐ τὸ ἔαρ, πικτὶ δ' ὡς ὅτι τὸ πολὺ θύο· τὰ μὲν τριπλῆσαι ἐξ. πικτὶ δ' ἐνίοτε καὶ ἐν. ὅτι κερχεῖς μῦθος ἀπὸ τῶ ἐκβάλλει τὰς ὑσέρας πικτῆτα, ληροδῆς ἐστὶν συνετέθη δ' ἐκ τῶ σπανίως εἶναι πρὸ λέοντος· ἀποσθόντος τινὲ ἀπὸ τῶ τὸν μῦθον συνδέοντος· σπανίον γὰρ τὸ γένος τὸ ἔαρ λέοντων ἐστὶ, καὶ οὐκ ἐν πολλῷ γίγνεται τόσῳ, ἀλλὰ τῆς εὐεστῆς αἰτίας ἐν τῷ μεταξύ τῶ Ἐχελώου καὶ τῶ Νεσσῷ ποταμῶν. πικτὶ δ' ὁ λέων πᾶν μικρὸν, οὗτος ὡς τε δίμνητα ὄντα μόλις βαδίζειν. οἱ δ' ἐν Συρίᾳ λέοντες πικτῶσι παντάμῃ. τὸ ὡσπερ πᾶν τε, εἴτα αἰὲ ἐνὶ ἐλάφῳ. καὶ δ' ταῦτα οὐκ ἐπ' οὐδὲν πικτῶσι, ἀλλ' ἄρουνοι διατελοῦσιν· οὐκ ἔχει δ' ἡ λέαινα χρίτω, ἀλλ' ὁ ἀρβύλω λέων.

INTERPRETATIO.

<p>b Stabat ut aliquis leo circum suos catulos, cui catulos ducenti simul occurrunt in viri venatores.</p> <p>c Frequenter valde gemens: sicut leo nobilis cui catulos venator subripuit vir sylvæ ex densa.</p> <p>d Leo vero quod coeat aversus, & retro urinam reddat, dictum est prius. Cit vero & parit non omni tempore, per singulos tamen annos. Parit igitur vere, & parit ut plurimum duos, ad summum sex, parit aliquando & unum.</p>	<p>[sylvæ] Quod autem dicitur a pariente matricem emitti, nugatorium est: id fictum est ex eo quod rari sint leones, cuius rei causam ignorabat qui fabulam hanc composuit: rari enim genus leonum est, & non in multis gignitur locis, sed Europa totius in hoc tantum loco qui est inter Acheloum & Nessum fluvium. Parit autem leo omnino parvos, ita ut duos mentes nati vix ingrediantur. In Syria leones pariunt quinquies: primum quinque, deinde semper uno pauciores; postea vero nunquam pariunt, sed steriles vivunt. non habet leana jubam, sed mas leo.</p>
--	--

NOTÆ.

articulo matrem ac foeminam promiscue comprehendit. Genus autem commune & epicœnum in hoc differunt, quod commune extendatur ad homines & pecora: epicœnum ad sola pecora referatur.

2. Ἀχελῷος.] Achelous *Astropotamo* Sophiano, *Geronelea Nigro* & aliis *Pachicolmo*, *Ætolix* in *Achaia* fluvius a rege cognomine sic appellatus, in mare evolvitur ad septentrionem *Echinadam insularum*.

3. Νέσος.] Nessus sive Nestus, ut vocant *Herodotus* & *Plinius*, *Thracix* fluvius ortus ex *Hamo monte*, in mare delabitur paulo supra *Thasum insulam*: dicitur *Nesso Sophiano*, & *Charaxou Turcis* teste *Bellonio*.

βάλλη ὃ ὁ λέων τῶν κινόδοντος καλεμύνης. τέτταρας μῖνους, δύο μὲν ἀνωθεν, δύο δὲ κάτωθεν· βάλλη ὃ ἐξάμηνον ὦν τὸν ἡλικίαν.

INTERPRETATIO.

Mutat leo dentes qui vocantur canini. quatuor tantum, duos supra, duos infra mutat autem sex menses natus.

CAPUT VIII.

Quod Afranius poeta prudenter & lepide sapientiam filiam esse Usus & Memoriae dixit.

5 **E**Ximie hoc atque verissime ^a Afranius poeta de gignenda comparandaque sapientia opinatus est; quod eam filiam Usus & Memoriae dixit. Eo namque argumento demonstrat, qui sapiens esse rerum humanarum velit ^b non libris solis neque disciplinis rhetoricis dialecticisque opus esse; sed oportere eum versari quoque exerceri ^c in rebus ^d cominus noscendis periclitandisque; eaque omnia acta & eventa firmiter
10 meminisse; & proinde sapere ac ^e consulere ex his quæ pericula ipsa rerum docuerint, non quæ libri tantum ac magistri per quasdam inanitates verborum & imaginum, tanquam in mimo aut in somnio, dictaverint. Versus Afranii sunt in ^f togata, cui Sellæ nomen est.

15 *Usus me genuit: mater peperit Memoria.*

Sophiam vocant me ^g Graeci, vos Sapientiam.

Item versus est in eadem ferme sententiam Pacuvii: quem Macedo philosophus vir bonus, familiaris meus, scribi debere censebat pro foribus omnium templorum.

20 ^h *Ego odi homines ignava opera & philosopha sententia.*

Nihil enim fieri posse indignius neque intolerantius dicebat, quam quod homines ignavi ac desides, operti barba & pallio, mores & emolumenta philosophiæ in linguæ verborumque artes converterent; & ⁱ vitia facundissime accusarent ^j intercutibus ipsi vitiis madentes.

INTERPRETATIO.

^a In rebus administrandis per se ipsum & in rerum usu acquirendo. ^b consilium capere ex iis quæ ipsa rerum experientia nos docuerit, non quæ libri duntaxat & doctores inanibus verbis & argutiis velut in comædia aut in somnis inculcaverint. ^c comædia. ^d Graeci. ^e Ego odio prosequor homines, qui sunt manu inertes & magna loquuntur quasi magna sentiant. ^f eloquentissime reprehenderent vitia cum tamen ipsi pleni essent vitiis incultis & interioribus.

NOTÆ.

1. Afranius.] Consule notas in caput XI. libri X. explicuimus.
2. Cominus.] Ex MS. regio legit Intercus vitium illud est, quod foris non videtur, quasi sub cute delitescens.
3. Togata.] Vide quæ capite eodem

CAPUT IX.

*Quid Tullius Tiro in commentariis scripserit de Suculis & Hyadibus
quæ sunt stellarum vocabula.*

TULLIUS Tiro M. Ciceronis alumnus & libertus adjutorque in literis studiorum ejus fuit. Is libros compluris de usu atque ratione linguæ Latinæ, item de variis atque a promiscis quæstionibus composuit. In his esse præcipui videntur, quos Græco titulo ^b Πανδέκτου inscripsit, tamquam omne rerum atque doctrinarum genus continentis. Ibi de his stellis, quæ appellantur fuculæ, hoc scriptum est. Adeo, inquit, veteres Romani literas Græcas nesciverunt & rudes Græca lingua fuerunt, ut stellas, quæ in capite Tauri sunt, propterea fuculas appellarint, quod eas Græci ^a Ἰάδες vocant; tamquam id verbum Latinum Græci verbi interpretamentum sit. Quia Græce Ἰάδες, suæ Latine dicantur. Sed Ἰάδες, inquit, ^c οὐκ ἐστὶν Ἰάδες, ita ut nostri opici putaverunt, sed ab eo, quod est Ἰάδες, appellantur. Nam & cum oriuntur & cum occidunt, tempestates pluvias largosque imbres cient. Pluere autem & Græca lingua Ἰάδες dicitur. Hæc quidem Tiro in pandectis. Sed enim veteres nostri non usque eo ^d rupices & agrestes fuerunt, ut stellas hyadas idcirco fuculas nominarent, quod Ἰάδες Latine suæ dicantur: sed ut ⁴ quod Græci Ἰάδες, nos super dicimus; quod illi Ἰάδες, nos supinus; quod Ἰάδες nos subulcus; quod item illi Ἰάδες, nos primo *supinus* deinde per *y* Græcæ Latinæque literæ cognationem *summus*; sic quod ab illis Ἰάδες, a nobis primo *syades*, deinde fuculæ appellatæ. Stellæ autem iste non capite Tauri sunt, ut Tiro dicit (nullum enim videtur præter eas stellas Tauri caput:) sed hæc ita circulo, qui zodiacus dicitur, sitæ locatæque sunt; ut ex earum positu species quædam

INTERPRETATIO.

^a Mixtis. ^b libros omnia continententes. ^c non a suis, ut nonnulli perperam ignari crediderunt. ^d rustici.

NOTÆ.

1. Πανδέκτου.] Consule notas in Præfationem Gellianam.

2. Ἰάδες.] Hyades signum est in Tauri fronte ἀπὸ τῆς Ἰάδες pluere appellatum, quod ortu occasuque suo largos imbres concitet. Ovidius lib. V. Faustor.

Navita quas Hyadas Graius ab imbre vocat.

Quod etiam inter ceteros censet Tullius lib. II. de nat. deorum. A poetis vocantur Atlantides, nempe fingunt septem Atlantis filias, cum Hyantis fratris a leone devorati desiderio extrabescerent, in septem stellas Jovis miseratione con-

versas, nomine fratris Hyadas fuisse nominatas. Earum nomina sunt: *Ambrósia, Eudora, Pasitoe, Corone, Plezauris, Pytho & Tyche.*

3. *Rupices.*] Ut Petrones, autore Festo, dicti sunt rustici a petrarum asperitate, ita & agrestes fortasse fuerint appellati rupices a rupium duritia. Quid sit Opicus alias diximus.

4. *Quod Græci Ἰάδες, &c.*] Aliquando enim spiritus asper, cum Græca dictio sit Latina, exprimitur litera *s*, ut patet in exemplis allatis.

& simulachrum esse videatur Tauri capitis: sicuti ceteræ partes & reliqua imago Tauri conformata & quasi depicta est locis regionibusque earum stellarum, quas Græci *ταειδαι*, nos vergilias vocamus.

CAPUT X.

Quod fororis etymon esse dixerit Labeo Antistius & quod fratris Nigidii.

- 5 **L**abeo Antistius juris quidem civilis disciplinam principali studio exercuit, & consulentibus de jure publice^a responsitavit; ceterarum quoque bonarum artium non expertus fuit: & in grammaticam sese atque dialecticam literasque antiquiores altioresque penetraverat; Latinarumque vocum origines rationesque percalluerat: eaque præcipue scientia ad enodandos plerosque juris laqueos utebatur. Sunt adeo libri post mortem ejus
10 editi qui *posteriores* inscribuntur. Quorum librorum tres continui tricesimus-octavus & tricesimus nonus & quadragesimus pleni sunt id genus rerum ad enarrandam & illustrandam linguam Latinam conducentium. Præterea in libris, quos ad prætoris edictum scripsit, multa posuit partim lepide
15 atque argute reperta. Sicuti hoc est, quod in quarto ad edictum libro scriptum legimus. *Soror*, inquit, *appellata est, quod quasi seorsum nascitur separaturque ab ea domo in qua nata est & in aliam familiam transfertur*. Fratris autem vocabulum P. Nigidius homo impense doctus non minus arguto subtilique^b *εἰρώμω* interpretatur. ¹ *Frater*, inquit, est
20 *Etus quasi fere alter*.

INTERPRETATIO.

a Sæpe responsum dedit. b etymologia.

NOTA.

1. *Frater est dictus quasi fere alter.* | dales ejusdem tribus *φράτορες* sunt dicti, ut observat Vossius, uti societas ipsa *φρατρία* nempe *ἀπό τῶν φράτων*, id est, a puteis, quia communi puteo uterentur. Haud paulo probabilius est aliud etymon quod Festus affert: est *frater* ab Æolico *φράτης* pro *φράτωρ*. Et quidem minime aliena est significatio. Nam proprie so-

CAPUT XI.

Quem M. Varro aptum justumque esse numerum convivarum existimavit: ac de mensis secundis & bellariis.

- 15 **L**epidissimus liber est M. Varronis ex satyris Menippæis, qui inscribitur. ¹ *NESCIS. QUID. VESPER. SERUS. VEHAT*, in quo differit de apto convivarum numero, deque ipsius convivii habitu cultu-

NOTA.

1. *Nescis quid vesper, &c.*] Consule notas in caput XXII. lib. I.

ἐπιλεῖν δουλεύουσαν, ἀποδεδήσασθαι ἐθέλησει. Quod Cicero fatum atque naturam videtur dixisse, id multo ante Demosthenes ¹ τῷ πεπορευμένῳ καὶ τὸν αὐτόματον δάνατον appellavit. Αὐτόματος enim δάνατος, quasi naturalis & fatalis, nulla extrinsecus vi coactus venit.

INTERPRETATIO.

¹ fatalis & naturalem mortem.

CAPUT II.

Super poetarum Pacuvii & Accii colloquio familiari in oppido Tarentino.

Quibus otium & studium fuit vitas atque ætates doctorum hominum quærere ac memoriæ tradere, de ¹M. Pacuvio & ²L. Accio tragicis poetis historiam scripserunt hujuscemodi. Cum Pacuvius, inquit, grandi jam ætate & morbo corporis diutino affectus, ³Tarentum ex urbe Roma ^a concessisset: Accius tunc haud parvo junior proficiscens in Asiam cum in oppidum venisset, devertit ad Pacuvium: comiterque invitatus, plusculique ab eo diebus retentus, tragœdiam suam, cui *Atreus* nomen est, desideranti legit. Tum Pacuvium dixisse aiunt sonora quidem esse, quæ scripserat, & grandia; sed videri ea tamen sibi duriora paulum & acerbiora. Ita est, inquit Accius, uti dicis Neque id sane me pœnitet. Meliora enim fore spero quæ deinceps scribam. Nam quod in pomis est; itidem, inquit, esse aiunt in ingeniis: quæ dura & acerba nascuntur, post sunt mitia & jucunda. Sed quæ gignuntur statim ^bvieta & mollia, atque in principio sunt ^cuvida; non matura mox fiunt, sed putria. Relinquendum igitur visum est in ingenio quod ^ddies atque ætas mitificet.

INTERPRETATIO.

^a Se recepisset. ^b languida. ^c humida. ^d quod diuturnitas temporis emolliat.

NOTÆ.

1. M. Pacuvio.] Consule quæ prius ruit an. U. C. I. DCXIV. ante Christum cxi. explicuimus lib. I. cap. XXIV.
3. Tarentum.] Urbs celeberrima in ea parte Italiæ quæ magna Græcia dicitur: vicino sinui nomen dedit.

CAPUT III.

An vocabula hæc necessitudo & necessitas differenti significatione sint.

Risu prorsus atque ludo res digna est, cum plerique grammaticorum alleverant necessitudinem & necessitatem ^amutare longe, longeque

INTERPRETATIO.

^a Habere diversam significationem.

differre: ideo quod *necessitas* sit vis quæpiam premens & cogens; *necessitudo* autem dicatur jus quoddam & vinculum religiosæ conjunctionis; idque unum solitarium significet. Sicut autem nihil quicquam interest *suaviudo* dicas an *suavitas*, *sanctitudo* an *sanctitas*, *acerbitudo* an *acerbitas*, *acritudo*, an, quod Accius in ^b Neoptolemo scripsit, *acritas*: ita nihil rationis dici potest, qui *necessitudo* & *necessitas* separentur. Itaque in libris veterum vulgo reperias *necessitudinem* dici, pro eo quod necessum est. Sed *necessitas* sane pro jure officioque observantiæ affinitatisque infrequens est: quamquam, qui ob hoc ipsum jus affinitatis familiaritatisve conjuncti sunt, *necessarii* dicuntur. Reperi tamen in oratione C. Cæsar^c, qua Plautiam rogationem suasit, *necessitatem* dictam pro *necessitudine*, id est, jure affinitatis. Verba hæc sunt. *Equidem mihi videor pro nostra necessitate non labore, non opera, non industria defuisse.* Hoc ego scripsi de utriusque vocabuli indifferentia, admonitus forte verbi istius, cum legerem Sempronii Asellionis veteris scriptoris quartum ex historia librum: In quo de P. Africano Pauli filio ita scriptum est. *Nam^d se patrem suum audisse dicere L. Amilium Paulum, nimis bonum imperatorem signis collatis non decertare, nisi summa necessitudo aut summa ei occasio data esset.*

INTERPRETATIO.

b tragœdia quæ inscribitur Neoptolemus. c qua autor fuit Plautiæ legis ferendæ. d dicebat.

NOTA.

1. *Plautiam rogationem.*] Cum ferenda lex erat, rogabatur conceptis verbis populus. *Velius, jubeatis Quirites ut hoc vel illud fiat.* Unde sæpe rogatio, lex & plebiscitum eadem notione usurpantur. Plautia rogatio lex fuit a Plautio Tribu-

no plebis lata, quam cum suscipisset Cæsar, teste Suetonio effecit, ut qui in civili discordia Lepidi partes fuerant secuti, in patriam impune reverti possent.

CAPUT IV.

20 *Olympiadis Alexandri matris comis ac prudens ad filium Alexandrum rescriptio.*

IN plerisque monumentis rerum ab ¹ Alexandro gestarum, & paulo ante in libro M. Varronis, qui inscriptus est *Orestes vel de insania*; Olympiadem Philippi uxorem festivissime rescripsisse legimus Alexandro filio. Nam cum is ad matrem ita scripsisset. REX. ALEXANDER. IOVIS. HAMMONIS. FILIUS. OLYMPIADI. MATRI. SALUTEM. DICIT. Olympias ei rescripsit ad hanc sententiam. ^a Amabo, inquit, mi

INTERPRETATIO.

^a Rogo te.

NOTA.

1. *Alexandro.*] De Alexandro, Philippo, Jove Ammone &c. superius abunde diximus.

fili quiescas: neque deferas me neque criminere adversum Junonem. Malum mihi prorsum illa magnum dabit, cum tu me literis tuis pellicem illi esse confiteris. Ea mulieris scitæ atque prudentis erga ferocem filium comitas sensim & comiter admonuisse eum visa est; deponendam esse opinionem vanam, quam ille ingentibus victoriis & adulantium blandimentis & rebus supra fidem prosperis ^b imbiberat, genitum esse sese de Jove.

INTERPRETATIO.

^b conceperat.

CAPUT V.

De Aristotele, Theophrasto & Menedemo philosophis, ^a deque elegantia verecundia Aristotelis successorem diatribæ suæ eligentis.

Aristoteles philosophus annos jam fere natus duo & sexaginta, corpore agro ^b affectoque, ac spe vitæ tenui fuit. Tunc omnis ejus sectatorum cohors ad eum accedit, orantes obsecrantesque ut ipse deligeret loci sui & magisterii successorem; ^c quo, post summum ejus diem, proinde ut ipso uterentur ad studia doctrinarum complenda excolendaque, quibus ab eo imbuti fuissent. Erant tunc in ejus ludo boni multi, sed præcipui duo Theophrastus & ¹ Menedemus. Ingenio hi atque doctrinis ceteros præstabant. Alter ex insula Lesbo fuit, Menedemus autem Rhodo. Aristoteles respondit facturum esse quod vellent, cum id sibi foret tempestivum. Postea brevi tempore cum idem illi, qui de magistro destinando petierant, præsentibus essent: vinum ait, quod tum biberet, ^d non esse id ex valetudine sua sed insalubre esse atque asperum; ac propterea quæri debere ^e exoticum vel Rhodium aliquod vel Lesbium. Id sibi utrumque ut curarent, petivit; usurumque eo dixit, quod sese magis juvisset. Eunt: curant: inveniunt: adferunt. Tum Aristoteles Rhodium petit: degustat. Firmum, inquit, hercle vinum & jucundum. Petiit mox Lesbium. Quo item degustato. Utrumque, inquit, ^f oppido bonum, sed ^g ἡδίστον ὁ Διόσβιτος. Id ubi dixit: nemini fuit dubium, quin lepide simul & verecunde successorem illa voce sibi, non vinum delegisset. Is erat ^e Lesbo Theophrastus, suavitate homo insigni linguæ pa-

INTERPRETATIO.

^a De insigni modestia Aristotelis eligentis successorem magisterii sui. ^b morbidum. ^c quem post ejus mortem tanquam alterum Aristotelem audirent. ^d nihil conferre ad sanitatem suam recuperandam. ^e peregrinum. ^f maxime bonum. ^g suavius Lesbium.

NOTA.

¹ Menedemus.] Contendunt hac in voce nonnulli mendum irrepisse, ac pro Menedemo censent Eudemum esse substitucendum, licet omnia exemplaria repugnent. His ego fortasse assentirer, si Eudemum illum probarent esse Rhodium.

riter atque vitæ. Itaque non diu post Aristotele vita defuncto, ad Theophrastum omnes concesserunt.

CAPUT VI.

^a Quid veteres Latini dixerunt quas Græci *αἰσθηδίας* appellant: & idem quod vocabulum barbarismi non usurpaverint neque Romani antiquiores neque Attici.

10 **Q**UAS Græci *αἰσθηδίας* dicunt, eas veteres docti tum notas vocum tum moderamenta tum accentuunculas tum voculationes appellabant. Quod nunc autem barbære quem loqui dicimus, id vitium sermonis non barbaram esse sed rusticum, & cum eo vitio loquentes rustice loqui dicitabant. P. Nigidius in commentariis grammaticis, *Rusticus fit sermo*, inquit, ^b *si adspires perperam*. Itaque id vocabulum, quod dicitur vulgo ² barbarissimus, qui ante divi Angusti ætatem pure atque integre locuti sunt an dixerint, nondum equidem inveni.

INTERPRETATIO.

^a Quomodo antiqui Latini appellarunt id quod Græci vocant *αἰσθηδίας*. ^b si duriore sono verbum efferas.

NOTÆ.

1. *Neque Attici.*] Mirum cur hæc postrema verba præferat titulus capituli, in quo simile nihil deprehendas. Præterea, ut notat H. Stephanus, cum *βαρβαρισμῶν* dixerint antiquiores Attici, sicut *ἀττικίζων*, *λακωνίζων*, vix dubium esse potest, quin *βαρβαρισμῶν* perinde fuerit in usu atque *ἀττικισμῶν* & *λακωνισμῶν*.
2. *Barbarissimus.*] Definitur a Quintiliano vitium quod fit in singulis verbis, ut si quis Afrum aut Hispanum orationi Latinæ nomen inserat: item si quis in verbo literam vel syllabam adjiciat, mutet, detrahat.

CAPUT VII.

Diversum de natura leonum dixisse Homerum in carminibus & Herodotum in historiis.

15

LEONAS inter omnem vitam semel parere, eoque uno partu nunquam ledere plures quam unum, Herodotus in tertia historia scriptum reliquit. Verba ex eo libro hæc sunt: ^a *Ἡδὲ δὴ λέαινα, ἔον ἰσχυρότατον καὶ δευσιπαιτον, ἀταξὶ ἐν τῷ βίῳ περὶ ἐν περὶ πικτούσα ἢ συνεχάλῃ τῷ τέλει τὸς μήτρας.*
20 Homerus autem leones (sic enim fœminas quoque virili genere appellat quod grammatici ¹ *ἐπιχονιον* vocant) pluris gignere atque educare catu-

INTERPRETATIO.

^a *Leona cum sit fortissimum, & au* | *unum catulum: pariens enim emittit*
durissimum animal, semel in vita parit | *cum factu matricem.*

NOTA.

1. *Ἐπιχονιον.*] Epicœnum genus a grammaticis illud dicitur quod sub uno

los dicit. Versus, quibus hoc aperte demonstrat, hi sunt.

Ἐἴσις ὡς πρὸς τὴν λέαν ὡς οἱ τεκέων,
 Ὡς ῥά τε νύπτι ἀζοντι ἀναθήσονται ἐν ὕλῃ
 Ἄνδρες ἐπιπύχτες.

Item alio in loco idem significat:

Ἐπιπύχτα μάλα στενάχων ὡς πρὸς λῆς ἠὲ γένειοι
 Ὡς ῥά θ' ἑσπὸς σκύμνος ἐλαφισόλοιο ἀπασεν αἰήρ
 Τλῆς ἐκ πυκνῆς.

Et nos dissensio atque diversitas cum agigaret inclutissimi poetarum & historicorum nobilissimi: placuit libros Aristotelis philosophi inspicere, quos de animalibus exquisitissime composuit. In quibus, quod super ista re scriptum invenimus, cum ipsius Aristotelis verbis, in his commentariis scribemus. Verba Aristotelis hæc sunt ex libro de historia animalium sexto.

Ἐάν δ' ὅπ μὲν ὀρεῖς ὀπιδεῖν, καὶ ἐσὶν ὀπιδεϋρητικόν, εἰρηται ἀφ' ὅτερον. ὀρεῖς δ' ἢ καὶ πικτεῖ ἢ πῶσαν ὄρεον, καὶ δ' ἔχασον μέντοι τὸν ἐνιαυτόν. πικτεῖ μὲν οὐδ' ἄρα ἔαρ. πικτεῖ δ' ὡς ὀπὶ τὸ πολὺ δύο· τὰ μὲν τὴν πλείστα ἐξ. πικτεῖ δ' ἐνίοτε καὶ ἐν. ὁ δ' ἢ κεῖναι μῦθος ἀπὸ τῆς ἐκβάλλει τὰς ὕστερας πικτεῖται, ληξέσθης ἐστὶν· συνετέθη δ' ἐκ τῶ σπείρας εἶναι τῶν λέοντος· ἀπορῶντος τῶν αἰψῶν τῶ τὸν μῦθον συνδέοντος σπείρας τὸ γένος τῶ τῆς λέοντων ἐστὶ, καὶ οὐκ ἐν πολλῶ γίνεται τόσῳ, ἀλλὰ τῆς εὐερέπης ἀπὸς ἐν τῶ μεταξὺ τῶ Ἐχελώος καὶ τῶ Νεσσῶ ποταμῶν. πικτεῖ δ' ὁ λέαν παῖς μικρῶ, ὡς πρὸς δὲ μῦθος ὄντα μόλις βαδίζειν. οἱ δ' ἐν Συεία λέοντες πικτεῖται περὶ τῆς τῶ σπείρας πέντε, εἴτα αἰὲ ἐνὶ ἐλαφισοία. καὶ δ' ἢ ταῦτα οὐκ ἐπὶ οὐδὲν πικτεῖται, ἀλλ' ἄζονοι διατελοῦσιν. οὐκ ἔχει δ' ἢ λέανια χρίτω, ἀλλ' ὁ ἀζῶν λέαν.

INTERPRETATIO.

b Stabat ut aliquis leo circum suos catulos, [sylvæ] cui catulos ducenti simul occurrunt in c Frequenter valde gemens: sicut leo nobilis cui catulos venator subripuit vir sylvæ ex densa.
 d Leo vero quod coeat aversus, & retro urinam reddat, dictum est prius. Coit vero & parit non omni tempore, per singulos tamen annos. Parit igitur vere, & parit ut plurimum duos, ad summum sex, parit aliquando & unum.

Quod autem dicitur a pariente matricem emitti, nugatorium est: id fictum est ex eo quod rari sint leones, cujus rei causam ignorabat qui fabulam hanc composuit: rarum enim genus leonum est, & non in multis generitur locis, sed Europa totius in hoc tantum loco qui est inter Acheloum & Nessum fluvium. Parit autem leo omnino parvos, ita ut duos menses nati vix ingrediantur. In Syria leones pariunt quinquies: primum quinque, deinde semper uno pauciores; postea vero nunquam pariunt, sed steriles vivunt, non habet leæna jubam, sed mas leo.

NOTÆ.

articulo marem ac fœminam promiscue comprehendit. Genus autem commune & epicœnum in hoc differunt, quod commune extendatur ad homines & pecora: epicœnum ad sola pecora referatur.
 e Ἐχελώος.] Achelous Astropotamo Sophiano, Geranlea Nigro & aliis Pætholmo, Ætolix in Achaia fluvius a rege

cognomine sic appellatus, in mare evolvitur ad septentrionem Echinadum insularum.
 3. Νέσος.] Nessus sive Nestus, ut vocant Herodotus & Plinius, Thraciæ fluvius ortus ex Hæmo monte, in mare delabitur paulo supra Thasum insulam: dicitur Nesto Sophiano, & Charafon Turcis teste Bellonio.

βάλλει ὃ ὁ λέων τοῦ κυνόδοντος κλημίδους. τέσσαρες μόνους, δύο μὲν ἀνωθεν, δύο δὲ κατωθεν· βάλλει ὃ ἐξάμιλλοι ἂν τῶν ἡλικίων.

INTERPRETATIO.

Mutat leo dentes qui vocantur canini. quatuor tantum, duos supra, duos infra: mutat autem sex menses natus.

CAPUT VIII.

Quod Afranius poeta prudenter & lepide sapientiam filiam esse Usus & Memoria dixit.

5 **E**Ximie hoc atque verissime ^a Afranius poeta de gignenda comparandaque sapientia opinatus est; quod eam filiam Usus & Memoriae dixit. Eo namque argumento demonstrat, qui sapiens esse rerum humanarum velit ^b non libris solis neque disciplinis rhetoricis dialecticisque opus esse; sed oportere eum versari quoque exerceri ^c in rebus ^d minus noscendis periclitandisque; eaque omnia acta & eventa firmiter
10 meminisse; & proinde sapere ac ^e consulere ex his quæ pericula ipsa rerum docuerint, non quæ libri tantum ac magistri per quasdam inanitates verborum & imaginum, tanquam in mimo aut in somnio, didicerint. Versus Afranii sunt in ^f togata, cui Sellæ nomen est.

15 *Usus me genuit: mater peperit Memoria.*

Sophiam vocant me ^g Graeci, vos Sapientiam.

Item versus est in eandem ferme sententiam Pacuvii: quem Macedo philosophus vir bonus, familiaris meus, scribi debere censebat pro foribus omnium templorum.

20 ^h *Ego odi homines ignava opera & philosopha sententia.*

Nihil enim fieri posse indignius neque intolerantius dicebat, quam quod homines ignavi ac desides, operi barba & pallio, mores & emolumenta philosophiæ in linguæ verborumque artes converterent; & ⁱ viria facundissime accusarent ^j intercutibus ipsi vitiis madentes.

INTERPRETATIO.

^a In rebus administrandis per se ipsum ^k & in rerum usu acquirendo. ^l ^m ⁿ ^o ^p ^q ^r ^s ^t ^u ^v ^w ^x ^y ^z ^{aa} ^{ab} ^{ac} ^{ad} ^{ae} ^{af} ^{ag} ^{ah} ^{ai} ^{aj} ^{ak} ^{al} ^{am} ^{an} ^{ao} ^{ap} ^{aq} ^{ar} ^{as} ^{at} ^{au} ^{av} ^{aw} ^{ax} ^{ay} ^{az} ^{ba} ^{bb} ^{bc} ^{bd} ^{be} ^{bf} ^{bg} ^{bh} ^{bi} ^{bj} ^{bk} ^{bl} ^{bm} ^{bn} ^{bo} ^{bp} ^{bq} ^{br} ^{bs} ^{bt} ^{bu} ^{bv} ^{bw} ^{bx} ^{by} ^{bz} ^{ca} ^{cb} ^{cc} ^{cd} ^{ce} ^{cf} ^{cg} ^{ch} ^{ci} ^{cj} ^{ck} ^{cl} ^{cm} ^{cn} ^{co} ^{cp} ^{cq} ^{cr} ^{cs} ^{ct} ^{cu} ^{cv} ^{cw} ^{cx} ^{cy} ^{cz} ^{da} ^{db} ^{dc} ^{dd} ^{de} ^{df} ^{dg} ^{dh} ^{di} ^{dj} ^{dk} ^{dl} ^{dm} ^{dn} ^{do} ^{dp} ^{dq} ^{dr} ^{ds} ^{dt} ^{du} ^{dv} ^{dw} ^{dx} ^{dy} ^{dz} ^{ea} ^{eb} ^{ec} ^{ed} ^{ee} ^{ef} ^{eg} ^{eh} ^{ei} ^{ej} ^{ek} ^{el} ^{em} ^{en} ^{eo} ^{ep} ^{eq} ^{er} ^{es} ^{et} ^{eu} ^{ev} ^{ew} ^{ex} ^{ey} ^{ez} ^{fa} ^{fb} ^{fc} ^{fd} ^{fe} ^{ff} ^{fg} ^{fh} ^{fi} ^{fj} ^{fk} ^{fl} ^{fm} ^{fn} ^{fo} ^{fp} ^{fq} ^{fr} ^{fs} ^{ft} ^{fu} ^{fv} ^{fw} ^{fx} ^{fy} ^{fz} ^{ga} ^{gb} ^{gc} ^{gd} ^{ge} ^{gf} ^{gg} ^{gh} ^{gi} ^{gj} ^{gk} ^{gl} ^{gm} ^{gn} ^{go} ^{gp} ^{gq} ^{gr} ^{gs} ^{gt} ^{gu} ^{gv} ^{gw} ^{gx} ^{gy} ^{gz} ^{ha} ^{hb} ^{hc} ^{hd} ^{he} ^{hf} ^{hg} ^{hh} ^{hi} ^{hj} ^{hk} ^{hl} ^{hm} ^{hn} ^{ho} ^{hp} ^{hq} ^{hr} ^{hs} ^{ht} ^{hu} ^{hv} ^{hw} ^{hx} ^{hy} ^{hz} ^{ia} ^{ib} ^{ic} ^{id} ^{ie} ^{if} ^{ig} ^{ih} ⁱⁱ ^{ij} ^{ik} ^{il} ^{im} ⁱⁿ ^{io} ^{ip} ^{iq} ^{ir} ^{is} ^{it} ^{iu} ^{iv} ^{iw} ^{ix} ^{iy} ^{iz} ^{ja} ^{jb} ^{jc} ^{jd} ^{je} ^{jf} ^{jj} ^{jh} ^{ji} ^{jj} ^{jk} ^{jl} ^{jm} ^{jn} ^{jo} ^{jp} ^{jq} ^{jr} ^{js} ^{jt} ^{ju} ^{jv} ^{jw} ^{jx} ^{ky} ^{kz} ^{la} ^{lb} ^{lc} ^{ld} ^{le} ^{lf} ^{lg} ^{lh} ^{li} ^{lj} ^{lk} ^{ll} ^{lm} ^{ln} ^{lo} ^{lp} ^{lq} ^{lr} ^{ls} ^{lt} ^{lu} ^{lv} ^{lw} ^{lx} ^{ly} ^{lz} ^{ma} ^{mb} ^{mc} ^{md} ^{me} ^{mf} ^{mg} ^{mh} ^{mi} ^{mj} ^{mk} ^{ml} ^{mm} ^{mn} ^{mo} ^{mp} ^{mq} ^{mr} ^{ms} ^{mt} ^{mu} ^{mv} ^{mw} ^{mx} ^{my} ^{mz} ^{na} ^{nb} ^{nc} nd ^{ne} ^{nf} ^{ng} ^{nh} ⁿⁱ ^{nj} ^{nk} ^{nl} ^{nm} ⁿⁿ ^{no} ^{np} ^{nq} ^{nr} ^{ns} ^{nt} ^{nu} ^{nv} ^{nw} ^{nx} ^{ny} ^{nz} ^{oa} ^{ob} ^{oc} ^{od} ^{oe} ^{of} ^{og} ^{oh} ^{oi} ^{oj} ^{ok} ^{ol} ^{om} ^{on} ^{oo} ^{op} ^{oq} ^{or} ^{os} ^{ot} ^{ou} ^{ov} ^{ow} ^{ox} ^{oy} ^{oz} ^{pa} ^{pb} ^{pc} ^{pd} ^{pe} ^{pf} ^{pg} ^{ph} ^{pi} ^{pj} ^{pk} ^{pl} ^{pm} ^{pn} ^{po} ^{pp} ^{pq} ^{pr} ^{ps} ^{pt} ^{pu} ^{pv} ^{pw} ^{px} ^{py} ^{pz} ^{qa} ^{qb} ^{qc} ^{qd} ^{qe} ^{qf} ^{qg} ^{qh} ^{qi} ^{qj} ^{qk} ^{ql} ^{qm} ^{qn} ^{qo} ^{qp} ^{qq} ^{qr} ^{qs} ^{qt} ^{qu} ^{qv} ^{qw} ^{qx} ^{qy} ^{qz} ^{ra} ^{rb} ^{rc} rd ^{re} ^{rf} ^{rg} ^{rh} ^{ri} ^{rj} ^{rk} ^{rl} ^{rm} ^{rn} ^{ro} ^{rp} ^{rq} ^{rr} ^{rs} ^{rt} ^{ru} ^{rv} ^{rw} ^{rx} ^{ry} ^{rz} ^{sa} ^{sb} ^{sc} ^{sd} ^{se} ^{sf} ^{sg} ^{sh} ^{si} ^{sj} ^{sk} ^{sl} sm ^{sn} ^{so} ^{sp} ^{sq} ^{sr} ^{ss} st ^{su} ^{sv} ^{sw} ^{sx} ^{sy} ^{sz} ^{ta} ^{tb} ^{tc} ^{td} ^{te} ^{tf} ^{tg} th ^{ti} ^{tj} ^{tk} ^{tl} tm ^{tn} ^{to} ^{tp} ^{tq} ^{tr} ^{ts} ^{tt} ^{tu} ^{tv} ^{tw} ^{tx} ^{ty} ^{tz} ^{ua} ^{ub} ^{uc} ^{ud} ^{ue} ^{uf} ^{ug} ^{uh} ^{ui} ^{uj} ^{uk} ^{ul} ^{um} ^{un} ^{uo} ^{up} ^{uq} ^{ur} ^{us} ^{ut} ^{uu} ^{uv} ^{uw} ^{ux} ^{uy} ^{uz} ^{va} ^{vb} ^{vc} ^{vd} ^{ve} ^{vf} ^{vg} ^{vh} ^{vi} ^{vj} ^{vk} ^{vl} ^{vm} ^{vn} ^{vo} ^{vp} ^{vq} ^{vr} ^{vs} ^{vt} ^{vu} ^{vv} ^{vw} ^{vx} ^{vy} ^{vz} ^{wa} ^{wb} ^{wc} ^{wd} ^{we} ^{wf} ^{wg} ^{wh} ^{wi} ^{wj} ^{wk} ^{wl} ^{wm} ^{wn} ^{wo} ^{wp} ^{wq} ^{wr} ^{ws} ^{wt} ^{wu} ^{wv} ^{ww} ^{wx} ^{wy} ^{wz} ^{xa} ^{xb} ^{xc} ^{xd} ^{xe} ^{xf} ^{xg} ^{xh} ^{xi} ^{xj} ^{xk} ^{xl} ^{xm} ^{xn} ^{xo} ^{xp} ^{xq} ^{xr} ^{xs} ^{xt} ^{xu} ^{xv} ^{xw} ^{xx} ^{xy} ^{xz} ^{ya} ^{yb} ^{yc} ^{yd} ^{ye} ^{yf} ^{yg} ^{yh} ^{yi} ^{yj} ^{yk} ^{yl} ^{ym} ^{yn} ^{yo} ^{yp} ^{yq} ^{yr} ^{ys} ^{yt} ^{yu} ^{yv} ^{yw} ^{yx} ^{yy} ^{yz} ^{za} ^{zb} ^{zc} ^{zd} ^{ze} ^{zf} ^{zg} ^{zh} ^{zi} ^{zj} ^{zk} ^{zl} ^{zm} ^{zn} ^{zo} ^{zp} ^{zq} ^{zr} ^{zs} ^{zt} ^{zu} ^{zv} ^{zw} ^{zx} ^{zy} ^{zz}

NOTE.

1. Afranius.] Consule notas in caput XI. libri X.

2. Cominus.] Ex MS. regio legit Lambecius communibus.

3. Togata.] Vide quæ capite eodem

XI. lib. X. explicuimus.

4. Intercutibus vitiis.] Intercus vitium illud est, quod foris non videtur, quasi sub cute delitescens.

CAPUT IX.

*Quid Tullius Tiro in commentariis scripserit de Suculis & Hyadibus
que sunt stellarum vocabula.*

TULLIUS Tiro M. Ciceronis alumnus & libertus adjutorque in literis
studiorum ejus fuit. Is libros compluris de usu atque ratione linguæ
Latinæ, item de variis atque a promiscis quæstionibus composuit. In his
esse præcipui videntur, quos Græco titulo ^b *πυδέντας* inscripsit, tamquam
omne rerum atque doctrinarum genus continentis. Ibi de his stellis, quæ
appellatur suculæ, hoc scriptum est. *Adeo, inquit, veteres Romani lite-
ras Græcas nesciverunt & rudes Græcæ lingua fuerunt, ut stellas, quæ in
capite Tauri sunt, propterea suculas appellarint, quod eas Græci ² υάδες vo-
cant; tamquam id verbum Latinum Græci verbi interpretamentum sit. Quia
Græce υές, sues Latine dicantur. Sed υάδες, inquit, ^c οὐκ εἶναι ἴσθησαν,
ita ut nostri opici putaverunt, sed ab eo, quod est υείν, appellantur. Nam
& cum oriuntur & cum occidunt, tempestates pluvias largosque imbres
ciant. Pluere autem & Græca lingua υείν dicitur. Hæc quidem Tiro in
pandectis. Sed enim veteres nostri non usque eo ^d rupices & agrestes
fuerunt, ut stellas hyadas idcirco suculas nominarent, quod υές Latine
sues dicantur: sed ut ⁴ quod Græci υῆς, nos super dicimus; quod illi
υῆς, nos supinus; quod υοπέδος nos subulcus; quod item illi υῆς,
nos primo *synnus* deinde per γ Græcæ Latinæque literæ cognationem
summus; sic quod ab illis υάδες, a nobis primo syades, deinde suculæ
appellatæ. Stellæ autem iste non capite Tauri sunt, ut Tiro dicit (nullum
enim videtur præter eas stellas Tauri caput:) sed hæc ita circulo, qui zo-
diacus dicitur, sitæ locatæque sunt; ut ex earum positu species quædam*

INTERPRETATIO.

^a Mixtis. ^b libros omnia continentes. ^c non a suis, ut nonnulli perperam
ignari crediderunt. ^d rustici.

NOTÆ.

1. *πυδέντας*.] Consule notas in Præ-
fationem Gellianam

2. *υάδες*.] Hyades signum est in
Tauri fronte αἶο & υείν pluere appella-
tum, quod ortu occasuque suo largos
imbres concitet. Ovidius lib. V. Fastor.

*Navita quas Hyadas Graivus ab im-
bre vocat.*

Quod etiam inter ceteros censet Tullius
lib. II. de nat. deorum. A poetis vo-
cantur Atlantides, nempe fingunt sep-
tem Atlantis filias, cum Hyantis fratris
a leone devorati desiderio extabescerent,
in septem stellas Jovis miseratione con-

versas, nomine fratris Hyadas fuisse
nominatas. Earum nomina sunt: *Ambrosia, Eudora, Pasirhoe, Corone, Ple-
xauris, Pytho & Tyche.*

3. *Rupice*.] Ut Petrones, autore Fe-
sto, dicti sunt rustici a petrarum aspe-
ritate, ita & agrestes fortasse fuerint ap-
pellati rupices a rupium duritia. Quid
sit Opicus alias diximus.

4. *Quod Græci υῆς, &c.*] Aliquando
enim spiritus asper, cum Græca dictio sit
Latina, exprimitur litera s, ut patet in
exemplis allatis.

& simulachrum esse videatur Tauri capitis: sicuti ceteræ partes & reliqua imago Tauri conformata & quasi depicta est locis regionibusque earum stellarum, quas Græci *πλειάδης*, nos vergilias vocamus.

CAPUT X.

Quod sororis etymon esse dixerit Labeo Antistius & quod fratris Nigidius.

- 5 **L**abeo Antistius juris quidem civilis disciplinam principali studio exercuit, & consulentibus de jure publice^a responsitavit; ceterarum quoque bonarum artium non expertus fuit: & in grammaticam sese atque dialecticam literasque antiquiores altioresque penetraverat; Latinarumque vocum origines rationesque percalluerat: eaque præcipue scientia ad enodandos plerosque juris laqueos utebatur. Sunt adeo libri post mortem ejus editi qui *posteriores* inscribuntur. Quorum librorum tres continui tricesimus-octavus & tricesimus nonus & quadragesimus pleni sunt id genus rerum ad enarrandam & illustrandam linguam Latinam conducentium. Præterea in libris, quos ad prætoris edictum scripsit, multa posuit partim lepide
10 atque argute reperta. Sicuti hoc est, quod in quarto ad edictum libro scriptum legimus. *Soror*, inquit, *appellata est, quod quasi seorsum nascitur separaturque ab ea domo in qua nata est & in aliam familiam transfertur*. Fratris autem vocabulum P. Nigidius homo impense doctus non minus argute subtilique^b *ἐτυμολογία* interpretatur. ¹ *Frater*, inquit, *est di-*
20 *ctus quasi fere alter.*

INTERPRETATIO.

^a Sæpe responsum dedit. ^b *etymologia.*

NOTA.

1. *Frater est dictus quasi fere alter.* | dales ejusdem tribus *φράτορες* sunt dicti,
Haud paulo probabilius est aliud etymon | ut observat Vossius, uti societas ipsa
quod Festus affert: est *frater* ab Æolico | *φρατρία* nempe *ἀπό τῆ φράττιος*, id est, a
φράττιος pro *φράττιος*. Et quidem minime | puteis, quia communi puteo uterentur.
aliena est significatio. Nam proprie so-

CAPUT XI.

Quem M. Varro aptum justumque esse numerum convivarum existimavit: ac de mensis secundis & bellariis.

- 25 **L**epidissimus liber est M. Varronis ex satyris Menippæis, qui inscribitur. ¹ *NESCIS. QUID. VESPER. SERUS. VEHAT.* in quo differit de apto convivarum numero, deque ipsius convivii habitu cultu-

NOTA.

1. *Nescis quid vesper, &c.*] Consule notas in caput XXII. lib. I.

que.

que. Dicit autem convivarum numerum incipere oportere a ² Gratiarum numero, & progredi ad Musarum; id est, proficisci a tribus & consistere in novem: ut, cum paucissimi convivæ sunt, non pauciores sint quam tres; cum plurimi, non plures quam novem. Nam multos, inquit, esse non convenit^a quod turba plerumque est turbulenta. * * & ³ Roma quidem constat, sed & Athenis; nusquam autem plures cubant * *. Ipsum deinde convivium constat, inquit, ex rebus quatuor, & tum denique^b omnibus suis numeris absolutum est; ^c si belli homunculi collecti sunt, si lectus locus, si^d tempus lectum, si apparatus non neglectus. Nec loquaces autem, inquit, convivas nec multos legere oportet. Quia eloquentia in foro & ¹⁰ apud subfellia, silentium vero non in convivio sed in cubiculo esse debet. Sermones igitur id temporis habendos censet non super rebus anxiiis aut tortuosis, sed jucundos atque inevitabiles & cum quadam illecebra & voluptate utiles; ex quibus ingenium nostrum venustius fiat & amœnienus. Quod profecto, inquit, eveniet, si de id genus rebus ad communem vitam ¹⁵ non pertinentibus confabulemur, de quibus in foro atque in negotiis agendis loqui non est otium. ^e Dominum autem, inquit, convivii esse oportet non tam lautum, quam sine sordibus: & in convivio legi non omnia debent, sed ea potissimum quæ simul sint ^f βιωελη & delectent. & Neque non de secundis quoque mensis cujusmodi esse eas oporteat præcipit. His enim verbis utitur. ⁵ Bellaria, inquit, ea maxime sunt ⁶ mellita, que ²⁰ mellita non sunt. ^h ⁷ πίμυρον enim cum πείφι societas infida. Quod Varro hoc in loco dixit, bellaria; ne quis forte in ista voce hæreat; significat id vocabulum omne mensæ secundæ genus. Nam quæ πίματα Græci aut

INTERPRETATIO.

^a Quod magnus numerus sæpe tumultuatur. ^b omni ex parte perfectum est. ^c si homines festivo ingenio congregati sunt, si locus sit electus. ^d in forensi exercitatione. ^e qui autem excipit convivas, debet esse non tam magnificus quam alienus ab avaritia. Futilia vita eodem modo quod spectat secundas mensas, monet quales esse debeant. ^h bellaria enim cum consecratione non bene conveniunt.

NOTÆ.

² Gratiarum numero.] Nempe ut neque minor quam Gratiarum sit, neque quam Musarum numerosior, ut explicat Macrobius. Porro Gratiæ a Græcis Charites appellatæ sunt Jovis & Eurynomes filie. Tres ideo dicuntur quod una beneficium conferat, accipiat altera, tertia referat.

³ Roma quidem, &c.] Vitiosus hic locus est, plerisque in editionibus, nos antiquissimas secuti sumus.

⁴ Tempus lectum.] Suum convivium erat tempus assignatum, idque circa meridiem: quam horam si qui gulones anteverterent, tempestive dicebantur epulari: si qui convivium ad noctem usque producerent, nocturnum & in-

tempestivum appellabatur; ut patet ex probatis scriptoribus a Lipsio laudatis, qui tempestivas pariter & intempestivas epulas vitio vertere solent.

⁵ Bellaria.] Poma sunt, aut aliquid simile saccharo vel melle conditum, quod sub finem cœnæ solet apponi; Latini mensas secundas, Græci τραγήματα, nos Galli dicimus le dessert.

⁶ Maxime mellita sunt, &c.] Is sensus est ex bellariis ea esse maxime esculenta, ac valetudini utilia, quorum nativus sapor non sit variis condimentis corruptus.

⁷ Πίμυρον.] Πίμυρα cupediæ sunt quibus immiscebatur butyrum.

² ἡρακλήωτα dixerunt, ea veteres nostri bellaria appellaverunt. Vina quae dulciora est invenire in comœdiis antiquioribus hoc nomine appellata; dictaque esse ea ¹9 Liberi.

INTERPRETATIO.

i Bacchi bellaria.

NOTÆ.

8. Τραγῆματα.] Bellaria ἀπὸ τῆς τραγῆμα-
τιδ est, manducare, cujus Aor. 2. τραγῆ-
ματι. Hinc fortasse derivatum nomen cu-
pediarum quas Galli vocamus, *des dra-
gées*.

9. Liberi.] Bacchus dictus est Liber,
an quod Bœotiam, in qua natus erat,
in libertatem asseruit? An quod vinum
liberet animum curis, & loquendi li-
bertatem inducat?

CAPUT XII.

Tribunos plebis prensionem habere, ¹ vocationem non habere.

- 5 **I**N quadam epistola Atei Capitonis scriptum legimus, Labeonem Anti-
stium legum atque morum populi Romani jurisque civilis doctum ap-
prime fuisse. *Sed agitabat*, inquit, *hominem libertas quadam nimia atque*
^a *vecors: usque eo ut, D. Augusto jam principe & rempublicam obtinente,*
^b *ratum tamen pensumque nihil haberet, nisi quod justum sanctumque esse*
10 *in Romanis antiquitatibus legisset.* Ac deinde narrat quid idem Labeo per
^c *viatorem a tribunis plebi vocatus responderit.* ^d *Cum a muliere*, inquit,
quadam tribuni plebis adversum eum aditi Gellianum ad eum misissent, ut
veniret & mulieri responderet: jussit eum, qui missus erat, redire: & tri-
^e *butnis dicere jus eos non habere neque se neque alium quemquam vocandi.*
15 *Quoniam moribus majorum tribuni plebis prensionem haberent, vocationem*
non haberent. Possè igitur eos venire & prendi se jubere; sed vocandi ab-
sentem jus non habere. Cum hoc in ea Capitonis epistola legissemus; id-
ipsum postea in M. Varronis rerum humanarum uno & vicefimo libro
20 enarratius scriptum invenimus: verbaque ipsa super ea re Varronis ad-
scripsimus. *In magistratu*, inquit, *habent alii vocationem, alii prensio-*
nem, alii neutrum. Vocationem; ut consules & ceteri qui habent imper-
rium. Prensionem; ut tribuni plebis & alii qui habent viatorem. Neque vo-

INTERPRETATIO.

a *Insana.* b *nihil estimaret, nihil cu-
raret.* c *apparitorem.* d *cum tribuni ple-
bis quos mulier quadam contra eum con-
venerat, ad eum misissent Gellianum ap-*

paritorem. e *quia juxta consuetudinem
veterum tribuni plebis habebant jus com-
prehendendi, non habebant jus vocandi.*

NOTA.

1. *Vocationem non habere.*] *Quamquam
tribuni plebis quemquam vocandi jus
non haberent, licebat tamen ipsis quem-
cunque vellent comprehensum in*

*concionem producere, & cogebant qui-
bus de rebus esset interrogatus, de iis
respondere.*

cationem neque p̄nsionem; ut ² quaestores & ceteri qui neque lictorem habent neque viatorem. Qui vocationem habent, idem prendere, tenere, abducere, possunt. Et hac omnia sive adsunt quos vocant, sive acciri iusserunt. Tribuni plebis vocationem habent nullam. ⁴ Neque minus multi imperiti proinde atque haberent ea sunt usi. Nam quidam non modo privatum sed etiam consulem ³ in ³ rostra vocari iusserunt. Ego triumvir vocatus a P. Porcio tribuno plebis non iui ^h auctoribus principibus; & vetus jus tenui. Item tribunus cum essem vocari neminem iussi; neque vocatum a collega parere iovitum. Hujus ego iuris, quod M. Varro tradit, Labeonem arbitror vana tunc fiducia, cum privatus esset, vocatum a tribunis non esse. ¹ Quæ, malum, autem ratio fuit vocantibus nolle obsequi; quos confiteare jus habere prendendi? Nam jure prendi qui potest, etiam in vincula duci potest. Sed quærentibus nobis quam ob causam tribuni, qui haberent summam coercendi potestatem, jus vocandi non habuerint: quod tribuni plebis antiquitus creati videntur non juri dicundo, nec causis querelisque de absentibus noscendis, sed ⁴ intercessionibus faciendis quibus præsentibus fuissent; ut injuria, quæ coram fieret, arceretur: ac propterea ^k jus abnoctandi ademptum; quoniam, ut vim fieri vetarent, assiduitate eorum & præsentium oculis opus erat.

INTERPRETATIO.

f. & nihilominus multi ignari usi sunt vocatione quasi jus haberent. g. in forum. h. pes. i. sed quæ, o rem absurdam! causa fuit &c. k. ablatum est ipsis jus quo poterant noctu abesse Roma.

NOTÆ.

2. *Quaestores.*] Eorum officium erat ex pecunia publica, quam a præfectis ærarii accipiebant, stipendia exercitui ac viaticum legatis subministrare: a quaerendo dicti sunt quod pecunias publicas conquirerent.

3. *Rostra.*] Templum fuit Romæ in foro, quod navibus Antiaticum partim in navalia Romæ subductis partim incensis, earum rostris adornatum fuit.

4. *Intercessionibus faciendis.*] Tribuni plebis senatui & magistratibus aliis, cum adversus plebem injustum aliquid moliebantur, nominetotius populi intercedebant, id est, opponebant se se, & eorum conatus frangebant, adhibita solenni voce VETO. Et quidem tanta auctoritate, ut si quis contra obmutiret, in vincula per viatorem tribunitium raperetur.

CAPUT XIII.

Quod in libris Humanarum ^a M. Varronis scriptum est, adiles & quaestores ²⁰ populi Romani in jus a privato ad prætorem vocari posse.

¹ CUM ex angulis secretisque librorum ac magistrorum in medium jam hominum & in lucem fori prodissim, quæsitum esse memini

INTERPRETATIO.

^a Rerum. ^b cum ex reconditioribus bibliothecis ac scholis venissem in publicum & in forensam exercitationem.

in plerisque Romæ^e stationibus jus publice docentium aut respondentium, an quæstor populi Romani ad prætorem in jus vocari posset. Id autem non^d ex otiosa quæstione agitabatur : sed usus forte natæ rei ita erat, ut vocandus esset in jus quæstor. Non pauci igitur existimabant jus vocationis in eum prætori non esse : quoniam magistratus populi Romani proculdubio esset ; & neque vocari, neque, si venire noller, capi aut prendi, salva ipsius magistratus majestate posset. Sed ego, qui tum assiduus in libris M. Varronis fui, cum hoc quæri dubitarique animadvertissem ; protuli unum & vicesimum rerum humanarum : In quo ita scriptum fuit. ^e Qui potestatem neque vocationis populi virium habent neque preñsionis ; eos magistratus a privato in jus quoque vocari est potestas. M. Levinus adilis curulis a privato ad prætorem in jus est eductus. Nunc stipati servis publicis non modo prendi non possunt, sed etiam ultro summovent populum. Hoc Varro in ea libri parte de ædilibus. Supra autem in eodem libro quæstores neque vocationem habere neque preñsionem dicit. Utraque igitur libri parte recitata in Varronis omnes sententiam concesserunt ; quæstorque in jus ad prætorem vocatus est.

INTERPRETATIO.

c in plurimis Roma locis, ubi sunt | dicitur appellandus. c magistratus qui
qui publice docent aut respondent. d non | nec habent jus vocandi populum virium
inani quæstione proponebatur, sed ita se | nec capiendi, possunt appellari in iudicium
se obtulerat occasio, ut quæstor esset in ju- | a privato.

CAPUT XIV.

Quid sit Pomærium.

¹ Pomærium quid esset, augures P. R. qui libros de auspiciis scripserunt, ² istiusmodi sententia definiunt. Pomærium est locus intra agrum ³ effatum per totius urbis circumitum pone muros regionibus certis determinatus, ^c qui facit finem ³ urbani auspicii. Antiquissimum autem po-

INTERPRETATIO.

^a His verbis. b consecratum ceremoniis augurum. c qui terminat locum ubi capiuntur auspicia urbana.

NOTÆ.

1. Pomærium.] Quasi post murum, teste Varrone, murum enim pro murum veteres dicebant, locus est tam intra quam extra urbem, quem in condendis urbibus augurato consecrabant. Ibi neque licebat arbores serere, nec domos ædificare, ne si forte immineret hostis, liberum non esset ad urbem defendendam spatium.

2. Effatum.] Effari dicebantur augures, cum ultimas augurii sui preces proferebant, unde & effatus ager, effata templa sunt, in quibus augures sacris operati preces fundebant.

3. Urbani auspicii.] Quæ auspicia in urbe observabantur, urbana dicta sunt,

mœrium, quod a Romulo institutum est, 4 Palatini montis radicibus terminabatur. Sed id pomœrium pro incrementis reipublicæ a aliquotiens prolatum est, & multos editosque collis circumplexum est. Habebat autem jus proferendi pomœrii, qui e populum Rom. agro de hostibus capto auerat. Propterea quæsitum est, ac nunc etiam in quæstione est, 5 quam ob causam ex septem urbis montibus, cum ceteri sex intra pomœrium sint, 6 Aventinus solum, quæ pars f non longinqua nec infrequens est, extra pomœrium sit: neque id 7 Servius Tullius rex neque Sulla, 8 qui proferendi pomœrii titulum quæsit, neque postea D. Julius, cum pomœrium proferret, intra effatos urbis fines incluserint. Hujus rei 10 Messala aliquot causas videri scribit. Sed præter eas omnes ipse unam probat, quod in eo monte 8 Remus urbis condendæ gratia h auspicaverit, avesque irritas habuerit, superatusque in auspicio a Romulo sit. Idcirco, inquit, omnes, qui pomœrium protulerunt, montem istum excluserunt 1 quasi avibus obscœnis ominosum. Sed de Aventino monte prætermittendum non putavi, quod non pridem ego in Elydis grammatici veteris commentario 15 offendi: In quo scriptum erat, Aventinum antea, sicuti diximus, extra pomœrium exclusum, post auctore D. Claudio receptum, k & intra pomœrii fines observatum.

INTERPRETATIO.

d aliquoties extensum est ultra primos fines, e ditionem populi Romani, f vicina est & populosa. g qui affectavit laudem extendendi pomœrii, h sumpsit auspicia & ab avibus infelix omen habuerit i qua-

se perenderet malum aliquod avibus fieri augurii. k & postquam inclusus est intra pomœrium, ex eo monte augures observasse de cœlo.

NOTÆ.

4. Palatini montis.] Is unus est ex septem collibus Romæ, in quo primæ tantæ urbis fundamenta jacta sunt. Etiamnum Monte Palatino dicitur, & ejus pars obversa foro boario vocatur Palazzo maggiore quod ibi Cæsarum olim extractum fuerit palatium.

5. Septem urbis montibus.] Fuere nimirum Palatinus, Capitolinus, Quirinalis, Cœlius, Esquilinus, Viminalis, Aventinus.

6. Aventinus.] Quem ab Aventino Albanorum rege nomen habuisse docent Varro, Dionys. Halicarnassæus, Livius &c. Nunc dicitur Monte di S. Sabina.

7. Servius Tullius.] Hic Sextus Romanorum rex instituto censu, populo in classes distributo, urbe amplificata

ac regno summa virtute per annos XLIV. administrato clarus, generi sui Tarquinii ac filiæ crudeli patricidio periit an. U. C. CCXIX. ante Christum natum 1033.

8 Remus.] Romuli Romæ conditoris frater. Occisum multi tradidere, quod novæ urbis munimenta contemnens fossam per ludibrium transilisset: hanc tamen opinionem explodunt Dionysius & Livius, aiuntque, cum populus in duas distractus partes hinc staret a Remo, quod prior vidisset aves: inde a Romulo, quod plures duplo, contentione orta fratres venisse ad manus, & in turba Remum vulneribus confectum occubuisse an. 1. U. C. ante Christ. 1033.

CAPUT XV.

Verba ex libro Messalæ auguris ; quibus docet qui sint minores magistratus , & consulem prætoremque collegas esse : & quedam alia de auspiciis. Item verba ejusdem Messalæ differentis , aliud esse ad populum loqui , aliud cum populo agere ; & qui magistratus a quibus avocent comitiatum.

IN edicto consulum , quò edicunt qui dies comitiis centuriatis futurus sit , scribitur ex vetere forma perpetua. **NE. QUI S. MAGISTRATUS. MINOR.** ^a **DE. CÆLO. SERVASSE. VELIT.** Quæritur igitur solet , qui sint magistratus minores : super hac re meis verbis nihil opus fuit ; quoniam liber Messalæ auguris de auspiciis primus , cum hoc scriberemus , forte adfuit : propterea ex eo libro . verba ipsius Messalæ subscripsimus . *Patriciorum auspicia* ^b *in duas sunt divisa potestates. Maxima sunt , consulum , prætorum , censorum. Neque tamen eorum omnium inter se eadem aut ejusdem potestatis : ideo quod collega non sunt censores consulum aut prætorum ; prætores consulum sunt :* ^c *Ideoque neque consules aut prætores censoribus neque censores consulibus aut prætoribus turbant aut retinent auspicia. At censores inter se , rursus prætores consulesque inter se* ^d *& vivunt & obtinent. Prætor etsi collega consulis est , neque prætorem neque consulem jure rogare potest , ut quidem nos a superioribus accepimus , aut ante hæc tempora servatum est , & ut in commentario tertiodecimo C. Tuditanus patet. Quia imperium minus prætor , majus habet consul : &* ^e *a minore imperio majus aut major collega rogari jure non potest. Nos his temporibus prætores prætore creante , veterum auctoritatem sumus secuti ; neque iis comitiis in auspicio fuimus. Censores æque non eodem rogantur auspicio atque consules & prætores. Reliquorum magistratuum minora sunt auspicia : Idcirco illi minores , hi majores magistratus appellantur. Minoribus creandis magistratibus ¹ tributis comitiis magistratus sed justius curiatis datur lege : Majores centuriatis comitiis fiunt. Ex his omnibus verbis Messalæ manifestum fit & qui sint magistratus minores & quamobrem minores appellantur. Sed & collegam esse prætorem consuli docet , quod eodem au-*

INTERPRETATIO.

^a Audeat auspiciam sumere. ^b distributa sunt in duos ordines. ^c ac propterea neque consules aut prætores probant aut rejiciunt auspicia , ut censoribus addicant vel abdicant magistratum : neque ^d censores probant aut rejiciunt auspicia , ^e ut consulibus vel prætoribus addicant vel abdicant officium. ^d & improbant auspicia & eadem probant. ^e minor magistratus non potest jure rogare majorem nec inferior collega superiorem collegam jure rogare potest.

NOTA.

1. Tributis comitiis.] De comitiis tributis , centuriatis , curiatis infra Gellius agit.

spicio creantur. Majora autem dicuntur auspicia habere; quia eorum auspicia magis rata sunt quam aliorum. Idem Messala in eodem libro de minoribus magistratibus ira scribit. ^f Consul ab omnibus magistratibus & comitiatum & concionem avocare potest. ^g Praetor & comitiatum & concionem usquequaque avocare potest nisi a consule. Minores magistratus nusquam nec comitiatum nec concionem avocare possunt. ^h Ea re, qui eorum primus vocat ad comitiatum, is recte agit: quia bisariam cum populo agere non potest. ⁱ Nec avocare alius alii posset, si concionem habere volunt, uti ne cum populo agant: quamvis multi magistratus simul concionem habere possunt. Ex his verbis Messalæ manifestum est, aliud esse cum populo agere, aliud concionem habere. Nam cum populo agere, est rogare quid populum quod suffragiis suis aut jubeat aut veter; concionem autem habere, est verba facere ad populum sine ulla rogatione.

INTERPRETATIO.

^f consul potest impedire ne omnes magistratus habeant comitia & concionem. ^g praetor impedire potest ne omnes excepto consule habeant concionem. ^h quapropter qui primus convocat populum, rogat

legitime populum quid velit aut jubere aut vetare, quis non potest eodem tempore duplex haberi populi conventus. ⁱ nec unus posset avocare populum a comitio ad quod jam ab alio vocatus est.

CAPUT XVI.

Humanitatem non id significare quod vulgus putat; sed eo vocabulo, qui ^a sinceriter locuti sunt, magis proprie esse usos.

Qui verba Latina fecerunt, quique his probe usi sunt, *humanitatem* non id esse voluerunt quod vulgus existimat; quodque a Græcis *φιλανθρωπία* dicitur, & significat ^b dexteritatem quandam benivolentiamque erga omnes homines ^c promiscuam: sed *humanitatem* appellaverunt id prope modum quod Græci *παιδεία* vocant; nos eruditionem institutionemque ^d in bonas artis dicimus: quas qui sinceriter cupiunt appetuntque, hi sunt vel maxime humanissimi. Hujus enim scientiæ cura & disciplina ex universis animantibus uni homini data est; idcircoque humanitas appellata est. Sic igitur eo verbo veteres esse usos & cum primis M. Varronem Marcumque Tullium omnes ferme libri declarant. Quamobrem satis habui unum interim exemplum proponere: itaque verba posui Varronis e libro rerum humanarum primo. Cujus principium hoc est. ¹ *Praxiteles*.

INTERPRETATIO.

^a Qui puriori sermone scripserunt. ^b comitatem. ^c equaliter diffusam. ^d in liberalibus disciplinis.

NOTA.

1. *Praxiteles*.] Statuarius insignis marmoreis operibus passim apud antiquos scriptores nobilitatus, quem in ea parte Italiæ natum ferunt, quæ magna Græcia dicta est. Propter admirabilem in arte sua industriam Romana civitate donatus est. *Plinius, Plutarchus, &c.*

qui propter artificium egregium nemini est ^c paulum modo humaniori ignotus. Humaniori, inquit, non ita, ut volgo dicitur, facili & tractabili & benivolo, tamen rudis literarum sit (hoc enim cum sententia nequaquam convenit) sed eruditiori doctiorique, qui Praxitelem, quid fuerit, & ex libris, & ex historia cognoverit.

INTERPRETATIO.

c. qui sit tantisper eruditus.

CAPUT XVII.

Quid apud M. Catonem significant verba hæc; ¹ inter os & offam.

ORatio est M. Catonis Censorii de ædilibus ^a vitio creatis. Ex ea oratione verba hæc sunt. Nunc ita aiunt, in segetibus, in herbis, bona frumenta esse. Nolite ibi nimiam spem habere. Sæpe audiivi inter os atque
 10 offam multa intervenire posse. Verumvero inter offam atque herbam, ibi vero longum intervallum est. ² Erucius Clarus, qui præfectus urbi & bis consul fuit, vir morum & literarum veterum studiosissimus, ad Sulpicium Apollinarem scripsit, hominem memoriæ nostræ doctissimum, quærere se se & petere ut sibi rescriberet quænam esset eorum verborum sententia.
 15 Tum Apollinaris nobis præsentibus (nam id temporis ego adolecens Romæ sectabar eum discendi gratia) rescripsit Claro ut viro erudito brevissime; vetus esse proverbium inter os & offam, idem significans quod Græcus ille ^b παροιμιώδης versus,

³ Πολλὰ μετὰ πέλει κάλκος ἢ χεῖλος ἄκρον.

INTERPRETATIO.

a Contra auspicia. b proverbialis.

c multa cadunt inter calicem labrumque supremum.

NOTÆ.

1. Inter os & offam.] Proverbium est ut patet ex Cassiodori fastis: deinde sub Hadriano secundum gessit consulatum collega Brava, ut legitur in veteri inscriptione apud Onuphrium in commentario in librum II. Fastorum.

2. Erucius Clarus.] M. Erucius Clarus primum quidem imperante Trajano suffectus est consul cum Alexandro collega,

3. Πέλει.] Significat sunt. H. Stephanus corrigit πέλι, id est, cadunt.

CAPUT XVIII.

Platonem tribuere Euripidi, Sophocli versum; & inveniri versus verbis isdem aut paucis syllabis immutatis apud diversos poetas temporibus variis natos.

Versus est notæ venustatis^a senarius:

^b Σοφοὶ τύραννοι ἦσαν σοφῶν ξυνουσία.

Eum versus Plato in¹ Theateto Euripidi esse dicit. Quod quidem nos admodum miramur: nam scriptum eum legimus in tragœdia Sophocli, quæ inscripta est^{2c} Αἴας ὁ Λοκρῆς. ³ Prior autem natus fuit Sophocles quam Euripides. Sed etiam ille versus non minus notus,

^d Γέρον γέροντα παιδαγωγῆσαι σ' ἐγώ.

& in tragœdia Sophocli scriptus est, cui titulus est⁴ Φυλοπίδες, & in⁵ Bacchis Euripidi: id quoque animadvertimus apud Æschylum^e ἐν πρῶτῳ Πυρφόρῳ Προμηθεὶ, & apud Euripidem in tragœdia, quæ inscripta est^f εἰνὼ, eundem esse versus absque paucis syllabis. Æschylus sic:

^g Σιγῶν δ' ὅπου δεῖ καὶ λέγων τὰ καίρια.

Euripides autem sic:

^h Σιγῶν δ' ὅπου δεῖ καὶ λέγειν τὸ ἀσφαλές.

Fuit autem⁷ Æschylus non brevi antiquior.

INTERPRETATIO.

^a Hexameter iambicus.

^b sapientes fiunt reges sapientium sapientia.

^c Ajax Locrensis.

^d senex senem te quasi puerum ducam.

^e in ignifero Prometheo. f Ino.

^g tacens ubi opus est, & loquens opportuna

^h silere ubi opus est & loqui tuto.

NOTÆ.

1. Theateto.] Dialogus Platonis in quo contra vanam sophistarum doctrinam, explicat quid sit scientia, quæ sunt ejus vires, & qua ratione possit comparari. Ibi tamen non reperitur hic versus quem citat Gellius, sed in lib. VIII. de Republica.

2. Αἴας ὁ Λοκρῆς.] Sophoclis tragœdia quæ jam non extat.

3. Prior natus fuit Sophocles.] Natus est Sophocles anno II. Olympiad. LXXI. ante Christum cxcv. fabulas scripsit cxxiii. & vicies quater victoriam reportavit, a Cicerone divinus poeta dicitur. Euripides autem anno I. Olymp. LXXV. ideoque xlv. annis senior erat Sophocles. Uterque eodem tempore obiit, Sophocles ætatis anno xc. Euripides LXXV. etsi nonnulli velint apud Suidam, Sophoclem Euripidi sexennio superstitem fuisse.

4. Φυλοπίδες.] Perit item hæc Sophoclis tragœdia.

5. Bacchis.] Bacchæ Euripidis tragœdia, cui Pentheus ob contemptum Bacchum a furiosis sororibus dilaniatus argumentum dedit.

6. Πυρφόρῳ Προμηθεὶ.] Tragœdia quæ non extat amplius.

7. Æschylus.] Poeta tragicus quò septemdecim annis junior fuit Sophocles. Olymp. LXXI. annis ante Christum ccccxcv. floruit Athenis, illiusque Cynegiri frater fuit, qui in pugna Marathonica incredibili fortitudine certavit, quo cum & Æschylus in acie stetit, qui cum prædictæ sibi ruinæ metu in aperto loco consideret, casu testudinis, quam ex aere demisit aquila, comminutis cervicibus interiit ætatis anno LVIII. Suidas.

CAPUT XIX.

¹ De genere atque nominibus familiae Porciae.

CUM in domus^a Tiberianae bibliotheca sederemus ego & Apollinaris Salpicus & quidam alii mihi aut illi familiares : prolatus forte liber est inscriptus. M. CATONIS NEPOTIS. Tum quæri cœptum est, quisnam is fuisset *M. Cato Nepos*. Atque ibi adolescens quispiam, quod ex ejus sermonibus conjectare potui, non abhorrens a literis. Hic, inquit, est M. Cato non cognomento Nepos, sed M. Catonis Censorii ex filio nepos : qui pater fuit M. Catonis prætorii viri, qui bello civili Uticæ necem sibi gladio manu sua conscivit. De cujus vita liber est M. Ciceronis, qui inscribitur, *Laus Catonis*. Quem in eodem libro idem Cicero pronepotem fuisse dicit M. Catonis censorii. Ejus igitur quem Cicero laudavit, pater hic fuit M. Cato : cujus orationes feruntur inscriptæ, M. Catonis Nepotis. Tum Apollinaris, ut mos ejus in reprehendendo fuit, placide admodum leniterque, Laudo, inquit, te mi fili, quod in tantula ætate, etiam si hunc M. Catonem, de quo nunc quæritur, quis fuerit ignoras; ^b auditiuncula tamen quadam de Catonis familia aspersus es. Non unus autem sed complures M. illius Catonis Censorii nepotes fuerunt, geniti non eodem patre. Duos enim ² M. ille Cato, qui &


INTERPRETATIO.

^a Extructa a Tiberio. ^b aliquid audivisti de genere Catonis.

NOTÆ.

1. De genere atque nominibus, &c.] Ut totum hoc caput oculis quasi subjicitur, operæ pretium est familiae Porciæ stemma ex Apollinaris Sulpicii mente hic exponere.

M. Porcius Cato censorius.



2. M. ille Cato qui & orator & censor fuit.] Hic ut refert Plinius lib. VII. cap. XXVII. Tres summas in homine res præstitisse existimatus est, optimus orator, optimus imperator, optimus senator : quater & quadragies, eodem teste, causam

dixit; nec quisquam sæpius postulatus, & semper absolutus. Scripsit de re militari, scripsit libros Originum, quas Nepos historias, epitome Liviana vocat Annales : scripsit, ut ait Tullius in Bruto, orationes amplius cl. Ejus egræ

orator & censor fuit, filios habuit & matribus diversos & ætatibus longe dispares. Nam jam adolescente altero, matre ejus amissa, ipse quoque jam multum senex, Salonii clientis sui filiam virginem duxit in matrimonium. Ex qua natus est ei M. Cato Salonianus. Hoc enim illi cognomen fuit a Salonio patre matris datum. Ex majore autem Catonis filio, qui prætor designatus patre vivo mortuus est, & egregios de juris disciplina libros reliquit, nascitur hic de quo quæritur M. Cato M. filius M. nepos. Is satis vehemens orator fuit; multasque orationes ad exemplum avi scriptas reliquit, & consul cum Q. Marcio Rege fuit: inque eo consulatu, in Africam profectus, in ea provincia mortem obiit. Sed is non ita, ut dixisti, M. Catonis prætorii viri, qui se Uticæ occidit & quem Cicero laudavit, pater fuit: nec, quia hic nepos Catonis Censorii, ille autem pronepos fuit; propterea necessum est patrem hunc fuisse. Hic enim nepos, cujus hæc modo prolata oratio est, filium quidem majorem Catonem habuit; sed non eum qui Uticæ periit; sed qui, cum ædilis curulis & prætor fuisset, in Galliam Narbonensem profectus ibi vita functus est. Ex altero autem viro Censorii filio longe natu minore, quem Salonianum esse appellatum dixi, duo nati sunt L. Cato & M. Cato. Is M. Cato tribunus plebis fuit; & præturam petens mortem obiit: exque eo natus est M. Cato prætorius, qui se bello civili Uticæ interemit. De cujus vita laudibusque cum M. Tullius scriberet, pronepote eum Catonis Censorii dixit fuisse. Videtis igitur hanc partem familiæ quæ ex minore Catonis filio progenita est. non solum generis ipsius tramitibus, sed temporum quoque spatio differre. Nam quia ille Salonianus in extrema patris ætate, sicuti dixi, natus fuit; prognati quoque ab eo aliquanto posteriores fuerunt, quam qui a majore fratre ejus geniti erant. Hanc temporum differentiam facile animadvertetis ex hac ipsa oratione, cum eam legetis. Hæc Sulpicius Apollinaris audientibus nobis dixit. Quæ postea ita esse, uti dixerat, cognovimus cum & laudationes funebres & librum commentarium de familia Porcia legeremus.

INTERPRETATIO.

non solum familia diversitate, sed etiam temporum intervallo discrepare.

NOTÆ.

giam laudem persecutus est Livius lib. XXXIX. Cum L. Valerio Flacco consulatum gessit anno U. C. IOLIX. ante Christum cxcv. Obiit anno II. belli Punici tertii U. C. Iæv. ante Christum cxxix. ætatis lxxxv.

3. Consul cum Q. Marcio Rege. Quod incidit in annum U. C. Iccxxxv. ante Christum cxxix.

4. M. Catonis prætorii. Hic, ut ait Velleius Patereulius, genitus proavo M. Catone principe illo familia Porcia, homo virtuti smillimus, & per omnia ingenio diis quam hominibus propior, qui

nunquam recte fecit, ut facere videretur, sed quia aliter facere non poterat: cuique id solum visum est rationem habere, quod haberet justitiam, omnibus humanis vitiis immunis semper fortunam in sua potestate habuit. Partes Pompeii secutus in bello civili, cum & exercitum Jubæ & Scipionis, quibus eum societatem coierat, profigatum audisset, Uticam quæ urbs est Africæ, se recepit; ac desperatis rebus, lecto de immortalitate animæ Platonis tractatu, ferro sibi necem conscivit anno U. C. Iccvii. ante Christum XLVII. Plutarch.

CAPUT XX.

Quod a scriptoribus elegantissimis major ratio habita sit sonitus vocum atque verborum jucundioris, quæ a Græcis *ἁρμονία* dicitur, quam regula disciplinaque quæ a grammaticis reperta est.

Interrogatus est Probus Valerius (quod ex familiari ejus quondam comperi) *hæne urbis, an has urbes, &, hanc turrem, an, hanc turrim*, dici oporteret. ^a Si aut versus, inquit, *pangis; aut orationem solutam struis; atque ea verba tibi dicenda sunt: b non finitiones illas prærandas neque facutinas grammaticas spectaveris; sed aurem tuam interroga, quo quid loco conveniat dicere. Quod illa suaserit, id profecto erit rectissimum.* Tum is, qui quæsierat, quonam modo, inquit, vis aurem meam interrogem? Et Probum ait respondisse, ^c quo suam Virgilius percunctatus est, qui diversis in locis *urbes & urbis* dixit arbitrio consilioque usus auris. Nam in primo Georgicon, quem ego inquit, librum manu ipsius correctum legi, *urbis* per *i* litteram scripsit. Verba e versibus ejus hæc sunt:

^d --- *urbisne invisere, Caesar,
Terrarumque velis curam.*

Verte enim, & muta, ut *urbes* dicas; ^e insubidius nescio quid facies & pinguius. Contra in tertio Æneidos *urbes* dixit per *e* litteram.

^f *Centum urbes habitant magnas.*

Hic item muta, ut *urbis* dicas; nimis exilis vox erit & exsanguis. Tanta quippe juncturæ differentia est in consonantia vocum proximarum, Præterea idem Vergilius, *turrim* dicit, non *turrem*, &, *securim* non *securem*.

^g *Turrim in præcipiti stantem.*

Et,

^h *Incertam excussit cervice securim.*

Quæ sunt, opinor, ⁱ jucundioris gracilitatis, quam si suo utrumque loco per *e* litteram dicas. At ille, qui interrogaverat, rudis profecto & aure agresti homo; Cur, inquit, aliud alio in loco potius rectiusque esse dicas non sane intelligo. Tum Probus jam commotior; Noli, inquit, igitur laborare utrum istorum debeas dicere, *urbis* an *urbes*. Nam ^j cum id genus sis, quod video, ut sine jactura tui pecces, nihil perdes utrum di-

INTERPRETATIO.

^a Si vel componis versus, vel scribis profam. ^b ne sequaris veteres illas regulas & putidas leges grammaticorum. ^c eodem modo quo Virgilius aures suas consuluit. ^d incertum est, ^e Caesar, an velis incolere civitates, & administrationem terrarum suscipere, ^f e dices aliquid nimium inelegans & crassum. ^g securim cuius ictus non bene fuerat libratus. ^h gravioris consonantia. ⁱ h cum talis sis, quem admodum sentio, ut male dicas sene dimento tuo.

xeris. His tum verbis Probus & hac fini hominem demisit, ut mos ejus fuit erga indociles, prope inclementer. Nos autem aliud quoque postea consimiliter a Vergilio duplici modo scriptum invenimus. Nam & tres & tris posuit, eodem in loco, ea judicii subtilitate, ut si aliter dixeris mutaverisque & aliquid tamen auris habeas, ¹sentias suavitatem sonitus claudere. Versus ex decimo hi sunt :

^kTres quoque ¹Threicios Borea de gente suprema,
Et tris quos Idas pater & patria ²Ismara mittit.

Tres illic, tris hic. ¹penficula utrumque & moderare: reperies suo quodque in loco sonare aptissime. Sed in illo quoque itidem Vergilii versu. 10

Hæc finis Priami fatorum.

Simul ut & hic finis dicas, durum atque absonum erit, respuentque aures, quod mutaveris. Sicut illud contra ejusdem Vergilii insuavius facias, si mutes:

Quem das finem rex magne laborum? 15

Nam si ita dicas, *Quam das finem*; injucundum nescio quo pacto & laxiorem vocis sonum feceris. Ennius item *rectos cupressos* dixit contra receptum vocabuli genus, hoc versu:

^m*Capitibus nutantis pinos rectosque cupressos.*

Firmior ei, credo, & viridior sonus esse vocis visus *rectos* dicere *cupressos* quam *rectas*. Contra vero idem Ennius in annali duodevicesimo *aere fulva* dixit, non *fulvo*; non ob id solum quod Homerus ⁿ*νέεγ βαρύνει* dicit; sed quod hic sonus, opinor, hoc habilior est visus & amœnior. Sicuti etiam M. Ciceroni mollius teretiusque visum, in quinta in Verrem, *fretu*, scribere, quam, *freto*. *Perangusto*, inquit, *fretu* ²⁵*divisa*. Erat enim crassius vastiusque, *perangusto fretu*, dicere. Itidem in secunda simili usum modulamine *manifesto peccatu*, inquit, non *peccato*. Hoc enim scriptum in uno atque in altero antiquissimæ fidei libro Tironiano reperi. Verba sunt Ciceronis hæc: *Nemo ita vivebat, ut nulla ejus vita pars summa turpitudinis esset expers: nemo ita in manifesto peccatu tenebatur, ut cum impudens fuisset in facto, tum impudentior videretur si negaret.* Hujus autem vocis cum elegantior hoc in loco sonus est, tum ratio certa & probata est. Hic enim *peccatus*, quasi *peccatio* recte Latineque dicitur: sicut hic *incestus*, non qui admisit, sed quod admissum est; & hic *tributus* quod *tributum* nos dicimus, a plerisque ve- 35

INTERPRETATIO.

ⁱ animadvertas in suavitate numeri | ^l attende & ^k praterea Clau- | ^m pinos summis ra-
aliquid desiderari. | ⁿ considera utrumque. | ⁿ mis inclinantes in terram & ^o cupressos
fus occidit tres e Thracia parte ma- | ^p reftas. | ^p caliginem profundam.xime septentrionali, & tres oriundos a

NOTÆ.

1. Threicios.] E Thracia, quæ Græciæ regio ad pontum Euxinum adjacet. Nunc Romania dicitur ab urbe primaria Constantinopoli, quæ Roma nova vo-

cabatur.

2. Ismara.] Urbs Thraciæ ab Ismaro monte ad quem sita est nomen habuit.

rum dicta sunt: hic quoque *allegatus* & hic *arbitratus* pro *allegatione* proque *arbitratione* dicuntur. Qua ratione servata, *arbitratu* & *allegatu* modo dicimus. Sic igitur, *in manifesto peccatu*, dixit; ut, *in manifesto incestu*, veteres dixerunt. Non quia Latinum esset, *peccato*, dicere: sed quia in loco isto positum subtilius ad aurem molliusque est. Lucretius æque auribus inserviens *funem* feminino genere appellavit, in hisce versibus.

° *Haud, ut opinor, enim mortalia secula superne*

Aurea de celo demisit funis in arva.

Cum dicere usitatius manente numero posset;

10 *Aureus e celo demisit funis in arva.*

Sacerdotes quoque fœminas M. Cicero *antistitas* dicit, non, secundum grammaticam legem, *antistites*. Nam P cum insolentias verborum a veteribus dictorum plerumque respueret; hujus tamen verbi in ea parte sonitu delectatus, *Sacerdotes*, inquit, *Cereris atque illius fani antistite*. Usque adeo in quibusdam neque rationem verbi neque consuetudinem, sed solam aurem secuti sunt suis verba modulis pensitantem. Quod qui non sentiunt, inquit idem ipse M. Cicero cum de numerosa & apta oratione differeret, *quas aures habeant aut quid in his hominis simile sit, nescio*. Illud vero cum primis apud Homerum veteres grammatici annotaverunt; quod, cum dixisset quodam in loco *ἰ κολοιοῖς τε ψηφῆς τε*, alio in loco non *ψηφῶν τε*, sed *ψαφῶν* dixit,

Ἔ γὰρ δ' ὅς τε ψαφῶν νέρθη ἔρχεται ἢ ἐ κολοιοῶν.

Secutus non communem sed propriam in quoque vocis situ jucunditatem. Nam si alterum in alterius loco ponas; utrumque feceris sonitus insuave.

25

INTERPRETATIO.

o Nam, ut arbitror, non funis aureus demisit e celo in terram secula mortalium. p licet saepe rejiceret verba obsoleta, qua erant in usu apud veteres. q consuluerunt solam aurem qua vocabula exper-

dit suis numeris. r graculosque sturnosque.

l horum ut sturnorum nubes venit aut graculorum.

CAPUT XXI.

Verba T. Castricii rhetoris ad discipulos adolescentes, de vestitu atque calceatu decoro.

30 **T**itus Castricius rhetoricæ disciplinæ doctor, qui habuit Romæ locum principem declamandi ac docendi, summa vir auctoritate gravitateque, & a divo Hadriano in a mores atque literas spectatus, cum me præsentem (usus sum enim eo magistro) discipulos quosdam suos se-

INTERPRETATIO.

a In summo loco habitus ab Hadriano imperatore propter bonam indolem ac doctrinam.

natores vidisset ¹ die feriato ² tunicis & ³ lacernis indutos & ⁴ Gallicis calceatos; *Equidem*, inquit, *maluissem vos togatos esse.* ^b *Pigitum est cinctos saltem esse & ⁵ penulatos?* *Sed si hic vester hujuscemodi vestitus ^c de multo jam usu ignoscibilis est;* ⁶ *soleatos tamen vos populi Romani senatores per urbis vias ^d ingredi nequaquam decorum est, non hercle vobis minus, quam ^e illi tum fuit, cui hoc M. Tullius pro turpi crimine objectavit.* Hæc me audiente Castricius, & quædam alia ad eam rem conducentia Romane & severe dixit. Plerique autem ex iis, qui audierant, requirebant cur soleatos dixisset qui Gallicas non soleas haberent. Sed Castricius profecto scite atque incorrupte locutus est. Omnia enim ferme id genus quibus plantarum calces tantum infimæ teguntur; cetera prope nuda & teretibus habenis vincta sunt, soleas dixerunt; nonnumquam voce Græca crepidulas. *Gallicas* autem verbum esse opinor novum, non diu ante ætatem M. Ciceronis usurpari cœptum. Itaque ab eo ipso positum est in secunda Antonianarum. *Cum Gallicis*, inquit, *& lacerna cucurristi.* Neque in ea significatione id apud quemquam alium scriptum lego gravioris dumtaxat auctoritatis scriptorem: sed, ut dixi, crepidas & crepidulas prima syllaba correpta id genus calceamentum appellaverunt, quod Græci *κρηπίδας* vocant, ejusque calceamenti sutores crepidarios dixerunt. Sempronius Afellio in libro rerum gestarum quartodecimo, *Crepidarium*, inquit, *culcellum rogavit a crepidario sutore.*

INTERPRETATIO.

^b *An vos piguit esse succinctos & penulatos, quasi ad faciendum iter?* ^c *veniam meretur ob frequentem ejus usum.* | ^d *ambulare minime decet.* ^e *id vitio verti debet quam illi cui, &c.*

NOTÆ.

1. *Die feriato.*] Dies feriatuſ is erat quo cessabant ab operibus Romani.
 2. *Tunicis.*] Tunica vestis interior togæ supponebatur.
 3. *Lacernis.*] Lacerna vestis qua nobiliores vix utebantur nisi pluvio tempore vel in spectaculis.
 4. *Gallicis.*] Gallicæ genus calceamenti quo adversus imbres utebantur Galli. Hinc iis calceis nomen impostum crediderim quos Galli dicimus, | *des galloches.*
 5. *Penulatos.*] Indutos penula, quam vestem veluti pallium ad arcendas pluvias præfertim viatores adhibebant.
 6. *Soleatos.*] Solea calceamenti genus quod, cum plantas solum tegat, ad superiores pedis partes duabus ligulis revincitur.
 7. *Illi tum fuit, &c.*] Is est Antonius in quem tam vehementer invehitur Tullius.

CAPUT XXII.

Comprecationes, quæ ritu Romano fiunt diis, exposita sunt in libris sacerdotum; inter quas Marti Nerienem tribuunt; & quid Neriene seu Nerio nomen importet.

Comprecationes deum immortalium, quæ^a ritu Romano fiunt, expositæ sunt in libris sacerdotum populi Romani & in plerisque antiquis orationibus. In iis scriptum est, ^b ¹ *Luam Saturni*, ² *Salaciam Neptuni*, ³ *Horam Quirini*, ⁴ *Iurites Quirini*, ⁵ *Naiam Volcani*, *Heriem Iunonis*, ⁶ *Molas Martis Nerienemque Martis*. Ex quibus id, quod postretum posui, sic plerisque dicere audio ut primam in eo syllabam producant, quo Græci modo dicunt ⁷ *νεκείδης*: sed qui probe locuti sunt, primam correptam dixerunt, tertiam produxerunt. Est enim rectus casus vocabuli ejus, sicut in libris veterum scriptum est, *Nerio*. Quamquam M. Varro in satyra Menippæa, quæ inscribitur ^c *ακταμαχα*, non *Neria* sed *Nerienes* ^d vocative dicit in his versibus:

⁸ *Ted* ⁹ *Anna Perenna*, ¹⁰ *Panda*, te ¹¹ *Lato*, ¹² *Pales*,

INTERPRETATIO.

^a Secundum ceremonias Romanorum. ^b invocari. ^c umbratilis pugna. ^d in casu vocabuli.

NOTÆ.

1. *Luam Saturni*.] Hæc dea nomen a luendo expiandoque videtur habuisse, & præfuisse lustrationibus. Luere enim purgare est, unde & matri Luæ ad lustrandam hostium cædem arma & spolia incendebant. Turnebus.

2. *Salaciam Neptuni*.] Salaciam, inquit Festus, dicebant antiqui deam aquæ, quam putabant salum eicere, hoc est, mare movere.

3. *Horam Quirini*.] Hora teste Nonio Marcello Juventutis fuit dea, eademque Romuli conjux, quæ inter cœlites relata Hersiliæ nomen habuit.

4. *Iurites*.] Putat Mofellanus fuisse deas quas Romani iurijurando præfecerint.

5. *Naiam Volcani, Heriem Iunonis*.] Naiâ fortasse uxor Vulcani, Herie filia Junonis. De quibus nihil habeo certi dicere.

6. *Molas Martis*.] Molas Martis esse filias divinat Turnebus, quod Mars, ut molis fruges, sic bellis homines frangat.

7. *Νεκείδης*.] Nereides maris nymphæ Nerei & Doridis filiarum.

8. *Ted*.] Post te, apponebatur *d*, sequente

vocali.

9. *Anna Perenna*.] Anna post Didonis sororis mortem, ut Pygmalionis fratris vim & insidias effugeret, in Italiam concessit. Cum ad Laurentem oram forte appulisset, ita benigne excipitur ab Ænea, ut Æneæ suspectum amorem habere cœperit Lavinia, ac dirum aliquid Annæ moliretur. Verum hæc in somnis a sorore monita fugit, & in amnem Numicium se præcipitem egit. Queritur, & ubi ad Numitium amnem ventum est,

Ipsa loqui visa est, placidi sum Nympha Numici.

Annæ perennæ latens Anna Perenna vocor.

Unde & lati eam instituto convivio quasi deam venerati sunt, cujus ceremonie consuetudo multo post retenta est. Ex Ovidii Fastis.

10. *Panda*.] Hanc censet Turnebus esse deam pacis, a pandendis & apertendis portis.

11. *Lato*.] Græca vox *Λατο* unde Lato: eadem est ac Latona.

12. *Pales*.] Pastorum dea cujus festa Palilia xi. Maias celebrabantur.

¹³ *Nerientes*,

¹³ *Nerienes & Minerva, Fortuna, ac Ceres.*

Ex quo nominandi quoque casum eundem fieri necessum est. Sed *Nerio* a veteribus sic declinatur, quasi *Anio*. Nam proinde ut *Anienem*, sic *Nerienem* dixerunt tertia syllaba producta. Id autem sive *Nerio* sive *Nerienes* est, Sabinum verbum est; eoque significatur virtus & fortitudo. Itaque ¹⁴ ex *Claudiis*, quos a Sabinis oriundos accepimus, qui erat egregia atque præstanti fortitudine *Nero* appellatus est. Sed id Sabini accepisse a Græcis videntur, qui vincula & firmamenta membrorum *neura* dicunt. Unde nos quoque Latine *nervos* appellamus. *Nerio* igitur Martis, vis & potentia & majestas quædam esse Martis demonstratur. *Plautus* autem ¹⁰ in *Truculento* conjugem esse *Nerienem* Martis dicit; atque id sub persona militis in hoc versu:

Mars ¹⁵ peregre adveniens salutatur *Nerienem uxorem suam*.

Super ea re audiui non incelebrem hominem dicere, nimis comice *Plautum* imperito & incondito militi falsam novamque opinionem tribuisse, ut *Nerienem* conjugem esse Martis putaret. Sed id perite magis quam comice dictum intelliget qui leget *Ca. Gellii annalem tertium*: in quo scriptum est; ¹⁶ *Herfiliam*, cum apud ¹⁷ *T. Tatium* verba faceret pacemque oraret, ita precatam esse. *Neria Martis te obsecro pacem dare, uti liceat nuptiis propriis & prosperis uti, quod de tui conjugis consilio contigit, uti nos tandem integras raperent, unde liberos sibi, suis posteris, patria pararent. De tui, inquit, conjugis consilio.* Martem scilicet significans: per quod apparet non esse id poetice a *Plauto* dictum; sed eam quoque traditionem fuisse, ut *Nerio* a quibusdam uxor esse Martis diceretur. Inibi autem animadvertendum est, quod *Gellius Neria* dicit per *a* literam non *Nerio* neque *Nerienes*. Præter *Plautum* etiam præterque *Gellium* ¹⁷ *Licinius Imbrix* vetus comædiarum scriptor in fabula, quæ *Næra* inscripta est, ita scripsit:

Nolo ego Næram te vocent sed Nerienem;

Cum quidem Marti es in connubium data.

Ita se numerus hujusce versus habet, ut tertia in eo nomine syllaba, con-

INTERPRETATIO.

in comædia cui titulus est *Truculentus*. se longinquo.

NOTÆ.

¹³. *Nerienes*.] *Nerienes* vel *Nerio* uxor Martis.

¹⁴. *Ex Claudis, &c.*] Ex hac familia fuit oriundus *Claudius ille Nero*, qui in difficillimis reip. temporibus *Asdrubalem Annibali* fratri *suppetias* ferentem junctis cum *Livio* collega copiis delevit, & ea victoria rem Romanam ab interitu certissimo vindicavit anno U. C. *IOXLVII* ante Christum *CCVI*. Fuit item hoc cognomen Romani imperatoris post homines natos longe

crudelissimi.

¹⁵. *Herfiliam*.] Uxor *Romuli* in cœlum recepta ita vocata est, cum prius *Hora* diceretur.

¹⁶. *Tatium*.] *Tatius* Sabinorum dux populi Romani hostis acerrimus,

¹⁷. *Licinius Imbrix*.] Videtur idem esse qui *P. Licinius Tegula*, de cujus carmine mentionem facit *Livius* historicus. Floruit autem ille anno U. C. *IOLV*. ante Christum circiter *cc*.

tra quam supra dictum est, corripienda sit. Cujus sonitus quanta apud veteres indifferentia sit, notius est, quam ut plura in id verba sumenda sint. Ennius autem in primo annali in hoc versu;

Nerienem Mavortis & Herclē,

- 5 si, quod minime solet, numerum servavit; primam syllabam ^g intendit, tertiam corripuit. Ac ne id quidem prætermittendum puto ^h cuiusmodi est, quod in commentario quodam Servii Claudii scriptum invenimus, *Nerio* dictum quasi *nerio*, hoc est, sine ira & cum placiditate: ut eo nomine mitem tranquillumque fieri Martem precemur. *Ne* enim particula, ut apud Græcos, ita plerumque in Latina quoque lingua privativa est.

INTERPRETATIO.

^g fecit longam, ^h qualecunque sit.

CAPUT XXIII.

M. Catonis consularis & censorii pulcherrima exprobratio contra philosophantes nomine & non re.

- 15 **M**arcus Cato, consularis & censorius, publicis jam privatisque opulentus rebus, villas suas inexcultas & rudes ^a ne ¹ tectorio quidem prælitas fuisse dicit ad annum usque ætatis suæ septuagesimum. Atque ibi postea his verbis utitur. *Neque mihi*, inquit, *adificatio*, *neque* ² *vasum*, *neque vestimentum ullum est manu preciosum*, *neque* ^b *preciosus servus neque ancilla est*. ^c *Si quid est*, inquit, *quod utar; utor*. *Si non est; ego*.
 20 ^d *Suum cuique per me uti atque frui licet*. Tum deinde addit. ^e *Vitio vertunt, quia multa egeo: at ego illis quia nequeunt egere*. Hæc mera veritas Tusculani hominis egere se multis rebus & nihil tamen cupere dicentis ^f plus hercle promovet ad exhortandam parsimoniam sustinendamque inopiam, quam ^g Græca istorum præstigiæ philosophari sese dicentium,
 25 umbrasque verborum inanes fingentium; qui se nihil habere & nihil tamen egere ac nihil cupere dicunt, cum & habendo & egendo ^h & cupiendo ardeant.

INTERPRETATIO.

^a Ne tectorio quidem superinducto ornatas. ^b magno pretio emptus. ^c si quid utendum habeo, utor. Si caveo, non admodum curo. ^d unicuique permitto uti ac potiri suis bonis. ^e me vituperant quia indigeo multis rebus: ego vero illos vitupero, quod non possint non esse solliciti, si

careant. ^f profecto plus confert ad persuadendam frugalitatem. ^g a Græcis usitata sophismata illorum qui dicunt se esse philosophos, & futilem verborum pompam ostentant. ^h misere torquentur sua cupiditate.

NOTÆ.

1. *Tectorium*.] Calx est, quæ cum gypso, arena ac tuso marmore commixta, quasi crusta ad ornatum parietum inducitur.

2. *Vasum*.] Ita veteres loquebantur.

CAPUT XXIV.

Quæsitum tractatumque quid sint, manubiæ, atque inibi dicta quadam de ratione utendi verbis pluribus idem significantibus.

IN fastigiis¹ fori Trajani simulachra sunt sita circum undique inaurata equorum atque signorum militarium. Subscriptumque est. **EX MANUBIIS.** Quærebat Favorinus, cum in area fori ambularet & amicum suum consulem^b operiretur causas pro tribunali cognoscentem, nosque tunc eum sectaremur; quærebat, inquam, quid nobis videretur significare proprie *manubiarum* illa inscriptio. Tum quispiam, qui cum eo erat, homo in studiis doctrinæ multi atque celebrati nominis. *Ex manubiis*, inquit, significat *ex præda*. *Manubie* enim dicuntur præda, quæ manu capta est. Etiam si, inquit Favorinus, ^copera mihi princeps & prope omnis in literis disciplinisque Græcis sumpta est; non usque eo tamen infrequens sum vocum Latinarum, quas² subsicivo aut tumultuario studio colo, ut hanc ignorem interpretationem vulgariam, quod esse dicantur manubiæ præda. Sed quæro an M. Tullius, ^dverborum homo diligentissimus, in oratione quam dixit de³ lege agraria kalendis Januariis contra Rullum, inani & illepida geminatione junxerit *manubias* & *prædam*, si duo hæc verba idem significant; neque ulla re aliqua dissident. Atque, ut erat Favorinus egregia vel divina quadam memoria, verba ipsa M. Tullii statim dixit: ea nos adseribimus hic. *Prædam, manubias, sectionem, castra denique Cn. Pompeii sedente imperatore decemviri vendent.* Et infra itidem duo hæc simul junctim posita dixit. *Ex præda, ex manubiis, ex auro coronario.* Ac deinde ad eum convertit, qui manubias esse

INTERPRETATIO.

a in altissima parte porticus quæ est in foro Trajani. b expectaret. c præcipuus labor ac prope omnis postus fuerit in doctrinis & artibus Græcorum percipiendis, non tamen ita sum imperitus lingua Latina, cui per aliquod tempus raptim & obiter studeo. d accuratissimus in verbis seligendis.

NOTÆ.

1. *Fori Trajani*] Hoc forum dictum est & Ulpium ab Ulpio Trajano Romanorum imperatore. Hic cum arcus triumphalis ac porticus excelsis admodum columnis suffulta, tum vero admiratione digna fuit columna centum & quadraginta pedes alta, quæ res a Trajano gestas præcipueque bellum Dacicum arte singulari cælatum ostentabat. Ejus in summo fastigio ossa Trajani in pila reposita servabantur, idque notatu dignum quod solus, teste Eutropio, ex Romanis imperatoribus in urbe sepultus

fuerit. Vide paginam 308. ubi de Trajano egimus.

2. *Subsicivo.*] Consule notas in præfationem Gellianam.

3. *Lege agraria.*] Lex quam P. Rullus tribunus plebis, ut populi gratiam sibi devinciret, de publicis agris dividendis tulerat. Ea lex instante Cicero ne antiquata est.

4. *Sectionem.*] Sectio sumitur pro bonis damnatorum aut præda hostium quæ sub hasta venditur. Nos dicimus *con-*
sectionem.

prædam dixerat : & , Videtur-ne tibi, inquit, utroque in loco M. Cicero duobus verbis idem, sicuti tu putas significantibus inepte & frigide esse usus? Ac tali joco dignus, quali apud Aristophanem facetissimum comicorum Euripides Æschylum insectatus est? Cum ait:

5 ^e Δις ταυτὸν ἡμῶν εἶπεν ὁ σοφὸς Αἰσχύλος.
 Ἡκω γὰρ εἰς γῆν, φησὶ, καὶ κατέρχεται.
 Ἡκω δὲ ταυτὸν ὄντι τῷ κατέρχεται.
 Νῆ τὸν Δι' ὡσπερ εἶπες εἶποι γέγονε,
 Χρῆσον σὺ μάκτραν εἰ δὲ βούλῃ κέρσοπον.

10 Nequaquam vero, inquit ille, ^f talia videntur, quale est *μάκτρα & κέρσοπος*; quæ a poetis vel oratoribus Græcis nostrisque celebranda & ornanda rei gratia duobus eadem pluribusve nominibus ^g frequentantur. Quid igitur, inquit Favorinus, valet hæc repetitio instauratioque ejusdem rei sub alio nomine in *manubiis* & in *preda*? Num ornat ut alioqui
 15 solet, orationem? Num eam modulatiorem aptioremque reddit? Num onerandi vel exprobandi criminis causa exaggerationem aliquam speciosam facit? Sicuti in libro ejusdem M. Tulli, qui ^h de constituendo accusatore est, una eademque res pluribus verbis vehementer atque atrociter dicitur. *Sicilia tota si una voce loqueretur hoc diceret, quod auri, quod*
 20 *argenti, quod ornamentorum in meis urbibus, sedibus, delubris fuit.* Nam cum urbes totas semel dixisset; sedes delubraque addidit, quæ sunt ipsa quoque in urbibus. Item in eodem libro simili modo; *Siciliam, inquit, provinciam C. Verres per triennium depopulatus esse, Siculorum civitates vastasse, domos exinanisse, fana spoliasse dicitur.* Hæc, quid videtur, cum
 25 Siciliam provinciam dixerit, atque etiam insuper civitates addiderit, domos etiam & fana, quæ infra posuit, comprehendisset, verba hæc item multa atque varia, *depopulatus esse, vastasse, exinanisse, spoliasse*, nomine unam & eandem vim in sese habent? Sanè. Sed quia cum dignitate orationis & cum gravi verborum copia dicuntur, quamquam eadem fere sint
 30 & ex una sententia coorianur, plura tamen esse existimantur: quoniam & aures & animum sæpius feriunt. Hoc ornatus genus, ^h in crimine uno vocibus multis atque sævis extruendo, ille jam tunc M. Cato antiquissimus in orationibus suis celebravit. Sicuti in illa, quæ inscripta est;

INTERPRETATIO.

e	Bis idem nobis dixit sapiens Æschylus.	veum in quo pinxitur farina ad panes coquendos.
.	Venio enim ad terram, dicit, & accedo.	f qui manubias prædam esse dixerat.
.	Venio autem idem est atque accedo.	g multiplicantur. h quod consistit in uno scelere
.	Per Iovem idem est ac si quis dicat vicino,	amplificando vocabulis pluribus & criminalibus.
.	commoda tu matram aut si vis al-	

NOTA.

5. De constituendo accusatore.] In ea oratione Tullius partes accusandi C. Verrii repetundarum rei sibi deferri possit a iudicibus. Inscribitur etiam *divinatio* in Q. Cæciliam qui Verrii quaestor accusandi munus ambabat prævaricator.

De decem hominibus : cum Thermum accusavit quod decem liberos homines eodem tempore interfecisset : hisce verbis eandem omnibus rem significantibus usus est. Quæ, quoniam sunt eloquentiæ Latinæ tunc primum exorientis lumina quædam ¹ sublustria, libitum est ea mihi ^k *αὐτὸ μνημονεύειν*. Tuum nefarium facinus pejore facinore operire postulas. ¹ ⁶ Succidias humanas facis. Tantas trucidationes facis. Decem funera facis. Decem capita libera interficis. Decem hominibus vitam eripis, indicta causa, injudicatis, indemnatis. Item M. Cato in orationis principio, quam dixit in senatu pro Rhodiensibus, cum vellet res nimis prosperas dicere, tribus vocabulis idem ^m sentientibus dixit. Verba ejus hæc sunt. Scio solere plerisque hominibus in rebus secundis atque ⁿ prolixis atque prosperis animum excellere, atque superbiam atque ferociam auferere. Itidem Cato, ex Originum septimo, in oratione quam contra Servium Galbam dixit, compluribus vocabulis super eadem re usus est. Multa me debortata sunt huc prodire, anni, atas, vox, vires, senectus. Verumenimvero ^o cum tantam rempublicam ager arbitrarer. Sed ^p ante omnis apud Homerum ejusdem rei atque sententiæ luculenta exaggeratio est :

*Ἐκ ποτὸς δ' ἐν βελέων ὑπαγὰ Ζῆς ἔκ τε κοίνης,
Ἐκ τ' ἀνδραγαθίης, ἐκ δ' αἵματος, ἔκ τε κωδῆμου.*

Item in alio versu,

Ἐπιναί τε, μάχῃ τε, φόνοι τ' ἀνδραγαθίαι τε.

Nam cum omnia ista utrobique multa & continua nomina nihil plus demonstrarent quam prælium : hujus tamen rei varia facies delectabiliter ac decore multis variisque verbis depicta est. Neque non illa quoque apud eandem poetam una in duobus verbis sententia cum egregia ratione repetita est. Idæus enim, cum inter Aiace & Hectorem decertantes armis intercederet, his ad eos verbis usus est :

Μηνάπ πῦρ δὲ φίλω πολέμῳ ζετέ μινδὲ μάχῃδῃ.

In quo versu non oportet videri alterum verbum, idem quod superius significans, supplendi numeri causa extrinsecus additum & consarcinatum. Est enim hoc inane admodum & futile. Sed cum in juvenibus gloriæ studio flagrantibus pervicaciam ferociamque & cupidinem pugnae leniter tamen ac placide objurgaret : atrocitatem rei & culpam perseverandi bis idem dicendo alio atque alio verbo auxit, inculcavitque : duplexque ea-

INTERPRETATIO.

i factis illustria. *k* recēdere. *l* homines occidis.
m significantibus. *n* felicibus. *o* cum credentem agi de tanta republica. *p* praeter ceteris.
q Hectorem vero ex telis subduxit Iupiter & ex pulvere,

atque ex strage, & ex sanguine & ex tumultu.

r præliaque pugnaeque caesque stragesque, sine amplius filii dilecti pugna te neque certare.

NOTA.

6. Succidias humanas. [Succidias quas non a succidendo sed a cadendis suis Varro dictas putat, tergum est vel pars alia carnis porcinae sale condita. Cujus

metaphoræ sensus hic est, Thermum ita homines ferro trucidare, ut solet lanio qui ad succidias porcos varias in partes dissectat.

dem compellatio admonitionem facit instantiorem. Ne illa quidem ejusdem significationis repetitio ignava & frigida videri debet.

² Μυστήρες δ' ἄρα Τηλεμάχῳ θάνατον τε μόρον τε ἤρπυον. ----

9 Quod bis idem θάνατον ἢ μόρον dixerit. Indignitas enim moliendæ tam acerbæ tamque injustæ necis miranda mortis iteratione defleta est. Ceterum quis tam obtuso ingenio est, quin intelligat,

³ Βάσκι' ἴδι ἄλε Ουίρε' ἢ, βάσκι' ἴδι' Ἰεὶ ταχῆα,

Verba duo idem significantia non frustra posita esse ^x ἐκ ἀδελφικῆς, ut quidam putant, sed hortamentum esse acre imperatæ celeritatis. Verba quoque illa Marci Ciceronis in 7 L. Pisonem trigemina etiam si duræ auris hominibus non placent, non venustatem modo numeris quæsierunt, sed figuram simulationemque oris pluribus simul vocibus ^y verberaverunt.

15 *Vultus denique*, inquit, *totus qui sermo quidem tacitus mentis est*, *hic in fraudem homines impulit*; *hic eos quibus erat ignotus decepit, sefellit, induxit*. Quid igitur? Simile est, inquit, apud eundem *in præda & manubiis*? Nihil profecto istiusmodi. Nam neque ornatius fit additis manubiis; neque exaggeratius modulatiusve: sed aliud omnino *præda* est, ut

20 *præda* dicitur corpora ipsa rerum, quæ capta sunt. *Manubia* vero appellatæ sunt pecunia a quæstore ex venditione prædæ redacta. Utrumque ergo dixit M. Tullius, ^z cum ulandæ invidiæ gratia, decemviros ablaturos, persecuturosque & prædam quæ nondum esset venundata & pecuniam quæ ex venditione prædæ percepta esset. Itaque hæc inscriptio,

25 quam videtis, *EX MANUBIIS*: non res corporaque ipsa prædæ monstrat (nihil enim captum est horum a Trajano ex hostibus) sed facta esse hæc comparataque ex manubiis, id est, ex pecunia prædaticia declarat. *Manubia* enim sunt, sicuti jam dixi, non præda sed pecunia per quæstorem populi Romani ex præda vendita contracta. Quod per quæstorem autem dixi: intelligi nunc oportet præfectum ærario significari. Nam cura ærarii a quæstoribus ad præfectos ærarii tralata est. Est tamen non nunquam invenire ita scripsisse quosdam non ignobiles scriptores, ut aut temere aut incuriose *prædam* pro *manubiis* & *manubias* pro *præda* posuerint: aut ^a tropica quadam figura mutationem vocabuli fecerint. Quod fa-

35 cere concessum est scite id periteque facientibus. Sed enim, qui proprie

INTERPRETATIO.

t proci autem Telemacho mortemque necemque parabant	x ex geminatione, y ad invidiam depulerunt. z ad odium magis concitandum.
h vade i, perniciosum somnium. Vade perge tri velox.	v aliqua figurâ translationis.

NOTA.

7. L. Pisonem.] L. Pisonem ex Calpurnia stirpe clarissima natus Romæ gessit consulatum anno U. C. Iocxcv. ante Christum LIX. In eum Tullius atrocissimis orationibus acerbitatis omne virus effudit.

atque ^b signate locuti sunt sicuti hoc in loco M. Tullius, *manubias pecuniam dixerunt.*

INTERPRETATIO.

^b juxta propriam significationem.

CAPUT XXV.

Verba P. Nigidii, quibus dicit in nomine, Valeri in casu vocandi primam syllabam acuendam esse: & item alia ex ejusdem verbis ad rectam scripturam pertinentia.

Publii Nigidii verba sunt ex commentariorum grammaticorum vicissimo quarto, hominis in disciplinis doctrinarum omnium præcellentis. Deinde, inquit, ^a *voculatio qui poterit servari, si non sciemus in nominibus, ut Valeri*, ^b *utrum interrogandi an vocandi sint? Nam interrogandi secunda syllaba superiore tono est quam prima: deinde novissima deijcitur. At in casu vocandi summo tono est prima; deinde gradatim descendunt.* Sic quidem P. Nigidius dici præcipit. Sed si quis nunc Valerium appellans, in casu vocandi, secundum id præceptum Nigidii acuerit primam; non aberit quin rideatur. Summum autem tonum *ωεωωωωωωωω* acuram dicit; & quem accentum nos dicimus, *voculationem* appellat; & casum interrogandi eum dicit, quem nunc nos *genitivum* dicimus. Id quoque in eodem libro Nigidiano animadvertimus. Si hujus, inquit, amici vel hujus magni scribas: unum, *i*, facito extremam. Sin vero, himagnei, hi amici, casu multitudinis recto; tum ante, *i*, scribendum erit, *e*. Atque idipsam facies in similibus. Item si hujus terræ scribas: *i* litera sit extrema. Si huic terræ: per, *e*, scribendum est. Item qui scribit mei in casu interrogandi, velut cum dicimus, mei studiosus; per, *e*, & *i*, scribat. At cum mi: tum per *i* unum scribendum est, non per *e*; quia dandi casus est. Hæc nos auctoritate doctissimi hominis adducti, propter eos qui harum quoque rerum scientiam quærunt, non prætermittenda existimavimus.

INTERPRETATIO.

^a Pronunciatio vocis juxta accentum quomodo poterit servari? ^b utrum sint in genitivo an in vocativo?

NOTA.

1. In casu vocandi summo tono est prima. Scilicet alias vocativus in e terminabatur autore Prisciano, ac dicebatur Valeric, Virgilic, &c. Verum cum illud vix pronunciaretur, tandem omnino sublatum est: retento tamen vocativi prioris accentu. Unde fit ut in oratione soluta ejusmodi penultima producantur, licet a poetis corripere debeant.

CAPUT XXVI.

De versibus, quos ^a Virgilius sectatus videtur Homeri ac Parthenii.

Parthenii poetæ versus est:

^b Γλαύκῳ καὶ Νηρέϊ καὶ Εἰναλίῳ Μελίκερτῃ.

Eum versum Vergilius æmulatus est. Itaque fecit duobus vocabulis venuste immutatis parem:

² Glaucō & ³ Panopea & ⁴ Inoo Melicerta.

Sed illi Homericō non sane re parem neque similem fecit. Esse enim videtur Homeri simplicior & sincerior, Vergilii autem ^c νεωτερικώτερος & quodam quasi ferrumine immisso fucator:

^d Ταῦρον δ' Ἰ Αλφείῳ ταῦρον ἢ Ποσειδάωνε.

Taurum Neptunō, taurum tibi pulcher Apollo.

INTERPRETATIO.

^a Quos Virgilius videtur excerpisse ex Homero ac Parthenio.

^b Glaucō & Nereo & Inalio Melicerta.

^c juvenilior & ascito fuso elegantior.

^d Taurumque Alpheo taurumque Neptuno.

NOTÆ.

1. Parthenii.] Vide quæ jam in notis ad lib. IX. cap. IX. diximus.

2. Glaucō.] Glaucus urinator peritissimus, cum sæpius sub aquis delitescens semper emerisset, tandem ibi suffocatus marini numinis opinionem apud populares imperitos habuit.

3. Panopea.] Nympha marina.

4. Inoo Melicerta.] Melicertes cum patrem Athamanta Thebarum regem fuentem videret, una cum Ino matre se

dedit in mare præcipitem; uterque in marina numina commutatus est. Ino Leucotheæ, Melicertes Palæmonis sive Porturni nomen habuit.

5. Αλφείῳ.] Alpheus Elidis fluvius, quem nonnulli scripsere abditis in mari canalibus in Arethusam Siciliæ fontem defluere, poetarum fabulis ansam dedit. Fingunt scilicet Arethusam ab Alpheo adamatam in fontem cognominem a Diana fuisse conversam.

CAPUT XXVII.

De sententia Panætii philosophi, quam scripsit in libro de officiis secundo: qua hortatur ut homines ad cavendas injurias in omni loco intenti paratique sint.

Legebatur Panætii philosophi liber de officiis secundus, ex tribus illis Linclutis libris, quos M. Tullius magno cum studio maximoque opere æmulatus est. Ibi scriptum est, cum multa alia ^b ad bonam frugem ductentia, tum vel maxime quod esse hæerereque in animo debet: id autem

INTERPRETATIO.

^a Imitatus est. ^b ad bonos mores utilia.

est ad hanc ferme sententiam. Vita, inquit, hominum, ^e qui ætatem in medio rerum agunt ac sibi suisque esse usui volunt, negotia periculaque ex improvise assidua & prope quotidiana fert. Ad ea cavenda atque declinanda proinde esse oportet animo semper prompto atque ^d intento, ut sunt ^e athletarum, qui ⁱ pancratiæ vocantur: nam sicuti illi ad certandum vocati ^f projectis alte brachiis consistunt, caputque & os suum manibus oppositis ^g quasi vallo præmœniunt; membraque eorum omnia, priusquam pugna mota est, aut ad vitandos ictus cauta sunt aut ad faciendos parata: ita animus atque mens viri prudentis, adversus vim & petulantias injuriarum omni in loco atque in tempore prospiciens, debet esse erecta, ardua, ^h sæpta solide, expedita, ⁱ nunquam connivens, nusquam aciem suam flectens, consilia cogitationesque contra fortunæ verbera contraque insidias iniquorum quasi brachia & manus protendens; ne qua in re adversa & repentina incurfio imparatis improtectisque nobis oboriatur.

INTERPRETATIO.

e qui vivunt in societate hominum d vi | pugnaculo præmuniunt. h fortiter defensè
gilanti. e illi inter athletas qui appellantur | i nunquam sopita.
tur pancratiæ. f extensis. g quasi pro-

NOTA.

1. Pancratiæ.] De Pancratiæ dictum est in notis ad cap. XV. lib. III.

CAPUT XXVIII.

Quod Quadrigarius, cum multis mortalibus dixit: an quid & quantum differret si dixisset, cum multis hominibus.

Verba sunt Claudii Quadrigarii ex annalium ejus tertio decimo. ^a Concione dimissa Metellus in Capitolium venit cum mortalibus multis. Inde domum proficiscitur. Tota civitas eum reduxit. Cum is liber eaque verba M. Frontoni, nobis ei ac plerisque aliis assidentibus, legerentur; & cuidam haud sane viro indocto videretur multis mortalibus, pro, hominibus multis, inepte frigideque in historia, nimisque id poetice dixisse: tum Fronto illi, cui hoc videbatur, ^b Ain tu, inquit, aliarum homo rerum judicii elegantissimi, mortalibus multis ineptum tibi videri & frigidum? Nihil autem arbitrare causæ fuisse, quod vir modestus atque puri ac prope quotidiani sermonis, mortalibus, maluit quam hominibus dicere? Eandemque credis futuram fuisse multitudinis demonstrationem, si cum multis hominibus, ac non, cum multis mortalibus, diceret? Ego quidem, inquit, sic existimo, nisi si me scriptoris istius omnisque anti- quæ orationis amor atque veneratio cæco esse iudicio facit longe atque

INTERPRETATIO.

^a Turba senatorum aut populi. b o | multis mortalibus tibi videri absurda
vir qui optime iudicas in aliis rebus, | & languidiora.
inquit Fronto, dicitur ne hac vocabula

longe esse amplius, prolixius, fortius, in significanda totius prope civitatis multitudine *mortales* quam *homines* dixisse. Namque multorum hominum appellatio intra modicum quoque numerum cohiberi atque includi potest. *Multi* autem *mortales* nescio quo pacto & quodam sensu inenarrabili omne fere genus, quod in civitate est, & ordinum & ætatum & sexus comprehendunt. Quod scilicet Quadrigarius, ita ut res erat, ingentem atque promiscam multitudinem volens ostendere, cum multis mortalibus Metellum in Capitolium venisse dixit, ^c ἐμφατικώτερον quam si cum multis hominibus dixisset. Ea nos omnia, quæ Fronto dixit, cum ita, ut par erat, non approbantes tantum sed admirantes quoque audiremus, Videte tamen, inquit, ne existimeris semper atque in omni loco, *mortales multos*, pro, *multis hominibus*, esse dicendum; ne plane fiat Græcum illud de Varronis satyra proverbium; ^d τὸ ἐπὶ τῆ φωνῆ μέρον. Hoc iudicium Frontonis, etiam de parvis minutisque vocabulis, non præmittendum putavi: ne nos forte fugeret lateretque subtilior huiusmodi verborum consideratio.

INTERPRETATIO.

c expressius. d in lente unguentum.

NOTA.

1. Τὸ ἐν φωνῆ μέρον.] In lente unguentum, proverbium hoc in eos quadrat, qui res alienis locis ac temporibus adhibent, eodem fere modo quo quis lentulam abjectum legumen vellet abunde pretiosus unguentis condire.

CAPUT XXIX.

^a Non hæcenus esse faciem, qua vulgo dicitur.

A Nimadvertere est pleraque verborum Latinorum ex ea significatione, in qua nata sunt, decessisse vel in aliam longe vel in proximam; eamque decessionem factam esse consuetudine & inscitia ^b temere dicitur, quæ cuiusmodi sint non didicerint. Sicuti quidam faciem esse hominis putant os tantum & oculos & genas, quod Græci ^c ὀφθαλμοὶ dicunt: quando facies sit forma omnis & modus & factura quædam corporis totius, a faciendo dicta, ut ab aspectu species & a fingendo figura. Itaque Pacuvius in tragœdia, quæ Niptra inscribitur, *faciem* dixit *hominis*, pro corporis longitudine.

³⁰ *Etate*, inquit, *integra*, *feroci ingenio*, *facie procera virum*. Non solum autem in hominum corporibus, sed etiam in rerum cuiusquemodi aliarum, facies dicitur: nam montis & cæli & maris facies, si ^d tempestive dicatur, probe dicitur. Sallustii verba sunt ex historia secunda,

INTERPRETATIO.

a Faciem aliud significare quam quod vulgo creditum est hæcenus. b eorum qui sine ratione dicunt ea, quæ qualia sunt non didicerunt, c vultum. d propriis locis.

^e Sardinia in Africo mari facie vestigii humani in orientem quam in occidentem latior ^fprominet. Ecce autem id quoque in mentem venit, quod etiam Plautus in ^gPænulo faciem, pro totius corporis colorisque habitu dixit. Verba Plauti hæc sunt:

Sed earum nutrix qua sit facie mihi expedi.

Statura haud magna, corpore ¹aquilo st. Ipsa ea st.

Specie venusta, ore parvo atque oculis pernigris.

^h Formam quidem hercle verbis depinxi probe.

Præterea memini Quadrigarium in undecimo faciem pro statura totiusque corporis figura dixisse.

INTERPRETATIO.

^e Sardinia insula in mari versus Africam, habens similitudinem vestigii humani. ^f extenditur. ^g comœdia. ^h hoc sermone certe depinxisti egregie ejus corporis habitum.

NOTA.

1. Aquilo.] Aquilus color, fuscus est tamen ab utroque colore proprietatem at subniger, sic dictus ab aqua, quæ quidam ab albo & nigro ita discrepat, ut trahat. Ita fere Festus Pompeius.

CAPUT XXX.

Quid sit in satyra M. Varronis, caninum prandium.

Laudabat venditabatque se nuper quispiam in libraria sedens, homine nepte gloriosus, tamquam unus esset sub omni cælo satyrarum M. Varronis ^a enarrator; quas partim Cynicas, alii Menippæas appellant: & ^b jaciebat inde quædam non admodum difficilia: ad quæ ^c conjicienda adspirare posse neminem dicebat. Tum forte eum ego librum, ex isdem satyris, ferebam qui ^d *ὑποκρίων* inscriptus est: propius igitur accessi: & Nosti, inquam, magister verbum illud scilicet ¹ e Græcia vetus; ² Musicam, quæ sit abscondita, eam ^e esse nulli rei? Oro ergo te, legas hos versus pauculos, & proverbii istius, quod in his versibus est, sententiam dicas mihi. Lege, inquit, tu mihi potius, quæ non intelligis; ut ea tibi ego enarrem. Quoniam, inquam, pacto legere ego possum, quæ non assequor? ³ indistincta namque sient & confusa quæ legero, & tuam quo-

INTERPRETATIO.

^a Interpres. ^b recitabat. ^c explicanda. ^d aqua rigens. ^e nihil prodesse.

NOTÆ.

1. E Græcia.] Ita ex Ms. regio Lamecius legit, in prioribus editionibus erat egregie vetus.

2. Musicam, &c.] Hoc proverbio excitabat hominem ut doctrinam exprimeret, quæ si nulli pateret, omnino foret inutilis.

3. Indistincta namque sient, &c.] Scilicet Romani singulas orationis voces notis interpunctis distinguebant: unde nisi quis sensum perciperet, in legendo sapius hærebat ignarus quo loco perodus esset claudenda.

que impediunt intentionem : tunc aliis etiam , qui ibi aderant , compluribus idem comprobantibus desiderantibusque , accepit a me librum veterem , fidei spectatæ , luculente scriptum . Accepit autem inconstanterissimo vultu & maestissimo : sed quid deinde dicam ? Non audeo Hercle postulare , ut id credatur mihi . Pueri ^f in ludo rudes , si cum librum accepissent , non ii magis in legendo deridiculi fuissent : ita & sententias intercedebar , & verba corrupte pronunciabat . Reddit igitur mihi librum multis jam ridentibus ; & Vides , inquit , oculos meos ægros assiduisque lucubrationibus prope jam perditos ? Vix ipsos literarum apices potui ^g comprehendere : cum valebo ab oculis ; revise ad me : & librum istum tibi totum legam . Recte , inquam , sit oculis magister tuis . Sed , in quo illis nihil opus est , id , rogo te , dicas mihi : *Caninum prandium* in hoc loco , quem legisti quid significat ? Atque ille egregius nebulo , quasi difficili quaestione perterritus , exsurgit statim : & abiens ; Non , inquit , parvam rem ^h quaeris . Talia ego gratis non doceo . Ejus autem loci in quo id proverbium est , verba hæc sunt . *Non vides apud ⁴ Mnestheum scribi tria genera esse vini , nigrum , album , melinum , quod vocant ⁵ κίρρον ; novum , vetus , medium : & efficere nigrum vires , album urinam , medium ⁶ novum refrigerare , vetus calefacere , medium esse prandium caninum ?*

²⁰ Quid significet , ⁶ prandium caninum , ^k rem leviculam diu & anxie quaesivimus . Prandium autem abstemium , in quo nihil vini potatur , caninum dicitur : quoniam canis vino caret . Cum igitur medium vinum appellasset , quod neque novum esset neque vetus , & plerumque homines ita loquantur ut omne vinum aut novum esse dicant aut vetus : nullam ²⁵ vim habere significavit neque novi neque veteris quod medium esset ; idcirco pro vino non habendum : quia neque refrigeraret , neque calefaceret : refrigerare id dicit , quod Græce *ἀψύχου* dicitur .

INTERPRETATIO.

f in schola imperiti . *g* distinguere . *h* gilvum . *i* coctionem . *k* investigavimus diu & magno labore rem minimi momenti .

NOTÆ.

⁴ *Mnestheum* .] Hic videtur esse Mnestheus ille medicus Atheniensis , cujus ut peritissimi meminit Galenus .

⁵ *Κίρρον* .] Id est , gilvum , qui color album inter & rufum medius est . Qualis solet esse mellis color . Unde & recte *melinum* hic legitur , cum in quibusdam editionibus *medium* habeatur .

⁶ *Prandium caninum* .] Prandium in quo vinum nullum biberetur , quod pecu-

liari naturæ proprietate canes a vino abhorreant . Quod autem hic Gellius subjungit vinum medium , id est , neque novum , neque vetus pro vino non habendum , quia neque refrigeret , neque calefaciat , id experientiæ quotidianæ repugnat quia quisque vino medio aqua non temperato se maxime sentit incallescere .

A. GELLII

NOCTIUM ATTICARUM

COMMENTARIUS.

LIBER QUARTUSDECIMUS.

CAPUT I.

Dissertatio Favorini philosophi adversus eos, qui Chaldaei appellantur, & ex cætu motibusque siderum & stellarum fata se hominum dicturos pollicentur.



DVERSUM istos, qui sese ¹ Chaldaeos seu genethliacos appellat ac de motu deque ^b positu stellarum dicere posse quæ futura sunt profitentur, audivimus quondam Favorinum philosophum Romæ Græce differentem egregia atque illustri oratione. Exercendine autem anne ostentandi gratia ingenii, an quod ita serio ^c judicatioque existimaret, non habeo dicere: capita autem locorum argumentorumque, quibus usus est, ² quod ejus meminisse potui, egressus ibi ^d ex auditione prope annotavi: eaque fuerunt ad hanc ferme sententiam. ^e Disciplinam istam Chaldæorum ³ tantæ vetustatis non

INTERPRETATIO.

^aConcursu. ^b situ. ^c maturo judicio. ^d ex loco ubi audiebam. ^e aiebat scientiam illam, &c.

NOTÆ.

1. *Chaldaeos seu Genethliacos.*] Genethliaci sunt qui ex diverso stellarum positu, variaque cæli affectione nascentium hominum fata fortunæque prævidere se jactitant. Chaldæi autem, ut ait Tullius, Assyriorum magi ex gentis vocabulo dicti sunt, qui diuturna observatione siderum scientiam putantur effecisse, ut prædici posset quid cuique eventurum esset. Chaldæam aliqui dicunt Arabiæ conterminam esse regionem. Verum Chaldæorum nomen plerumque non tam gentis est, quam artis & professionis. Ita quippe mathemati-

cos & genethliacos nominant: quod jam observavimus lib. I. cap. IX.

2. *Quod ejus meminisse potui.*] Vix potest hæc verborum constructio cum superioribus quadrare. Addita una littera non inepte legeretur *quod ejus meminisse potui*; quæ locutio Ciceroni satis est familiaris. *Quod ejus facere poteris.*

3. *Tantæ vetustatis non esse.*] Nempe ut arti suæ autoritatem aliquam & fidem conciliarent, teste Tullio, majores suos jactitabant in prædicendis puerorum nascentium fati annorum quadringenta & septuaginta duo millia posuisse.

esse, quantæ videri volunt: neque eos ^f principes ejus auctoresque esse, quos ipsi ^g ferant. ^b Sed id præstigiarium atque ⁴ officiarum genus commentos esse homines ⁵ æruscatores & cibum quæstumque ex mendaciis captantes: atque quoniam viderent terrena quædam inter homines sita
 5 cælestium rerum sensu atque ductu moveri; quale est, quod oceanus quasi lunæ comes cum ea simul ¹ senescit adolescitque; hinc videlicet sibi argumentum ad persuadendum paravisse, ut crederemus omnia rerum humanarum & parva & maxima, tamquam ^k ⁶ stellis atque sideribus evincta, duci & regi. Esse autem nimis quam ineprum absurdumque;
 10 ut, quoniam æstus oceani cum lunæ curriculo congruit, negotium quoque alicujus, quod ei forte de aquæductu cum rivalibus aut de communi pariete cum vicino apud judicem est, ut existimemus id negotium quasi habena quadam de cælo vinctum gubernari; quod & si vi & ratione quæpiam divina fieri potest; nequaquam id tamen censebat in tam brevi exiguoque vitæ spatio quantovis hominis ingenio comprehendendi posse & per-
 15 cipi: ⁷ sed conjectari pauca quædam, verbo ipsius utar, ¹ *παραπρόσθετος*, ^m nullo scientiæ fundo concepta, sed fusa & vaga & arbitraria: ⁿ qualis longinqua oculorum acies est per intervalla media caligantium. Tolli enim, quod maxime inter deos atque homines differt, si homines quoque res
 20 omnis postfuturas prænoscerent. Ipsam deinde siderum stellarumque observationem, quam esse originem scientiæ suæ prædicarent, haudquamquam putabat ^o liquide consistere: nam si principes Chaldæi, qui in patentibus campis ^p colebant, stellarum motus & vias & discessiones & ^q cœtus intuentes, quid ex iis efficeretur observaverunt: procedat, inquit, hæc sane disciplina, sed ^r sub ea modo inclinatione cæli, sub qua
 25 tunc Chaldæi fuerunt: non enim potest, inquit, ratio Chaldæorum observationis manere, si quis ea uti velit ^f sub diversis cæli regionibus: nam

INTERPRETATIO.

f inventores. *g* dicant. *h* sed homines mendicos & vitam ex mendaciorum proventibus tolerantes: hanc novam rationem fraudum & fallaciarum excogitasse. *i* decrevit & crescit. *k* astricta legibus stellarum & siderum. *l* crassiore modo. *m* nulli scientiæ subjecta, sed in-
 definita, incerta & ex arbitrio pendens. *n* eo modo possunt intelligi quo res distantes longo spatio interposito possunt cerni oculis infirmis. *o* certam esse. *p* habitabant. *q* conjunctiones cum planetis. *r* sub ea cæli affectione. *s* in terris quæ subsunt diversis cæli partibus.

NOTÆ.

4. Officiarium.] Officia proprie fucus est quo mulieres faciem oblinunt. Metaphorice sumitur pro dolis ac fraudibus.

5. Æruscatores.] Consule notas in cap. II. lib. IX.

6. Stellis atque sideribus.] Stella simplex est, sidus autem constat ex pluribus stellis, ut Aries, Taurus, &c. Quod discrimen licet a plerisque non observetur, patet tamen ex illo Manilii loco

--- Formas distinguere tantum Contenta & stellis distinguere sidera certis.

7. Sed conjectari pauca quædam.] Possunt eclipses certo prædici: quippe quæ pendent ab astrorum motu, qui semper æquabilis est, morbi, pluvie, &c. non nisi probabiliter conjici possunt; quis enim distinctas stellarum omnium virtutes penitus intelligat? Actiones hominum liberæ præscivi non possunt.

quanta, inquit, ⁸ partium circularumque cæli ex ⁹ devertentia & convectionibus mundi varietas sit, quis non videt? Eadem igitur stellæ, per quas omnia divina humanaque fieri contendunt, sicuti non usquequaque pruinas aut calores cient; sed mutant & variant, ¹⁰ tempestatessque eodem in tempore alibi placidas alibi violentas movent: cur non eventa quoque rerum ac negotiorum alia efficiunt in Chaldæis, alia in ¹¹ Gætulis, alia apud Danubium, alia apud Nilum? ¹² Per autem, inquit, inconsequens, ipsum quidem corpus & habitum tam profundi aeris sub alio atque alio cæli curvamine non eandem manere: in hominum autem negotiis stellas istas opinari idem semper ostendere, si eas ex quacunque terra conspexeris. Præterea mirabatur id cuiquam ¹³ pro percepto liquere, ¹⁴ stellas istas, quas a Chaldæis & Babylonis sive Ægyptiis observatas ferunt, (quas multi erraticas, Nigidius erroneas vocat) non esse plures quam volgo dicerentur: posse enim fieri existimabat, ut & alii quidam planetes ¹⁵ pari potestate essent, sine quibus recta atque perpetua observatio perfici non quiret; neque eos tamen cernere homines possint, ¹⁶ propter exsuperantiam vel splendoris vel altitudinis. ¹⁷ Nam &

INTERPRETATIO.

Declivitate & convexitate orbis terrarum. hujus altissimi aeris mutari pro diverso
& eodem tempore reddunt tempus uno positu cæli, & sentire illa sidera idem
quidem in loco serenum, in alio vero turbulens. x hac est autem maxime absurda consequentia credere qualitatem
z planetas. a eandem vim haberent.

NOTÆ.

8. Partium circularumque cali varietas, &c.] Nempe alia aliis locis oriuntur sidera; qui versus polum antarcticum habitantibus neque Urfa neque Septentriones: unquam apparent, neque alia reliqua quæ apud Babylonios videntur. Unde illis saltem inutilia sunt hujus astrologiæ, quam Judicariam vulgo nominant, principia, si quidem in eo siderum ortu & occasu posita sunt, quæ nonnullis in regionibus neque oriri neque occidere videntur.

9. Devertentia & convectionibus mundi.] Terræ figura cum sit globosa, partem aliam declivem, aliam arduam sibi fingunt geographi.

10. Tempestatessque eodem in tempore, &c.] Ita sol, quo tempore nobis imminens æstatem refert, iis populis qui in contraria orbis parte adversa nobis urgent vestigia, Antipodas vocant, causa est hiemis. Cæterum hybernis diebus non ideo frigidum est tempus, quod a nobis major sit solis recessus, ut vulgus falso putat; aut quod solis radii terram non nisi oblique attingant, ut e philo-

sophis plurimi censent; terra enim inæquali montium asperitate radios solares fere ad perpendiculum excipit pluribus in locis, ubi summum est aliquando frigus. Propius aberit a vero qui pluribus id causis tribuerit, & radiis solis oblique incidentibus, & iisdem propter aerem nubilum sæpius refractis, unde minus & caloris & luminis ad nos permeat. Adde quod hyeme diurna solis mora longe brevior sit.

11. Gætulis.] Gætuli populi sunt interioris Africæ Garamantibus proximi, eam incolebant regionem quæ Mauritanix adjacet, hodieque dicitur Guinea.

12. Propter exsuperantiam vel splendoris.] Sic in via lactea multitudo stellarum ita sibi mutuo splendore officit, ut alia ab aliis distingui nequeant.

13. Nam & quadam sidera.] Ita Centauri sidus ac cætera quæ vergunt ad polum antarcticum Europæis nunquam videntur; nec essent cognita, nisi ea Lusitani qui in Indiam navigarunt observassent.

quædam, inquit, sidera e quibusdam terris conspiciuntur, earumque terrarum hominibus nota sunt: sed eadem ipsa ex alia omni terra non videntur, & sunt aliis omnino ^b ignarissima. Atque ut densus, inquit, & has tantummodo stellas & ex una parte terræ observari debuisse: quæ tandem finis observationis istius fuit, & quæ tempora satis esse visa sunt ad percipiendum, quid præmonstraret aut cœtus stellarum aut circumitus aut transitus? Nam si isto modo cœpta fieri observatio est, ut animadverteret quo habitu quaque forma quaque positura stellarum aliquis nasceretur; tum deinceps ab ineunte vita, fortuna ejus & mores & ingenium & circumstantia rerum negotiorumque & ad postremum finis etiam vitæ expectaretur; eaque omnia, ut usu venerant, literis mandarentur; ac postea longis temporibus, cum ipsæ illæ eodem in loco eodemque habitu forent, eadem ceteris quoque evenitura existimarentur, qui eodem illo tempore nati fuissent; si isto, inquit, modo observari cœptum est, & ex ea observatione composita quædam disciplina est: nullo id pacto potest procedere: dicant enim, quot tandem annis vel potius quot sæculis ^d orbis hic observationis perfici quiverit. Constare quidem inter astrologos dicebat, ^e stellas istas quas *erraticas* dicerent, quæ esse omnium rerum fatales viderentur, infinito prope & innumerabili numero annorum ad eundem locum, cum eodem habitu simul omnes profectæ sunt, regredi; ut neque ullus observationis tenor neque memoriæ ulla effigies literarum tanto ævo potuerint edurare. Atque illud etiam ^f cuiusmodi esset considerandum putabat; quod aliud stellarum agmen foret, quo primum tempore conciperetur homo in utero matris, aliud postea cum in decem mensibus proximis in lucem ederetur: quærebatque, qui conveniret diversam super eodem fieri demonstrationem; si, ut ipsi putarent, alius atque alius earundem stellarum situs atque ductus alias atque alias fortunas daret. Sed & nuptiarum tempore, ex quibus liberi quærentur, atque ipso etiam illo maris atque fœminæ coitu, jam declarari oportere dicebat, certo quodam & necessario stellarum ordine quales qualique fortuna homines gignerentur; ac multo etiam ante, quam pater ipse atque mater nascerentur, ex eorum genitura debuisse jam tunc prospici, quinam olim futuri essent, quos ^h creaturi forent, & supra longe atque longe per infinitum: ut, si disciplina ista fundamento aliquo veritatis nixa est, centesimo usque abhinc sæculo, vel magis primo cœli atque mundi exordio, atque inde jam deinceps, continua significatione, quotiens generis auctores ejusdem homines nascerentur, stellæ istæ præmonstrare debuerint, qualis qualique fato futurus sit, quisquis hodie natus

INTERPRETATIO.

^b maxime ignota. c ea ratio stare minime potest. d hic stellarum circuitus quo fit observatio potuerit confici. e planetas ex quibus fata rerum omnium videbantur pendere post immensam ac prope innumerabilem annorum seriem ad id spatium loci redituros, unde eodem tempore digressi fuerunt, ita ut nulla ratio observationis, nulla hominum memoria, nulla literarum monumenta potuerint conservari tam longo tempore. f cuiusmodi est.

est. Quo autem, inquit, pacto credi potest, uniuscujusque stellarum formæ & positionis sortem atque fortunam uni omnino homini certam destinatumque esse; eamque formam, post longissima sæculorum spatia, restitui, si vitæ fortunarumque ejusdem hominis judicia, in tam brevibus intervallis, per singulos majorum ejus gradus perque infinitum successivum ordinem, tam sæpe ac tam multipliciter eadem ipsa non eadem stellarum facie denotantur? Quod si id fieri potest; eaque diversitas atque varietas admittitur per omnis antiquitatis gradus, ad significanda eorum hominum, qui postnascuntur, exordia: imparilitas hæc turbat observationem; omnisque ratio disciplinæ confunditur. Jam vero id minime ferendum censebat, quod non modo casus eventaque, quæ evenirent extrinsecus, sed consilia quoque hominum ipsa & arbitria & varias voluntates appetitionesque & declinationes, & fortuitos repentinosque in levissimis rebus animorum impetus recessusque, moveri agitarique desuper e celo putarent: tamquam quod forte ire in balneas volueris, ac deinde nolueris, atque id rursus volueris, non ex aliqua dispari variaque animi agitatione, sed ex necessaria quadam errantium siderum reciproca contigerit: ut plane homines non, quod dicitur, $\epsilon \lambda \omicron \gamma \mu \alpha \tau \alpha \zeta \omega \alpha$, sed ludicra & ridenda quædam ¹⁴ neurospasta esse videantur, si nihil sua sponte, nihil arbitrato suo faciunt, sed ducentibus stellis & ¹⁵ aurigantibus. Ac si, inquit, potuisset prædici affirmanter, Pyrrhusne rex an M. Curius prælio victurus esset; cur tandem non de alea quoque ac de calculis & alveolo audent dicere, quinam ibi ludentium vincat? An videlicet magna sciunt; parva nesciunt; & minora majoribus ¹⁶ imperceptiora sunt? Sed si magnitudines rerum sibi vindicant; magisque esse perspicuas & facilius comprehendendi posse dicunt: Volo, inquit, mihi respondeant, quid in hac totius mundi contemplatione, præstantis naturæ operibus, in tam parvis atque brevibus negotiis fortunisque hominum magnum putent? Atque id velim etiam, inquit, ut respondeant; si tam parvum atque rapidum est momentum temporis, in quo homo nascens fatum accipit, ut ¹⁷ in eodem illo puncto sub eodem circulo cæli plures simul ¹⁸ ad eandem competentiam nasci non queant; & si iccirco gemini quoque non eadem vitæ sorte sunt, quoniam non eodem temporis puncto editi sunt; peto, inquit, respondeant, cursum illum ¹⁹ temporis transvolantis, qui vix co-

INTERPRETATIO.

g rationalia animalia h impellentibus. | *positu*. l cœlestium orbium mirabili rapiditate prætervolantium.

NOTA.

¹⁴ Neurospasta.] *Neurospasta* Græci vocant parva quædam hominum aut animalium simulacra, quæ interioribus & occultis fidiculis vel nervis adductis caput, manus, humeros & reliqua membra movent, perinde ac si essent animata. Hæc nos Galli dicimus, *des marionettes*. Ad quas imagunculas alludens Horatius aiebat,
Duceris ut nervis alienis mobile lignum.
 Hujus porro vocis origo est *σπάω* traho, & *νῆρ* per nervus.

5 gitatione animi comprehendi potest, quonam pacto aut consulto assequi
 queant aut ipsi perspicere & deprehendere: cum in tam præcipiti dierum
 noctiumque vertigine ¹⁵ minima momenta ingentes facere dicant mutatio-
 nes. Ad postremum autem, & quid esset, quod adversum hoc dici pos-
 set, requirebat; quod homines utriusque sexus omnium ætatum, diversis
 stellarum motibus in vitam editi, regionibus sub quibus geniti sunt longe
 10 distantibus, omnes tamen isti, aut hiantibus terris aut labentibus tectis
 aut oppidorum expugnationibus aut eadem in navi fluctu obruti, eodem
 genere mortis eodemque ^m ictu temporis universi simul interirent: Quod
 scilicet, inquit, numquam eveniret; si momenta nascendi singulis attri-
 buta suas unumquodque leges haberent. Quod si quædam, inquit, in ho-
 15 minum morte atque vita etiam diversis temporibus editorum per stella-
 rum pares quosdam postea conventus, paria nonnulla & consimilia posse
 dicunt obtingere: cur non aliquando possint omnia quoque paria usu ve-
 nire; ut existant per hujuscemodi stellarum concursiones & similitudines
 Socratæ simul & Antisthenæ & Platones multi, genere, forma, ingenio,
 moribus, vita omni & morte pari? Quod nequaquam, inquit, profus
 fieri potest. Non igitur hac causa probe uti queunt, adversum homi-
 num impares ortus, interitus pares. ⁿ Illud autem condonare se iis dice-
 20 bat, quod non id quoque requireret, si vitæ mortisque hominum rerum-
 que humanarum omnium tempus & ratio & causa in cælo & apud stel-
 las foret; quid de muscis aut vermiculis aut echinis multisque aliis mi-
 nutissimis terra marique animantibus dicerent? An ista quoque isdem,
 quibus homines, legibus nascerentur; isdemque itidem extinguerentur:
 25 ut aut ranunculis quoque & culicibus nascendi fata sint de cælestium siede-
 rum motibus attributa; aut, si id non putarent, nulla ratio videretur cur
 ea siderum vis in hominibus valeret, deficeret in cæteris. ^o Hæc nos sic-
 ca & incondita & propemodum jejuna oratione attigimus. At Favori-
 nus ut hominis ingenium fuit, aut ^p quæ est Græcæ facundiæ copia si-
 mul & venustas, latius ea & amœnius & splendidius & ^q profluentius
 30 exsequebatur; atque identidem commonebat, ut caveremus ne ^r qua nobis

INTERPRETATIO.

in momento. n. aiebat se nolle eos ad angu-
 stias redigere, quod non id pariter sci-
 scitaretur. o hæc nos dicimus oratione ari-
 da & inornata ac fere exangui.

p pro eloquentia Græca abundantia & di-
 gnitate. q majori verborum volubilitate
 dicebat. r ne quo modo isti impostore; si dem
 apud nos sensim ebrinerent.

NOTA.

15. Minima momenta ingentes muta-
 tiones.] Quod ut probaret Nigidius, Au-
 gustino teste, rotam quanta potuit ma-
 xima rapiditate agitatum tanquam uno
 ejus in leco summa celeritate semel at-
 que iterum atramento notavit. Tum de-
 sistente motu cum inventa essent signa

quæ fixerat, non mediocri spatio distan-
 tia: sic in tanta cæli rapacitate, inquit,
 nascentibus geminis nunquam idem si-
 dus eodem modo affulget. Atque hinc
 oriuntur, ut addebat, quæcunque diffi-
 millima perhibentur in moribus casibus
 que geminorum.

isti ¹⁶ sycophantæ ad faciendam fidem irreperent, quod viderentur quædam interdum ^f vera effutire aut spargere. Non enim comprehensa, inquit, neque definita neque percepta dicunt; ² sed lubrica atque ambagiola conjectatione nitentes, inter falsa atque vera pedetentim quasi per tenebras ingredientiæ eunt; & aut ^u multa tentando incidunt repente imprudentes in veritatem; aut ipsorum, qui eos consulunt, multa credelitate ducen-
 te perveniunt callide ad ea quæ vera sunt; & idcirco videntur in præteritis rebus quam in futuris veritatem facilius imitari. Ista tamen omnia, quæ aut temere aut astute vera dicunt, præ cæteris, inquit, quæ mentiuntur, pars ea non est millesima. Præter hæc autem, quæ dicentem Favorinum audivimus, multa etiam memini poetarum veterum testimonia; quibus hujuscemodi ^x ambages fallaciolæ confutantur. Ex quibus est ^y Pacuvianum illud;

^z Nam si qui, qua eventura sunt, provideant.
 Equiparent Iovi.

^u item Accianum illud;

^b Nihil, inquit, credo auguribus, qui aures verbis divitant
 Alienas; suas ut auro locupletent domus.

Item Favorinus, deterrere volens ac depellere adolescentes a generthiacis istis & quibusdam aliis id genus, qui prodigiosis artibus futura omnia dicturos se pollicentur, nullo pacto adeundos esse consulendosque hujusmodi argumentis concludebat. Aut adversa, inquit, eventura dicunt; aut prospera. Si dicunt prospera, & fallunt; miser fies frustra expectando. Si adversa dicunt & mentiuntur; miser fies frustra timendo. Sin vera respondent, eaque sunt non prospera; jam inde ex animo miser fies, antequam e fato fias. Si felicia promittunt, eaque eventura sunt; tum plane duo erunt incommoda: & expectatio te spe suspensum fatigabit; & futurum gaudii fructum spes tibi jam præfloraverit: nullo igitur pacto mendum est istiusmodi hominibus res futuras ^d prælagentibus.

INTERPRETATIO.

vera garrire & admiscere mendaciis. t sed nixi dubiis & incertis conjecturis. u varia dicendo. x flexus verborum captiosi y illud dictum Pacuvii poetæ. z nam si qui prospicerent: re: futuras, plerique illos crederent æquales Iovi. a similiter illud dictum

Accii poetæ. b nullam, inquit, fidem adhibeo auguribus, qui verbis replent aliorum aures, ut auro replent suas sedes. c spes præcepta tibi præcipiet emolumentum lætitiæ qua fuisses afficiendus, d se prævidere dicentibus.

NOTA.

¹⁶ Sycophanta.] Ita calumniatores vulgo appellantur. Id nominis inde natum est, quod, cum lege cautum esset ne quis Athenis efferret ficus, quidam observatos nonnullos qui furtim expor-

tabant, ad magistratus detulerunt. Hinc joco populari dicti sunt sycophantæ ἀπὸ τῆς ὄξια φαίτης, id est ficus ostendere.

CAPUT II.

Quem in modum differuerit Favorinus consultus a me super officio iudicis.

Quo primum tempore a prætoribus ^a lectus in iudices sum, ut iudicia, quæ appellantur privata, suscipere; libros utriusque linguæ de officio iudicis scriptos conquisivi: ut homo adolescens a poetarum fabulis & a rhetorum epilogis ad iudicandas lites vocatus, rem iudicariam, ^b quoniam vocis, ut dicitur, vivæ penuria erat, ex mutis quod aiunt, magistris cognoscerem. Atque in rerum quidem ¹ diffisionibus ² comperendinationibusque, & aliis quibusdam legitimis ritibus, ex ipsa lege Julia & ex Sabini Massurii & quorundam aliorum jurisperitorum commentariis comoniti & ^c adminiculati sumus. In his autem, quæ existere solent, negotiorum ambagibus & in ancipiti rationum diversarum circumstantia, nihil quicquam nos hujuscemodi libri juverunt. Nam, & si consilia iudicibus ex præsentium causarum statu capienda sunt, generalia tamen quædam præmonita & præcepta sunt, quibus ante causam ^d præmœniri iudex præpararique ad incertos casus futurarum difficultatum debeat. Sicut ^e illa mihi tunc accidit inexplicabilis reperiendæ scientiæ ambiguitas. Petebatur ^f apud me pecunia, quæ dicebatur data numerataque. Sed qui petebat neque tabulis neque testibus id factum docebat; & argumentis admodum exilibus nitebatur. Sed eum constabat virum esse ferme bonum, notæque & expertæ fidei, & vitæ ^g inculpatisimæ; multaque & illustria exempla probitatis sinceritatisque ejus expromebantur. Illum autem, ^h unde petebatur, hominem esse ⁱ non bonæ rei, vitæque turpi & sordida, convictumque volgo in mendaciis, plenumque esse perfidiarum & fraudum ostendebatur. Is tamen, cum suis multis patronis, clamitabat probari apud me debere pecuniam datam consuetis modis, ³ *expensis*

INTERPRETATIO.

a Factus sum iudex. b quia non poteram doceri viva, ut aiunt, voce præceptoris. c ad iuti sumus. d præmoniri & præparari. e ille casus evenit, in quo præcepta generalia jurisperitorum non sufficiebant ad iudicium ferendum. f coram me iudice. g integerrima. h a quo, i non probis moribus.

NOTÆ.

1. *Diffisionibus.*] Diffisio erat institutionis in alium diem dilatio; unde diffindere diem dicebatur, qui diem institutionis actioni peragenda destinatum ob aliquam causam differerebat. Quæ dilatio hac verborum formula concipiebatur. *Hic dies diffusus esto.*
 2. *Comperendinationibus.*] Comperendinatio tum erat, cum hominis rei iudicium in secundam actionem perennam die habendam differerebatur, tamen reus jam convictus actione prima posuisset iudicari: eam autem comperendinationis legem primus tulit Glaucia, quod tradit Alconius, ut accusatis, si forte essent innocentes, liceret per tempus objecta crimina refellere.
 3. *Expensis latione.*] Expensum dicebatur ferre, qui suos in codicillos scripto referebat, quod ab alio accepisset.

latione, ⁴ mensa rationibus, ⁵ chirographi exhibitione, ⁶ tabularum ob-
 signatione, ⁷ testium intercessione. Ex quibus omnibus si nulla re probare-
 tur, dimitti jam se oportere, & adversarium de calumnia damnari. Quod
 de utriusque autem vita atque factis diceretur; frustra id fieri atque dici.
 Rem enim de petenda pecunia apud judicem privatum agi, non apud cen-
 fores de moribus. Tunc ibi amici mei, ^k quos rogaveram in consilium, 5
 viri exercitati atque in patrociniis & in operis fori celebres, semperque se
 circummundique distrahentibus causis festinantes, ^l non sedendum diutius,
 ac nihil esse dubium dicebant, quin absolvendus foret, quem accepisse pec-
 uniam nulla probatione solemniter docebatur. Sed enim ego homines cum 10
 considerabam, alterum fidei alterum probri plenum spurcissimæque vitæ
 ac deformatissimæ: nequaquam adduci potui ad absolvendum. Jussi igitur
 diem diffindi, atque ^m inde a subfelliis pergo ire ad Favorinum philoso-
 phum, quem in eo tempore Romæ plurimum sectabar, atque ei de causa 15
 ac de omnibus quæ apud me dicta fuerant, ut res erat, narro omnia; ac
 peto ut & ipsum illud in quo hærebam, & cetera etiam, quæ observan-
 da mihi forent in officio judicis, ⁿ faceret me ut earum rerum essem ^o pru-
 dentior. Tum Favorinus, ^p religione illa cunctationis & solitudinis no-
 stræ comprobata, id quidem, inquit, super quo nunc deliberas, videri
 potest specie tenui parvaque esse. Sed si de omni quoque officio judicis 20
 præire tibi me vis; nequaquam est vel loci hujus vel temporis. Est enim
 disceptatio ista multijugæ & sinuosa quæstionis, multaque & anxiosa cura
 & ^r circumspectantia indigens. Namque, ut pauca tibi nunc quæstionum
 capita attingam, jam omnium primum hoc de judicis officio quæritur, si
 judex forte id sciat super qua re apud eum litigatur, eaque res uni ei, 25
 prius quam agi cœpta aut in iudicium deducta sit, ex alio quodam nego-
 tio casuque alio quo cognita liquido & comperta sit; neque id tamen
 in agenda causa probatur: ^s oporteat-ne eum secundum ea, quæ sciens

INTERPRETATIO.

^k quos adduxeram ut mihi darent consi- | judicium. ⁿ doceret. ^o peritior. ^p appro-
 lunt. ^l non diutius sedendum ad delibe- | bato scrupulo mea dubitationis & anxie-
 randum. ^m & statim egressus e subfelliis | tatis. ^q doceri a me vis. ^r consideratione.

NOTÆ.

4. Mensa rationibus.] Id est, testi-
 monio trapezitarum, qui alteri pecu-
 niam dabant alterius nomine a quo re-
 cipienda esset. Trapezita autem Gallice
 dicitur Banquier.

5. Chirographi expeditione.] Chirogra-
 pho, sive syngrapha cautio datur pecu-
 niarum acceptarum. Quanquam sola vi
 nominis significet tantum id quod ali-
 cujus manu scriptum est. Καὶ manus &
 ἔγραψα scribo.

6. Tabularum obsignatione.] Impres-
 sione sigilli, quo quis confirmabat sibi
 creditam pecuniam.

7. Testium intercessione.] Solebant ad-
 vocari nonnunquam qui acceptæ pecu-
 niæ testes essent, idque coram iudicibus,
 si forte res exigeret, confirmarent.

8. Oporteat-ne eum, &c.] Plerique
 non jurisconsulti modo, sed etiam theo-
 logi censent, iudici ferendam esse senten-
 tiam secundum allegata, ut ipsi vocant,
 & probata, adeo ut quem privatim
 ipse certo sciat innocentem debeat con-
 demnare, si publico testimonio reus
 denunciatur. Scilicet, inquiunt, cum
 publica non privata sit persona iudex,
 in iudicio ferendo non suæ sed publicæ

venit, judicare, an secundum ea quæ aguntur. Id etiam, inquit, quæ-
 ri solet, an deceat atque conveniat judici causa jam cognita, si facultas
 esse videatur componendi negotii, officio paulisper judicis dilato commu-
 nis amici & quasi pacificatoris partes recipere. Atque illud amplius ambi-
 gi ac dubitari scio, debeatne judex inter cognoscendum ea, quæ dicto
 quæsitoque opus est, dicere & quærere, etiamsi, cujus ea dici quærique
 interest, neque dicat neque postulet: patrocinari enim prorsus hoc esse
 aiunt non judicare. Præter hæc, super ea quoque re dissentitur, an ex usu
 exque officio sit judicis rem causamque, de qua cognoscit, interlocutio-
 nibus suis ita exprimere ^f consignareque, ut ante sententiæ tempus ex his,
 quæ apud eum in præsens confute varieque dicuntur, proinde, ut quoquo
 in loco ac tempore movetur, ^t signa & indicia faciat motus atque sensus
 sui. Nam qui iudices, inquit, acres atque celebres videntur non aliter exi-
 stimant rem, qua de agitur, indagari comprehendique posse, nisi is, qui
 15 iudicat, crebris interrogationibus necessariisque interlocutionibus & suis
 sensus aperiat & litigantium deprehendat. Contra autem, qui sedatior
 & graviore putantur, negant iudicem debere ante sententiam, dum cau-
 sa utrimque agitur, quotiens aliqua re proposita motus est, totiens si-
 gnificare quid sentiat. Eventurum enim aiunt, ut, quia pro varietate
 20 propositionum argumentorumque alius atque alius motus animi patiendus
 est, aliter atque aliter eadem in causa eodemque in tempore sentire &
 interloqui videatur. Sed de his, inquit, & ceteris hujuscemodi judicialis
 officii tractatibus & nos posthac, cum erit otium, dicere quid sentiamus
 conabimur, & præcepta Aelii Tuberonis super officio judicis, quæ nuper
 25 rime legi recensebimus. Quod autem ad pecuniam pertinet, quam apud
 iudicem peti dixisti; suadeo Hercle tibi, utare M. Catonis prudentissimi
 viri consilio: qui in oratione, quam pro L. Turio contra Cn. Gellium
 dixit, ita esse a majoribus memoriæ traditum observatumque ait, ut si,
 quod inter duos actum est, neque tabulis neque testibus planum fieri pos-
 30 sit; tum apud iudicem, qui de ea re cognosceret, uter ex iis vir melior es-
 set quæreretur: & si pares essent, seu boni pariter seu mali, tum illi,
 unde petitur, crederetur, ac ^u secundum eum iudicaretur. In hac autem cau-
 sa, de qua tu ambigis, optimus est qui petit, unde petitur deterrimus; &
 res est inter duos acta sine testibus: eas igitur & credas ei qui petit, con-
 35 demnesque eum de quo petitur: quoniam, sicuti dicis, duo pares non

INTERPRETATIO.

*Declarare. & adducat in cognitionem affectus & iudicii sui. u iudicium ferretur in
 e, us gratiam.*

NOTA.

sententiæ stare debet. Reclamant alii, & innocenti v. g. eadem contendunt repugnare juri & naturali & divino, nul- la lege sanciri posse, ut qui per injuriam oppressus est, damnetur: inquirunt an, si forte iudex ipse accusatorem & falsos	subornaverit testes, qui a calumniandi consilio deterreri nolint, tum & possit & debeat innocentem condemnare. His & aliis sed levioribus ultro citroque rationibus allatis autores gravissimi utram- que opinionem tuentur.
--	---

sunt; & qui petit melior est. Hoc quidem mihi tum Favorinus, ut virum philosophum decuit, suavit. Sed majus ego altiusque id esse existimavi, quam quod meæ ætati & mediocritati conveniret, ut cognovisse & condemnasse de moribus non de probationibus rei gestæ viderer: ut absolverem tamen, inducere in animum non quivi; & propterea juravi ^x mihi non liquere: atque ^y ita iudicato illo solutus sum. Verba ex oratione M. Catonis, cujus commemorat Favorinus, hæc sunt. *Atque ego a majoribus memoria sic accepi: si quis quid alter ab altero peterent, si ambo pares essent, sive boni sive mali essent, quod duo res gessissent ubi testes non interessent, illi unde petitur ei potius credendum esse. Nunc si sponsionem fecisset Gellius cum Turio. NI. VIR. MELIOR. ESSET. GELLIUS. QUAM. TURIUS. nemo, opinor, tam insanus esset qui iudicaret meliorem esse Gellium quam Turium. Si non melior Gellius est Turio, potius oportet credi ^z unde petitur.*

INTERPRETATIO.

^x ista mihi non esse certa. ^y & sic me ex hujus iudicii difficultate expedii. ^z eum a quo petitur.

CAPUT III.

An ^a amuli offensique inter sese fuerint Xenophon & Plato.

Qui de ¹ Xenophontis Platonisque vita & moribus pleraque omnia exquisitissime scripsere, non a fuisse ab eis motus quosdam tacitos & occultos ^b similitatis æmulationisque mutæ puerunt: & ejus rei argumenta quædam conjectatoria ex eorum scriptis protulerunt. Ea sunt profecto hujuscemodi. Quod neque a Platone in tot numero libris mentio usquam facta sit Xenophontis, ² neque item contra ab eo in suis libris Platonis; quamquam uterque ac maxime Plato complurium Socratis sectatorum in sermonibus, quos scripsit, commenerit. Id etiam esse non sinceræ neque amicæ voluntatis indicium crediderunt, quod Xenophon incluto illi operi Platonis, quod de optimo statu reipublicæ civita-

INTERPRETATIO.

^a Vtrum Xenophon & Plato fuerint inter se inimici. b inimicitiarum.

NOTÆ.

1. Xenophontis.] Xenophon Atheniensis, Socratis primum auditor, tum dux in bello præclare factis ita summi imperatoris famam adeptus est, ut privatis studiis eloquentiæ palmam multis præripuerit. Unde datum ei nomen est Atticæ musæ vel apud Atticæ, ut refert Suidas, quod, ut ait Tullius, ejus oratio sit melle dulcior. Floruit maxime teste

Laertio Olymp. xciv. anno iv. Nempe ante Christum cccxcix. nonagenario major apud Corinthum obiit anno i. Olymp. cv. ante Christum cccix.

2. Neque item ab eo, &c.] Hic lapsus est Gellius: verum enim est quod tradit Laertius, Xenophontem semel Platonis mentionem fecisse, idque in tertio *ἀπομνημονεύματι*, ut notavit Veslius.

risque administrandæ scriptum est, lectis ex eo duobus fere libris, qui
 primi in vulgus exierant, opposuit contra scripsitque diversum regię ad-
 ministracionis genus, quod ^e *Παιδείας Κόρον* inscriptum est. Eo facto scri-
 proque ejus usque adeo permotum esse Platonem ferunt, ut quodam in
 5 libro, mentione Cyri regis habita, ^d retractandi levandique ejus operis
 gratia, virum quidem Cyrum ^e gnavum & strenuum fuisse dixerit, ^f *Παι-
 δείας δ' οὐκ ὀρθῶς ἠφροῦ τὸ πρὸς τῶν*. Hæc enim verba sunt de Cyro Plato-
 nis. Præterea putant id quoque ad ista, quæ dixi, accedere; quod Xe-
 nophon in libris, quos dictorum atque factorum Socratis commentarios
 10 composuit, negat Socratem de cæli atque naturæ causis rationibusque
 unquam disputavisse; ac ne disciplinas quidem ceteras, quæ ^g *μαθημῆται*
 Græci appellant, quæ ad bene beateque vivendum non pergerent, aut
 attigisse aut comprobasse: idcircoque turpiter eos mentiri dicit, qui disser-
 tationes istiusmodi Socrati attribuerent. Hoc autem, inquit, Xeno-
 15 phon cum scripsit, Platonem videlicet notavit; in cujus libris Socrates
 de physica & musica & geometria differit. Sed enim de viris optimis &
 gravissimis si credendum hoc aut suspicandum fuit; causam equidem esse
 arbitror non obtrectationis, nec invidiæ neque de gloria majore parienda
 certationis, hæc enim procul a moribus philosophiæ absunt, in quibus
 20 illi duo omnium judicio excelluerunt. Quæ igitur est opinionis istius ra-
 tio? Hæc profecto est. Equiperatio ipsa plerumque & parilitas virtutum
 inter sese consimilium, etiamsi contentionis studium & voluntas abest,
 speciem tamen æmulationis creat. Nam cum ingenia quædam magna duo-
 rum pluriumve, in ejusdem rei studio illustrium, aut pari sunt fama aut
 25 proxima: oritur apud diversos fautores eorum industriæ laudisque æsti-
 mandæ contentio: ^h tum postea ex alieno certamine ad eos quoque ipsos
 contagium certationis adspirat; ⁱ curfusque eorum ad eandem virtutis cal-
 cem pergentium, quando est compar vel ambiguus, in æmulandi suspi-
 ciones non suo sed faventium studio delabitur. Proinde igitur & Xeno-
 30 phon & Plato ^k Socraticæ amœnitatis duo lumina certare æmularique inter
 sese existimati sunt: quia de iis apud alios, uter esset exsuperantior, cer-
 tabatur; & ^l quia duæ eminentiæ, cum simul junctæ in arduum nituntur,
 simulachrum quoddam contentionis æmulæ pariunt.

INTERPRETATIO.

<p> ^c institutionis Cyri. ^d ad refutandum & contemnendum opus Xenophontis. ^e gene- rosus & magnanimus. ^f rectam vero in- stitutionem minime attigisse. ^g mathe- maticas. ^h deinde propter alienas conten- tiones tenentur ipsi studio contentionum. ⁱ progressus eorum qui iisdem virtutis ve- </p>	<p> stigii insistent, si sit æqualis aut dubius dat suspicionem offensionis non propter contentionem præstantium virorum, sed eorum qui ipsis adherent. ^k scilicet Socra- tica. ^l quia duo loca altissima vicina, cum supra attolluntur, videntur quodam- modo certare de altitudine. </p>
--	--

NOTÆ.

<p> ^{3.} Παιδείας Κόρον.] Historiarum li- bros octo de institutione Cyri compo- suit Xenophon. </p> <p> ^{4.} Παιδείας δ' οὐκ ὀρθῶς, &c.] Plato- </p>	<p> nis sententiæ subscribere quodammodo videtur Cicero, dum ait Cyrum illum a Xenophonte non ad historiæ fidem scri- ptum, sed ad effigiem justii imperii. </p>
--	---

CAPUT IV.

Quod apte Chrysippus & ^a graphice imaginem Justitiæ ^b modulis coloribusque verborum depinxit.

Condigne mehercule & condecore ¹ Chrysippus in librorum, qui inscribuntur ^d *πρὸς χυλοῦ καὶ ἡδονῆς* primo, os & oculos Justitiæ, vultumque ejus severis atque venerandis verborum coloribus depinxit. Facit quippe imaginem Justitiæ fierique solitam esse dicit a pictoribus rhetoribusque antiquioribus, ad hunc ferme modum. *Forma atque ^e filo virginali; aspectu vehementi & formidabili; luminibus oculorum ^f acribus; neque humilis neque atrocis sed reverenda cujusdam tristitia dignitate.* Ex imaginis autem istius significatione intelligi voluit, judicem, qui justitiæ antistes est, oportere esse gravem, sanctum, severum, incorruptum, & inadulabilem, contraque improbos nocentesque immisericordem atque inexorabilem, erectumque & arduum ac potentem, vi & majestate æquitatis veritatisque ^h terrificum. Verba ipsa Chrysippi de justitia scripta hæc sunt: *Ἐπιεικὴς ὁ δὲ λέγεται καὶ σύμβολον τῆς ἀδικητικῆς ἡδονῆς καὶ μηδαιμῶς ἐπιδοῦναι τοῖς κακουργοῖς· μὴ δὲ παροτρύνει μίτη τῶν ἐπιεικῶν λόγων, μήτε παρτίτησιν καὶ δέησιν μήτε κολακείαν μήτε ἄλλο μὲν ἢ τῶν τοιούτων. οἷς ἀκολούθως καὶ σκυδερῶν ἡραρῆται καὶ σιωπηρὸς ἔχουσα τὸ παρτίτησιν καὶ ἐντονον, καὶ δεδερῶς βλέπουσα, ὥστε τοῖς κακοῖς φόβον ἐμπνεῖν, τοῖς δὲ δικαίοις θάρσος· τοῖς μὲν ἄλλοις φιλῶς ἔπειθῃ τῶν τοιούτων παρτίτων, τοῖς δὲ ἐπίεικῶν παρτίτων.* Hæc verba Chrysippi eo etiam magis ponenda existimavi, ut prompta ad considerandum judicandumque sint. Quoniam legentibus ea nobis delicatioribus quidam disciplinarum philosophi Sævitiæ imaginem istam esse non Justitiæ dixerunt.

INTERPRETATIO.

<p>^a Eleganter. ^b numero ac venustate verborum descripsit. ^c recte profecto & praeclare. ^d de honesto & voluptate. ^e specie virginis. ^f vividis. ^g ab adulatoribus alienum. ^h formidabilem. ⁱ Virgo autem esse dicitur ut significetur eam incorruptam esse & nullo modo cedere flagitiosis; neque dare aditum blandis sermonibus;</p>	<p>aut petitioni, aut precibus, aut adulationi, aut aliis ejusmodi rebus. Quibus rebus convenienter & tristis pingitur, & contractam habens faciem ac rigidam, & torvis oculis intuens: ita ut injustis quidem terrorem injiciat, justis vero fiduciam. His quidem amicus apparet ille vultus, aliis autem inimicus.</p>
---	--

NOTÆ.

<p>1. Chrysippus.] Quis sit & quo tempore floruerit explicuimus lib. 1. cap. 1.</p>	<p>2. ὡς πρὸς φίλους.] Conjicit Henr. Steph. hic legendum <i>πρὸς φίλους</i>, quod opponatur nomini <i>παρτίτων</i>.</p>
---	--

CAPUT V.

Lis atque contentio grammaticorum Roma illustrium enarrata super casu vocativo vocabuli quod est, egregius.

DEfessus ego quondam ^a diutina commentatione, laxandi levandique animi gratia, in ¹ Agrippæ campo deambulabam: atque ibi duos forte grammaticos conspicatus non parvi in urbe Roma nominis certationi eorum acerrimæ adfui; cum alter in casu vocativo, *vir egregi*, dicendum contenderet, alter *vir egregie*. Ratio autem ejus, qui *egregi* oportere dici censebat, hujuscemodi fuit. Quæcunque, inquit, nomina seu vocabula recto casu numero singulari, *us*, syllaba finiuntur, in quibus ante ultimam syllabam posita est, *i*, litera; ea omnia casu vocativo, *i*, litera terminantur, ut *Celius Cali*, *modius modi*, *tertius terti*, *Accius Acci*, *Titius Titi*, & similia omnia. Sic igitur *egregius*, quoniam, *us*, syllaba in casu nominandi finitur, eamque syllabam præcedit, *i*, litera, habere debet in casu vocandi, *i*, literam extremam; & idcirco, *egregi*, non *egregie* rectius dicitur. Nam *divus* & *rius* & *clivus* & similia nomina, *us*, syllaba terminantur, sed ea quæ per duo *u* scribenda est, propter cujus syllabæ sonum declarandum reperta erat nova litera, quæ ² digamma appellabatur. Hoc ubi ille alter audivit: o, inquit; egregie grammaticæ, vel, si id mavis, egregiissime. Dic, oro te, *inscius* & *impius* & *sobrius* & *ebrius* & *proprius* & *propitius* & *anxius* & *contrarius*, quæ *us* syllaba finiuntur, in quibus ante ultimam syllabam, *i*, litera est, quem casum vocandi habent? Me enim pudor & verecundia tenet pronuntiare ea secundum tuam definitionem. Sed cum ille paulisper oppositu horum vocabulorum commotus reticisset, & mox tamen se collegisset; eandemque illam, quam definierat, regulam retineret & propugnaret; diceretque & *proprium* & *propitium* & *anxium* & *contrarium* itidem in casu vocativo dicendum, ut & *adversarius* & *extrarius* diceretur; *inscium* quoque & *impium* & *ebrium* & *sobrium* ^b insolentius quidem paulo sed rectius per *i*

INTERPRETATIO.

^a Longo labore in studiis. ^b paulo minus usitate.

NOTÆ.

1. *Agrippæ Campo.*] Erat ille in VII. regione urbis Romæ. Cum enim prius quatuor in partes urbs divideretur, eam Augustus, autore Plinio, in quatuordecim regiones distribuit, quas Onuphrius e Sext. Rufo, & P. Victore descripsit.

2. *Digamma*] Digamma Æolicum litera est sic appellata, quod duorum *Gamma* superpositorum speciem haberet

hoc modo Γ , nam ut notat Jos. Castalio in libris editis Γ pro Δ corrupte legitur. Quæ litera cum ad V consonantem pari prope sono accederet, a Romanis in locum V, aliquando suffecta est. Sic in antiquissimis lapidibus hæc verba sunt incisa POMERIVM. AMPLIAIT. TERMINAIT. Q. J. U. ENTUTIS, &c.

literam non per *e* in casu eodem pronuntiandum; eaque inter eos contentio longius ^c duceretur: non arbitratus ego operæ precium esse eadem ista hæc diutius audire, clamantes compugnantisque illos reliqui.

INTERPRETATIO.

^c duraret.

CAPUT VI.

Cuimodi sint qua speciem doctrinarum habeant, sed neque delectent neque utilia sint: atque inibi de vocabulis singularum urbium regionumque immutatis. 5

Homo nobis familiaris, ^a in literarum cultu non ignobilis magnamque ætatis partem in libris versatus; Adjutum, inquit, ornatumque volo ire ^b Noctes tuas. Et simul dat mihi librum grandi volumine, doctrinis omnigenis, ut ipse dicebat, ^c præscatentem; quem sibi elaboratum esse ait ex multis & variis & remotis lectionibus: ut ex eo sumerem quantum liberet rerum memoria dignarum. Accipio cupidus & libens; tamquam si ¹ copię cornum nactus essem: & recondo me penitus, ut sine arbitris legam. At quæ ibi scripta erant, prô Jupiter, mera miracula! Quo nomine fuerit qui primus grammaticus appellatus est, & quot fuerint Pythagoræ nobiles, quot Hippocratæ, & cuimodi Homerus fuisse dicat in Ulixis domo ² ἀδελφῆνες, quam ob causam ³ Telemachus cubans junctim sibi cubantem Pisistratum non manu attigerit sed pedis ictu excitavit, & ⁴ Euryclia Telemachum quo genere claustrum inclusit, & quapropter idem poeta rosam non norit, oleum ex rosa norit; atque illud etiam scriptum fuit, quæ nomina fuerint sociorum Ulixis qui a Scylla rapti laceratique sunt, utrum ^d ἐν τῇ ἔσω θαλάσῳ Ulixes erraverit καὶ Ἀέλιον, an ^e ἐν τῇ ἔσω καὶ Κεάτινι. Id etiam istic scriptum fuit qui sint apud 10 15 20

INTERPRETATIO.

^a Qui erat celebris in doctrinarum studio, & insumperat magnam vitæ partem in legendis libris. ^b Noctes tuas Atticas. ^c redundantem. ^d in interno mari. ^e juxta Aristarchum. ^f in externo juxta Cratetem.

NOTÆ.

1. Copia cornuum.] Hercules cum Acheloo in speciem tauri converso cornu detraxisset, id Naiades fructuum primitiis referunt Copiæ consecrarunt. Hinc in proverbium abiit cornu copię, cum omnia copiose suppetere significamus.

2. Adελφῆνες.] Hoc vocabulum non modo non extat apud Homerum, verum etiam haud scio an ullibi reperiri possit. Habent exemplaria nonnulla ἀδελφῆνες,

alia ἀδελφῆνες: sed quomocunque legatur, haud dubia labes erit hoc loco. Corrigit Casaubonus ἰσοσδελφῆνες. Legitur enim in Odyf. X. ἰσοσδελφῆνη, quæ Polluci est janua biforis, Interpreti janua altior qua ad superiorem locum ascenditur.

3. Telemachus.] Fuit Ulyssis ex Penelope filius.

4. Euryclia.] Ulyssis nutrix a qua rediit in patriam primo cognitus fuit.

Homerum versus ἰσόψηφοι, & quorum ibi nōminum ἑ ἑξήστις reperia-
 tur, & 7 quis adeo versus sit qui per singula vocabula singulis syllabis in-
 crescat; ac deinde qua ratione dixerit singulas pecudes in singulos annos
 terna parerē, & ex quinque operimentis, quibus Achilli clupeus mōnitus
 5 est, quod factum ex auto est, summum sit an medium: & præterea qui-
 bus urbibus regionibusque vocabula jam mutata sint, quod Bœotia an-
 te appellata fuerit Aonia, quod Ægyptus Aeria, quod Creta eodem quo-
 que nomine Aeria dicta est, quod Attice ἀττική, quod Corinthus Ephyre,
 quod Macedonia ἡμαθία, quod Thessalia αἰωνία, quod Tyros Sarra, quod
 10 Thracia ante Sithon dicta sit, quod Seston ποσειδωνίων. Hæc atque item
 alia multa istiusmodi scripta in eo libro fuerunt. Quæ cum statim propo-
 rans redderem, ἡ ὄραδ' ὄρα, inquam, doctissime virorum, ταύτης ἡ ποικί-
 λης, & librum hunc opulentissimum recipe nihil profusum ad nostras
 paupertinas literas congruentem. Nam meæ noctes, ἡ quas instructum
 15 ornatumque isti, de uno maxime illo versu Homeri quærunt, quem So-
 crates præ omnibus semper rebus sibi esse cordi dicebat,

Ὁ, τῆ πύτ' ἐν μεγάροισι κακόντ' ἀγαθόντε τέπκται,

INTERPRETATIO.

g continua series. h profit tibi hac va-
 ria eruditio. i non accommodatum ad
 nostras doctrinas inopes. k ad quas locu-
 pletandas & ornandas venisti.
 l quodcumque in domibus bonique ma-
 lique accidit.

NOTÆ.

5. ἰσόψηφοι.] ἰσόψηφος is est proprie
 qui parem habet in ferendo suffragio
 potestatem. Versus autem ἰσόψηφοι, ut
 notat Muretus, ii sunt quorum omnes
 literæ pro numeris acceptæ eundem nu-
 merum efficerent.

6. Παρρησιῆς.] Idem fere est quod
 acrostichis, quando scilicet ex primis
 aliquot versuum literis nomen aliquod
 aut oratio elicitor.

7. Quis adeo versus sit, &c.] Is est
 quem e III. Iliad. libro Muretus excepi-
 pit.

Ω μάκαρ Ἀτρείδῃ ματρηγῆς ἀβειδῆ-
 μων.

O felix Atrides fortunate beate.

8. Tyros.] Tyrus urbs Phœnicie olim
 purpureæ commercio celeberrima, nunc
 oppressa Turcarum servitute in ruinas
 jacet & dicitur Sur.

CAPUT VII.

Quod Marcus Varro Cn. Pompeio consuli primum designato commenta-
 rium dedit, quem appellavit isagogicum, de officio senatus habendi.

20 21 Cn. Pompeio consulatus primus cum M. Crasso designatus est. Eum
 magistratum Pompeius cum initurus foret, quoniam per militiæ

INTERPRETATIO.

2 Cn. Pompeius consul primum renunciatus fuit cum M. Crasso.

NOTÆ.

1. Cn. Pompeio Consulatus primus.] Is cadit in annum U. C. IocLXXXIV. ante
 Christum LXX.

tempora, senatus^b habendi consulendique, rerum etiam expert^c urbanarum fuit, M. Varronem familiarem suum rogavit, ut commentarium faceret^d *εισαγωγικόν*, sic enim Varro ipse appellat, ex quo disceret quid facere dicereque deberet, cum senatum consuleret. Eum librum commentarium quem super ea re Pompeio fecerat, perisse Varro ait in literis quas ad Oppianum dedit: quæ sunt in libro epistolicarum quæstionum quarto. In quibus literis, quoniam quæ ante scripserat non comparebant, docet cursum multa ad eam rem^e ducentia. Primum ibi ponit qui fuerint, per quos more majorum senatus haberi soleret; eosque nominat, *dictatorem, consulem, prætores, tribunos plebi*,² *interregem*,³ *præfectum urbi*: neque alii, præter hos, jus fuisse dixit facere senatusconsultum, quotiensque usu venisset ut omnes isti magistratus eodem tempore Romæ essent, tum quo supra ordine scripti essent, qui eorum prior aliis esset, ei potissimum senatus consulendi jus fuisse. Addit deinde, extraordinario jure *tribunos quoque militares*,⁴ qui *pro consulibus* fuissent, item *decemviros* quibus imperium consulare tum esset, item *triumviros reipublicæ constituendæ* causa creatos, jus consulendi senatum habuisse. Postea scripsit⁴ de intercessionibus: dixitque intercedendi, ne senatusconsultum fieret, jus fuisse iis solis, qui eadem potestate, qua ii, qui senatusconsultum facere vellent, majoreve essent. Tum adscripsit de locis, in quibus senatusconsultum fieri jure posset; docuitque confirmavitque nisi in loco per augures constituto, quod⁵ templum appellaretur, senatusconsultum factum esset, & justum id non fuisse. Propterea & in curia Hostilia & in Pompeia & post in Julia cum profana ea loca fuissent, *6* *templa esse per augures constituta*; ut in iis senatusconsulta more majorum justa fieri possent. Inter quæ id quoque scriptum reliquit; non omnis ædes sacras *templa esse*, ac ne ædem quidem Vestæ templum esse. Post hæc deinceps dicit, senatusconsultum an-

INTERPRETATIO.

^b convocandi. ^c rerum quæ in urbe geruntur. ^d introductorium. ^e pertinentia. ^f qui consulum loco fuissent. ^g legitimum.

NOTÆ.

1. *Interregem.*] Primis Romæ temporibus, cum rex obierat, antequam novus eligeretur, interreges loco regum res publicas administrabant.

2. *Præfectum Urbis.*] Is magistratus primum quidem est creatus ut, dum consules sacrificiis intererant per Latinas ferias, ipse urbi præset: deinde ab Augusto institutus est, ut quidquid non modo intra urbem, verum etiam intra centesimum ab Urbe lapidem commissum esset animadverteret. Consule sequentis capitis notas. De dictatore, tribunis plebis, tribunis militum, proconsulibus, &c. de quibus hoc capite fit mentio, superioribus notis egimus.

4. *De intercessionibus.*] Cum in comitiis aliqua lex ferenda erat, poterant intercedere, id est, prohibere ne decerneretur quicumque pari vel majore auctoritate pollerent. Tribunis tamen, quibus commissa erat tutela plebis, proprium intercedendi jus fuit: quod solenni illa voce VETO præstabant, ut indicat Livius.

5. *Templum.*] Proprie locus est inauguratus, ex quo quælibet pars cæli commode conspici possit. Templum enim a tuendo dictum esse Varro testatur.

6. *Templa.*] Hic *templa* sumuntur pro iis locis quæ sunt ab augure notata.

- re exortum aut post occasum solem factum ^h ratum non fuisse : ¹ opus etiam censorium fecisse existimatos, per quos eo tempore senatusconsultum factum esset. Docet deinde inibi multa, quibus diebus habere senatum jus non sit; immolareque hostiam prius ^k auspicarique debere, qui
- 5 senatum habiturus esset; de rebusque divinis prius quam humanis ad senatum referendum esse: tum porro referri oportere aut ^l infinite de re publica aut de singulis rebus finite; senatusque consultum fieri duobus modis; aut ⁷ per discessionem, si consentitur; aut, si res dubia esset, per singulorum sententias exquisitas: singulos autem debere consuli ^m gradatim;
- 10 incipique a consulari gradu. ⁿ Ex quo gradu semper quidem antea primum rogari solitum, ^o ⁸ qui princeps in senatum lectus esset; tum autem cum hæc scriberet, novum morem institutum refert per ambitionem gratiamque, ut is primus rogaretur, quem togare vellet qui haberet senatum, dum is tamen ^p ex gradu consulari esset. Præter hæc, de pignore quoque capi-
- 15 do disserit, deque multa dicenda senatori; qui, cum in senatum venire deberet, non adesset. Hæc & alia quædam id genus in libro, quo supra dixi, M. Varro epistola ad Oppianum scripta ^q exsecutus est. Sed quod ait senatusconsultum duobus modis fieri solere, aut conquisitis sententiis aut per discessionem; parum convenire videtur cum eo quod Ateius
- 20 Capito in conjectaneis scriptum reliquit. Nam in libro ducentesimo quinquagesimo-nono Tuberonem dicere ait, nullum senatusconsultum fieri posse non discessione facta. Quia in omnibus senatusconsultis, etiam in iis quæ per relationem fierent, discessio esset necessaria: idque ipse Capito verum esse affirmat. Sed de hac omni re alio in loco plenius accuratiusque nos meminisse scribere.
- 25

I N T E R P R E T A T I O.

h fuisse invalidum i eos creditos fecisse rem dignam animadversione censorum. *k* sumere auspicia. *l* aut de rebus publicis ad communem imperii statum pertinentibus, aut de rebus privatis quæ singulas per-

sonas spectarent. *m* secundum cuiusque dignitatem. *n* post quem gradum Consulitio qui primus fuisset aggregatus ad senatum. *p* ex ordine esset illorum qui fuissent consules. *q* recensuit.

N O T Æ.

7. *Per discessionem.*] Vide superiores notas.
8. *Princeps in senatum.*] Princeps senatus is erat cujus nomen a censoribus post
- centum peractum primo appellabatur. Qui quidem honor nemini nisi consulari ac censorio tribuebatur, ac per totam vitam senatus principi adhærebat.

CAPUT VIII.

Quæsitum esse, a dissensumque, an præfectus Latinarum causa creatus jus senatus convocandi consulendique habeat.

Præfectum urbi^b Latinarum causa^a relictum senatum habere posse Junius negat. Quoniam ne senator quidem sit; neque jus habeat sententiæ dicendæ, cum ex ea ætate præfectus fiat^c quæ non sit³ senatoria. Marcus autem Varro in quarto epistolicarum quæstionum & Ateius Capito in Conjectaneorum ducentesimo quinquagesimo-nono jus esse profecto senatus habendi dicunt: deque ea re assensum esse Capitonem Tuberoni contra sententiam Junii refert. *Nam & tribunis, inquit, plebis senatus habendi jus erat, quanquam senatores non essent, ante Atinium plebiscitum.*

INTERPRETATIO.

a Diversas fuisse opiniones. b Latinarum feriarum causa. c quæ non sit matura ad dignitatem senatoriam.

NOTÆ.

1. *Latinarum causa.*] Feriæ Latine conceptivæ sunt, id est, singulis annis a Magistratibus indicantur in dies certos vel incertos celebrandæ. Porro institutæ sunt ad sempiternam fœderis Romanos inter ac Volscos finitimasque regiones sanciti. Dum igitur quotannis solemnibus epulis ac sacrificiis operam dabant Romani consules, id moris erat, ut interim aliquis urbi præficeretur, qui præfectus Urbis Latinarum causa dicebatur.

2. *Junius.*] Pluribus contendit Carrionum esse Junium Gracchanum jurisperitum a Varrone in libris de lingua Latina, a Censorino, & ab Ulpiano libro

unico de officio quæstoris laudatum. Fuit & M. Junius Brutus jurisconsultus prætor, ut refert Livius, anno U.C. DCLXXVI. ante Christum CLXXVIII. quique de jure septem libros conscripsit. Utrum autem hic indicet Gellius, decidant quibus major est in affirmando confidentia.

3. *Senatoria.*] Quæ fuerit ætas senatoria vix certo definiti potest. Annum fuisse circiter XXVII. hinc Sigonius conjicit quod nemo in senatu legi solitus esset, nisi qui magistratum cepisset: quæsturam autem qui primus est magistratus urbanus, posset administrari anno ætatis XXVII. quo administrato aditus in senatum patebat.

A. GELLII

NOCTIUM ATTICARUM

COMMENTARIUS

LIBER QUINTUSDECIMUS.

CAPUT I.

*Quod in Q. Claudii annalibus scriptum est, lignum
alumine oblitum non ardere.*

Declamaverat Antonius Julianus rhetor ^a præterquam semper alias, tum vero nimium quantum delectabiliter & feliciter. Sunt enim ferme scholasticæ istæ declamationes ejusdem hominis ejusdemque facundiæ, non ejusdem tamen quotidie felicitatis. Nos ergo familiares ejus circumfusi undique ^b eum prosequemur domum: cum deinde subeuntes montem ^c Cispium conspicimus ^d insulam quamdam occupatam igni, ^e multis arduisque tabulatis editam; & propinqua jam omnia flagrare vasto incendio. Tum quispiam ibi ex comitibus Juliani, ^d Magni, inquit, reditus urbanorum prædiorum; sed pericula sunt longe maxima. Si quid autem posset remedii fore, ut ne tam assidue domus Romæ arderent, ^e venum hercle dedissem res rusticas, & urbicas emissem. Atqui illi Julianus læta, ut mos ejus fuit, inter fabulandum venustate, Si annalem inquit, ^f undevicesimum Q. Claudii legisses optimi & sincerissimi scriptoris, docuisset te profecto Archelaus regis Mithridati præfectus, qua medela quaque sollertia ^g ignem defenderes; ut ne ulla tua ædificatio e ligno correpta atque ^h insinuata flammis

INTERPRETATIO.

^a Cum pro more solito festiva & elegantè, tum vero, &c. ^b eum reducebamur in suas ades. ^c constructam multis & altissimis tabulatis. ^d magni proven- tus colliguntur ex adibus urbis. ^e vendidissem domos rusticæ. ^f decimum nonum. ^g arcetes incendium. ^h involuta ignibus combureretur.

NOTÆ.

1. Cispium.] Cispium mons est in urbe Roma Exquilina in regione, ut ait Festus.
2. Insulam.] Insulæ dicuntur domus in urbe, quæ ab aliis separatz privato circuitu cinguntur; ut enim in mari loca circumfusi aquis a continente divisa, ita domus nullis connexæ coherentibus ædificiis insulæ vocantur Ita feste Festus.

arderet.

arderet. Percunctatus ego sum quid esset. Librum Quadrigarii petit. In eo igitur libro scriptum inveni; ³ Cum oppugnaret L. Sulla in terra Attica ⁴ Piræum; & contra Archelaus regis Mithridati præfectus ex eo oppido propugnaret, turrim ligneam defendendi gratia structam, cum ex omni latere ⁵ circumplexa igni foret, ardere ^k non quisse, quod ⁵ alumine ab Archelao oblita fuisset. Verba Quadrigarii ex eo libro hæc sunt. *Tum Sulla conatus est & tempore magno eduxit copias, ut Archelai turrim unam, quam ille interposuit, ligneam incenderet. Venit: accessit: ligna subdidit: submovit Græcos: ignem admovit: satis sunt diu conati; nunquam quiverunt incendere: ita Archelaus omnem materiam obleverat alumine. Quod Sulla atque milites mirabantur. Et, postquam non succendit, reduxit copias.*

INTERPRETATIO.

i circumscincta esset flammis. k non potuisse.

NOTÆ.

3. Oppugnaret L. Sulla.] Mithridates Romanos a quibus fuerat lacessitus non mediocri clade cum delevisset, Macedoniam, Thraciam, Græciam & Athenas occupavit. At Sulla consul contra hunc profectus Mithridatis ducibus victis dira fame Athenas expugnavit, eumque Bithynia & Cappadocia juxta pacis conditiones cedere coegit anno U. C. DCCLXVI. I. ante Christum LXXXVI.

4. Piræum] Atheniensium portus quadringentarum navium capacitate, latitudine muri, saxi quadratis ac ferro & plumbo commissis celeberrimus.

5. Alumine.] Alumen aliud nihil est quam terræ salugo, quæ efficitur hyme ex aqua & limo, & æstivis solibus maturatur. Autore Plinio gignitur in Hispania, Ægypto, Armenia, Macedonia, in insulis Sardinia & Melo.

CAPUT II.

Quod Plato in libris, quos de legibus composuit, largiores letioresque in conviviiis invitatiunculas vini non inutiles esse existimaverit.

EX insula Creta quispiam ætatem Athenis agens Platonium se esse philosophum dicebat & ^a viderier gestibat: erat autem nihili homo & nugator, atque in Græcæ facundiæ gloria jactabundus, & præterea vini libidine ^b adusque ludibria ebriosus. Is in conviviiis juvenum, ^c quæ agitare Athenis ^d hebdomadibus lunæ solemnè nobis fuit, ^d simulatque modus epulis factus; & utiles delectabilesque sermones cœperant: tum si-

INTERPRETATIO.

a Maxime gaudebat videri Platonicus. b usque ad risum de se movendum. c qua solebamus celebrare Athenis die luna septimo. d statim atque finis aderat convivii.

NOTÆ.

1. Hebdomadibus luna.] Septima quæ adeoque ejus in honorem mutua convivii celebrabantur. Athenienses, Apollini consecrata fuit:

lento ad audiendum petito loqui ^e cœptabat: atque id genus ^f vili & incondita verborum caterva hortabatur omnes ad bibendum, idque se facere ex decreto Platonico prædicabat; tamquam Plato in libris, quos de legibus composuit, laudes ebrietatis copiosissime scripseret, utilemque esse
 5 eam bonis ac fortibus viris censuisset. Ac simul inter ejusmodi orationem crebris & ingentibus poculis omne ^g ingenium ingurgitabat; fomitem esse quemdam dicens & ^h incitabulum ingenii virtutisque, si mens & corpus hominis vino flagraret. Sed enim Plato, in primo & secundo de legibus, non, ut ille nebulo opinabatur, ebrietatem istam turpissimam,
 10 quæ labefacere & imminuere hominum mentes solet, laudavit; sed hanc largiorem paulo jucundiorumque vini invitationem, quæ fieret sub quibusdam quasi ² arbitris & magistris conviviorum sobriis, non improbat. Nam & modicis honestisque inter bibendum ^l remissionibus refici integrarique animos ad instauranda sobrietatis officia existimavit, reddi-
 15 que eos sensim lætiores atque ^k ad intentiones rursus capiendas fieri habiliores: & ^l simul, si qui penitus in iis affectionum cupiditarumque errores inessent quos aliquis pudor reverens concelaret, ea omnia sine gravi periculo, libertate per vinum data, detegi, & ad corrigendum mendandumque fieri opportuniora. Atque hoc etiam Plato ibidem dicit, non
 20 defugiendas esse neque ^m respuendas hujuscemodi exercitationes adversum propulsandam vini violentiam; neque ullum unquam continentem prorsum ac temperantem satis fideliter visum esse, cujus vita virtusque non inter ipsa errorum pericula & in mediis voluptatum illecebris explorata sit. Nam ⁿ cui Libertatæ Gratiæque omnes conviviorum incognitæ sint,
 25 quique illarum omnino expers sit; si eum forte ad participandas ejusmodi voluptates aut voluntas tulerit aut casus induxerit aut necessitas compulerit, deleniri plerumque & capi; neque mentem animumque ejus consistere, ^o sed vi quadam nova istum labascere. Congrediendum igitur censuit & tamquam in acie quadam cum voluptariis rebus cumque ista vini
 30 licentia comminus decernendum: ut adversum eas non fuga simul tui nec absentia; sed vigore animi & constanti præsentia moderatoque usu temperantiam continentiamque tueamur; & calefacto simul refotoque animo, ^p si quid in eo vel frigida tristitiæ vel torpentis verecundiæ fuerit, deluamus.

INTERPRETATIO.

<p>^e incipiebat. ^f sordida & immodesta loquacitate. ^g rationem submergebat. ^h incitamentum. ⁱ intervallis. ^k reddi aptiores ad excitandum studium. ^l eodem tempore si aliqui motus & affectus animi essent a ratione alieni, qui nonnulla verecundia tegeantur, eos sine ma-</p>	<p>gno periculo, &c. ^m nec rejiciendus hujus generis computationes, ut frangatur vini vis. ⁿ qui nullam noverit elegantiam & lautitiam conviviorum. ^o sed insensato quasi casu percussum cadere. ^p si resideat in animo frigidior tristitia vel stupidius pudor, eum expellamus.</p>
---	--

NOTA.

2. Arbitris & magistris.] De convivii regibus & arbitris jam supra diximus.

CAPUT III.

Quid M. Cicero de particula ista senserit scripseritque qua preposita est verbis *aufugio* & *aufero* : & an in verbo *autumo* eadem ista hac prepositio esse videri debeat.

Legimus librum Ciceronis, qui inscriptus est Orator. In eo libro Cicero cum dixisset verba hæc, *aufugio*, &, *aufero*, composita quidem esse ex præpositione *ab*, & ex verbis, *fugio* & *fero*; sed eam præpositionem, quo fieret vox pronuntiata audituque lenior, versam mutatamque esse in *au* syllabam; cœptumque esse dici *aufugio*, & *aufero*, pro, *abfugio*, & *abfero*: cum hæc, inquam, ita dixisset; tum postea ibidem super eadem particula ita scripsit. *Hæc*, inquit, *prepositio*, *præter hæc duo verba*, nullo alio in verbo reperitur. Invenimus autem in commentario Nigidiano verbum, *autumo*, compositum ex *ab* præpositione & verbo *astumo*; dictumque intercise, *autumo*, quasi *abestumo*, quod significaret totum *astumo*, tanquam *abnumero*. Sed, quod sit cum honore multo dictum P. Nigidii hominis eruditissimi, audacius hoc argutiusque esse videtur, quam verius. *Autumo* enim non id solum significat, sed & *dico* & *opinor* & *censeo*. Cum quibus verbis præpositio ista neque cohærentia vocis neque significatione sententiæ convenit. Præterea vir acerrimæ in studio literarum licentiæ M. Tullius non sola esse hæc duo verba dixisset, si reperiri posset ullum tertium. Sed illud magis inspicere quæridignum est, versa-ne sit & mutata *ab*, præpositio in *au*, syllabam propter levitatem vocis, an potius *au* particula sua sit propria origine, & proinde, ut pleræque aliæ præpositiones a Græcis, ita hæc quoque inde accepta sit: sicuti est in illo versu Homeri.

^a Ἄν ἐρύσσω μὲν ἀεὶ τε καὶ ἐφάσαν καὶ ἔδειξαν.

καὶ ἄλλοι, ἀνίαχοι.

INTERPRETATIO.

^a Retraxerunt quidem primum & jugularunt & excoriarunt. ^b valde vociferantes, valide clamantes.

NOTÆ.

1. *Licentia*.] Sic ubique legitur, licet hunc in locum non ita quadraret id vocabulum.

2. Ἄν ἐρύσσω.] Prior ille versus desumptus est ex Iliados lib. I. posterior ex Iliados lib. XIII.

CAPUT IV.

Historia de Ventidio Basso ignobili homine; quem primum de Parthis triumphasse memoria traditum est.

IN sermonibus nuper fuit seniorum hominum & eruditorum multos in
 I vetere memoria altissimum dignitatis gradum ascendisse ignobilissimos
 prius homines & despiciatissimos. Nihil adeo de quoquam tantæ admi-
 rationi fuit, quantæ fuerunt quæ de Ventidio Basso scripta sunt. Eum ¹ Pi-
 centem fuisse, genere & loco humili; & matrem ejus a Pompeio Stra-
 bone Pompeii Magni patre ² bello sociali, quo ³ Asculanos subegit, cap-
 tam cum ipso esse; mox triumphante Pompeio Strabone eum quoque pue-
 10 rum inter ceteros ante currum ⁴ imperatoris sinu matris vectum esse; post,
 cum adolevisset, victum sibi ægre quævisse, eumque ⁵ sordide invenisse com-
 parandis mulis & vehiculis quæ magistratibus, qui fortiti provincias
 forent, præbenda publice ⁶ conduxisset; in isto quæstu notum esse cœpisse
 C. Cæsari, & cum eo profectum esse in Gallias: tum, quia in ea pro-
 15 vincia satis ^c naviter versatus esset, & deinceps civili bello mandata sibi
 pleraque impigre & strenue fecisset, non modo in amicitiam Cæsaris sed
 ex ea in amplissimum quoque ordinem pervenisse; mox tribunum quoque
 plebi ac deinde prætorem creatum, atque in eo tempore ⁷ judicatum esse
 a senatu hostem cum M. Antonio: post vero conjunctis partibus non
 20 pristinam tantum dignitatem reciperasse, sed & pontificatum ac deinde
 consulatum quoque adeptum esse; ⁸ eamque rem tam intoleranter tu-

INTERPRETATIO.

a Arte illiberali. b locavisset. c fortiter. d eam rem visum esse tam intolerabilem populo Romano.

NOTÆ.

1. *Picentem.*] Oriundum e Piceno, quæ Italiæ regio ultra Apenninum ad sinum Adriaticum extenditur: nunc dicitur, *la Marche d'Ancone.*

2. *Bello Sociali.*] Bellum illud Sociale seu Marficum, de quo supra diximus, hinc ortum est, quod Latinis ac plerisque Italiæ populis civitatis jus negatum esset. Conjunctis armis ac viribus eum illud vindicare sibi vellent, a Pompeio Strabone profligati sunt anno U.C. Ioclxiii. ante Christum xci.

3. *Asculanos.*] Asculum Piceni in Italia oppidum.

4. *Imperatoris.*] Per imperatorem dux exercitus intelligendus est.

5. *Judicatum a senatu hostem.*] Post

Julii Cæsaris mortem, cum Antonius summum imperium affectaret, in eum tam vehementer invehctus est Cicero, ut hostis a senatu declaratus Antonius communibus armis non incruenta tamen victoria ad Mutinam fuerit delectus, anno U.C. Ioccx. ante Christum xliii.

6. *Consulatum adeptum esse.*] Ventidii consulatus incidit in annum U.C. Ioccx. ante Christum xliii. Sub initium hujus anni cum Q. Pedio Octavius Cæsar consul fuerat renunciatus: verum is, inuito triumviratu & collega mortuo, sponte se consulatu abdicavit. Itaque triumviri consulem in reliquum annum crearunt cum novo collega P. Ventidium qui tum præturam gerebat.

lisse populum Romanum, qui Ventidium Bassum meminerat curandis mulis ^c victitasse, ut vulgo per vias urbis versiculi proscriberentur:

Concurrite omnes augures haruspices.

Portentum inusitatum constat est recens.

Nam mulos qui fricabat consul factus est.

Eundem Bassum Suetonius Tranquillus præpositum esse a M. Antonio provinciis orientalibus, ⁷ Parthosque in ⁸ Syriam ^f introrumpentis tribus ab eo præliis fusos scribit, eumque primum omnium de Parthis triumphasse, & morte obita publico funere sepultum esse.

INTERPRETATIO.

evitium quasi visse. f. impetum facientes.

NOTÆ.

7. Parthos.] Parthi Asiæ populi eas regiones olim occuparunt, quæ jam dicuntur *Arach* provincia Persidis & *Zagatha* Tartaria ditio. Annis ante Christum circiter ducentis sexaginta *Atlace* duce regnum auspiciati sunt.

8. In Syriam introrumpentis, &c.] Parthos jussu Antonii jam antea fregerat

Ventidius: at cum nihilominus in Syriam fecissent impressionem, eos in agro *Cyrrhestico* tanta clade prostravit, ut *Pacorus* regis Parthorum filius in acie ceciderit. Ab Antonio triumphus Ventidio decretus est eodem anno U. C. *1000* IV. anteq̃ Christum *XL*.

CAPUT V.

Verbum profligo a plerisque dici improprie insciteque.

Sicut alia verba pleraque, ignoratione & inscitia improbe dicentium quæ non intelligant, deflexa ac depravata sunt a ratione recta & consuetudine; ita hujus quoque verbi, quod est, *profligo*, significatio versa & corrupta est. Nam cum ab affligendo & ad perniciem interitumque deducendo ^a inclinatum id tractumque sit; semperque eo verbo qui diligenter locuti sunt, ita usi sint, ut *profligare* dicerent *prodigere* & *deperdere*, *profligatasque* res quasi *prostitas* & *perditas* appellarint: nunc audio ædificia & templa & alia fere multa, quæ prope absoluta ^b affectaque sunt, in profligato esse dici; ipsaque jam esse profligata. Quapropter urbanissime respondisse prætorem non indoctum virum *Baruasculo* cuidam ex advocatorum turba *Sulpicius Apollinaris* in quadam epistola scriptum reliquit: nam cum ille, inquit, ¹ *rabula* ^c *audaculus* ita postulasset, verbaque ita fecisset; *Omnia*, vir clarissime, *negotia de*, qui-

INTERPRETATIO.

^a *Ortum sit & derivatum.* ^b *confecta.* ^c *paulo audacior.*

NOTÆ.

1. *Rabula*.] Est advocatus seu patronus caularum: id nominis alij derivant a *rabie*, ut *Nonius*: alii ut *Festus*, a *ravi*, quod caudidici pugnaciter loquentes vo-

cem habeant raucam & parum liquidam: alii denique a *radendo*, quod parati sint ad quodlibet radendum & auferendum,

bus te cogniturum esse hodie dixisti diligentia & velocitate tua ^d profligata sunt; unum id solum relictum est de quo rogo audias: tum prætor satis ridicule. An illa, inquit, negotia, de quibus jam cognovisse me dicis, ^e profligata sint equidem nescio: hoc autem negotium quod in te incidit, proculdubio sive id audiam sive non audiam, ^e profligatum est. Quod significare autem volunt qui *profligatum* dicunt; ii ² qui Latine locuti sunt non *profligatum* sed *affectedum* dixerunt. Sicut M. Cicero in oratione, quam habuit de provinciis consularibus. Ejus verba hæc sunt: *Bellum affectedum videmus, & vere ut dicam, pene confectum.* Item infra: *Nam ipse Cæsar quid est quod in ea provincia commorari velit, nisi ut ea que per eum affecta sunt perfecta reipublice tradat?* Idem Cicero in Oeconomico: *Cum vero ³ affecta jam prope estate uvæ a sole miscere tempus est.*

INTERPRETATIO.

^d absoluta sunt. ^e perditæ sint. ^f perditum est. ^g præcoria.

NOTA.

2. Qui Latine locuti sunt, non *profligatum* &c.] Imo vero & ipse Cicero id usurpat cum alibi tum ad fam. lib. XII. epist. xxx. ad Cornificium: *Vehementius*

nos laboramus qui *profligato* bello ac *perne* sublato renovatum bellum gerere conamur. Usurpat Livius ac fortasse alii complures.

CAPUT VI.

15 *In libro M. Ciceronis de gloria secundo, manifestum erratum in ea parte, in qua scriptum est super Hectore & Aiace.*

20 **I**N libro M. Tullii, qui est secundus de gloria, manifestus error est ¹ non magnæ rei. Quem errorem esse possit cognoscere non aliquis eruditorum, sed qui tantum legerit ^b *Ὁμηρον τὸ η*. Quamobrem non tam id mirabamur errasse in ea re M. Tullium; quam non esse animadvertit hoc postea correctumque vel ab ipso vel a Tirone liberto ejus, diligentissimo homine & librorum patroni sui studiosissimo. Ita enim scriptum in eo libro est. *Apud eundem poetam Ajax cum Hectore congregiens deponandi causa agit ut sepeliatur, si sit forte victus; declaratque se velle ut ^c suum tumultum multis etiam post sæculis prætereuntes sic loquantur.*

25 ¹ *Hic situs est vite jam pridem lumina linquens, Qui quondam Hectoreo percussus concidit ense. Fabitur hæc aliquis. Mea semper gloria vivet.*

INTERPRETATIO.

^a Non in re magni momenti. ^b Homeri octavum librum Iliados. ^c ut quicumque transibunt prope ejus sepulcrum hæc dicant.

NOTA.

1. Hic situs est, &c.] Sic autem Homærus Iliad. lib. VII. vers. LXXXIX.

Ἄνθρωπος μὲν τὸ δὲ σῆμα πάλας κάλυπτε. Διὸ κ' ἔειπεν.

Ὁν ποτ' ἀριστὸντα κατὰ τὴν φασίδην ἔκταρ, ὣς ποτ' ἔς ἱέρει' τὸ δ' ἱμῶν κλίθ' ἔστ' ἔλεπται.

Hujus autem sententiæ versus, quos Cicero in linguam Latinam vertit, non Ajax apud Homerum dicit, neque Ajax agit ut sepeliatur; sed Hector dicit, & Hector de sepultura agit^d, prius quam sciat an Ajax secum depugnandi causa congressurus sit.

INTERPRETATIO.

d ejus quem sperat a se occidendum.

NOTA.

Ad verbum hæc ita sunt vertenda.

Viri quidem hoc sepulchrum olim
mortui.

quem olim excellentem virtute occidit
gloriosus Hector:
sic olim aliquis loquetur: mea vero
gloria nunquam peribit.

CAPUT VII.

Observatum esse in senibus, quod annum fere ætatis tertium & sexagesimum agant aut laboribus aut interitu aut clade aliqua insignitum: atque inibi super eadem observatione exemplum appositum epistolæ divi Augusti ad Caium filium.

Observatum in multa hominum memoria expertumque est in senioribus plerisque omnibus, sexagesimum tertium vitæ annum cum periculo & clade aliqua venire aut corporis morbi que gravioris aut vitæ interitus aut animi ægritudinis. Propterea, qui rerum verborumque istiusmodi studio tenentur, eum ætatis annum appellant^a κλιμακτηρικόν. Nocte quoque ista proxima superiore, cum librum epistolarum D. Augusti, quas ad^b Caium nepotem suum scripsit, legeremus; ^c duceremurque elegantia orationis neque morosa neque anxia, sed facili hercle & simplici; id ipsum in quadam epistola super eodem anno scriptum offendimus: ejusque epistolæ exemplum hoc est. ^c IX. kal. octobr. *Have mi Cai,*

INTERPRETATIO.

a Climactericum. b delectaremur. c datum xxiii. Septembris.

NOTÆ.

1. Κλιμακτηρικόν.] Climacteras, inquit Gellius noster lib. III. cap. X. appellant gravissima quæque pericula, quæ quoniam accidere solent septimo quoque anno, putarunt veteres septenarios annos esse climactericos, eumque præcipue qui ex novem novenariis resultat qualis est octogesimus, & qui ex septies novenariis ut sexagesimus tertius. Ceterum Salmastius alium aliis annum esse climactericum, eum scilicet quo finitimum aliquid evenit, & fatalem proprie dici quo quis moritur. Ceterum anni climacterici ita sunt appellati ἀπὸ κλιμακτικῶν gradus, quod ad eos sic

tanquam per quosdam gradus ex veterum opinione perveniretur.

2. Caium.] Julia Augusti filia libidine famosa susceptum ex Agrippa conjugæ Caium Cæsarem peperit, qui Augusti nepos inito cum Livia Germanici favore matrimonio, adolescens & orbis liberis obiit.

3. IX. kal. Octobr.] Hanc epistolam scripsit Augustus anno Christi secundo, quo tempore natus erat jam annos LXIV. ut hinc facile est colligere. obiit enim anno LXXVI. ætatis qui secundum optimas chronologorum epochas in annum Christi XIV. incidit.

^a meus ocellus jucundissimus. Quem semper medius fidius desidero cum a me abes; sed precipue diebus talibus, qualis est hodiernus, oculi mei requirunt meum Caium; quem, ubicunque hoc die fuisti, spero latum & benivolentem celebrasse quartum & sexagesimum^c natalem meum. Nam, ut videt, κλιμακτῆς communem seniorum omnium tertium & sexagesimum annum eousimus. Deos autem oro ut, quantum mihi superest temporis, id salvis vobis traducere liceat in statu reipublicæ felicissimo^e ἀσπαραδούτων ὑπέστ' ἔχ' διαδ' ἡδίστων stationem meam.

INTERPRETATIO.

d mea delicia suavissima. c annum atatis mea. f viriliter agentibus vobis & sapientibus.

CAPUT VIII.

10 *Locus ex oratione Favorini veteris oratoris de cœnarum atque luxuria exprobratione, qua usus est cum legem Liciniam de sumtu minuendo suasti.*

CUM legeremus orationem veterem Favorini non indiferti viri; quam orationem totam, ut meminisse possemus odio hercle istiusmodi sumtus atque victus, perdidicimus. Verba hæc quæ apposuimus Favorini sunt. *Præfecti popina atque luxuria negant cœnam lautam esse, nisi* 15 *cum libentissime edis; tum auferatur, & alia esca melior atque amplior^a succenturietur. Is nunc^b flos cœnæ habetur inter istos, quibus sumtus & fastidium^c pro facetiis procedit: qui negant ullam avem præter^d ficedulam totam^e comesse oportere; ceterarum avium atque altilium nisi tantum apponatur ut a cluniculis inferiori parte saturi fiant, convivium pu-* 20 *tant inopia sordere: superiorem partem avium atque altilium qui edunt eos palatum non habere. Si proportione^e luxuria pergat crescere; quid relinquitur^f nisi ut delibari sibi cœnas jubeant, ne edendo defetigentur? Quando stratus, auro, argento, purpura, amplior aliquot hominibus quam diis immortalibus adornatur.*

INTERPRETATIO.

a Succedat. b ferculum præstantissimum convivi. c estimatur pro elegantia. d manducari. e luxus magnificentia. f nisi imperent cibos ab aliis prægustari.

g Siquidem in convivii lecti strati auro, argento, purpura nonnullis hominibus magnificentius quam diis immortalibus apparantur.

NOTÆ.

1. Succenturietur.] Succenturiari est proprie milites explendæ centuriæ causa substituere. Hic tantum accipitur pro substituere & supponere.

2. Ficedulam.] Avicula sic est a ficed edendis appellata, colore & magnitudine lusciniæ non multum ab similis.

CAPUT IX.

Quod Cæcilius poeta frontem genere virili non poetice, sed cum probatione
& cum analogia appellavit.

Vere ac diferte Cæcilius hoc^a Subditivo scripsit :

Nam hi sunt inimici pessimi fronte hilaro,

Corde iristi; ^b quos neque ut apprehendas neque ut mittas scias.

Hos ego versus, cum de quodam istiusmodi homine sermones essent, in circulo forte juvenum eruditorum dixi. Tum de grammaticorum volgo quispiam nobiscum ibi assistens non sane ignobilis; Quanta, inquit, licentia audaciaque Cæcilius hic fuit, cum fronte hilaro, non, fronte hilara, dixit, & tam immanem solæcismum nihil veritus est? Immo, inquam potius nos & quam audaces & quam licentes sumus, qui frontem improbe indocteque non virili genere dicimus, cum & ratio proportionis, quæ analogia appellatur, & veterum auctoritas non hanc sed hunc frontem debere dici suadeant. Quippe M. Cato in quinto Originum ita scripsit. *Postridie signis collatis equo fronte peditatu equitibus atque alis cum hostium legionibus pugnavit. Recto quoque fronte idem Cato eodem in libro dicit.* At ille semidoctus grammaticus, ^c Missas, inquit, auctoritates facias: quas quidem ut habeas, posse fieri puto; sed rationem dic, quam non habes. Atque ego his ejus verbis, ut tum ferebat ætas, irritatior; Audi, inquam, mi magister rationem falsam quidem, sed quam redarguere falsam esse tu non queas. Omnia, inquam, vocabula tribus literis finita, quibus frons finitur, generis masculini sunt, si in genitivo quoque casu eadem syllaba finiantur: ut, mons, pons, fons. At ille contra renidens; Audi, inquit, ^d discipule plura alia consimilia, quæ non sint generis masculini. Petebant ibi omnes ut vel unum statim diceret. Sed cum homo voltum intorqueret, & non hisceret, & colores mutaret: tum ego intercessi; & , Vade, inquam, nunc & habeto ad requirendum ^e triginta dies: postquam inveneris, reperes nos. Atque ita hominem ^f nulli rei ad indagandum vocabulum, ^e quo rescinderet finitionem finitam, dimisimus.

INTERPRETATIO.

^a In comœdia sic inscripta. ^b quos neque potes opprimere, neque evitare. ^c omitte auctoritates. dignobilem. ^e quo reselleret definitionem excogitatam.

NOTA.

1. Discipule plura.] Gellium vocabatur discipulum ille grammaticus, quippe qui tum esset adolescens, & natura fervidior: quod intelligitur ex iis quæ prius de se ipse retulit. Ego hinc ejus verbis, ut tum ferebat ætas, irritatior.

2. Triginta dies.] Ut ex lege XII. tabularum concedendi erant æris debiti confessis. Vide cap. XIII. hujus libri.

CAPUT X.

De voluntario & admirando interitu virginum Milestarum.

Plutarchus in librorum, quos ^a αὐτῶν ἱστορίαι inscripsit, primo, cum de morbis differeret in animos hominum incidentibus, virgines dixit ^b Milesii nominis, fere quot tum in ea civitate erant, repente sine ulla evidenti causa voluntatem cepisse obeundæ mortis; ac deinde plurimas vitam suspensio amisisse. Id cum accideret in dies crebrius, neque animis earum mori perseverantium medicina adhiberi quiret; decrevisse Milesios ut virgines, quæ corporibus suspensæ demortuæ forent, eæ omnes nudæ cum eodem laqueo, ^c qui essent prævincæ, efferrentur: post id decretum virgines voluntariam mortem non petisse pudore solo deterritas tam inhonesti funeris.

INTERPRETATIO.

^a De anima. ^b ex urbe Mileto oriundas. ^c quo fuissent strangulate.

CAPUT XI.

Verba senatusconsulti de exigendis urbe Roma philosophis: item verba editi censorum, quo improbati & coerciti sunt qui disciplinam rhetoricam instituere & exercere Roma ceperant.

CAio Fannio Strabone, M. Valerio Messala *COSS.* senatusconsultum de philosophis & de rhetoribus Latinis factum est. *M. POMPONIIUS. PRÆTOR. SENATUM. CONSULUIT. QUOD. VERBA FACTA. SUNT. DE. PHILOSOPHIS. ET. DE. RHETORIBUS. DE. EA. RE. ITA. CENSUERUNT. UTI, M. POMPONIIUS. PRÆTOR. ANIMADVERTERET. COERERET. QUE, UTI. EI. E. REPUBLICA. FIDE. QUE. SUA. VIDERETUR. UTI, ROMÆ. NE. ESSENT.* Aliquod deinde annis post id senatusconsultum

INTERPRETATIO.

^a Quod spectat id quod propositum est de philosophis & rhetoribus. ^b curaret daret operam ut expellerentur Roma, quemadmodum id ipse iudicabat pertinere ad bonum publicum & ad fidem suam.

NOTÆ.

1. C. Fannio Strabone, M. Valerio, &c.] Eorum consulatus incidit in annum Urbis conditæ *IOXCII.* ante Christum *CLXII.* ut ex veterum monumentis probat Pighius.

2. Quod verba, &c.] Solemnia sunt & incipiendis senatus consultis consecrata verba.

3. Coereret.] Vetus verbum pro *curaret.*

rum ⁴ Cn. Domitius Ænobarbus & L. Licinius Crassus censores de coer-
cendis rhetoribus Latinis ita edixerunt. RENUNTIATUM. EST. NOBIS.
ESSE HOMINES. Qⁱ. NOVUM. GENUS. DISCIPLINÆ. INSTITUERUNT. AD.
Q^uOS. INVENTUS. ^c IN. LUDUM. CONVENIAT. EOS. SIBI. NOMEN. IMPO-
SUISSE. LATINOS. RHETORAS. IBI. HOMINES. ADULESCENTULOS. DIES. 5
TOTOS. ^d DESIDERE. MAJORES. NOSTRI. Q^uÆ. LIBEROS. SUOS. DISCERE.
ET. ^e QUOS. IN. LUDOS. ITARE. VELLENT. INSTITUERUNT. HÆC. NOVA.
Q^uÆ. PRÆTER. CONSUETUDINEM. AC. MOREM. MAJORUM. FIUNT. NEQUE.
PLACENT. NEQUE. RECTA. VIDENTUR. QUAPROPTER. ET. HIS. QUI. EOS.
LUDOS. HABENT. ET. HIS. QUI. EO. VENIRE. ^f CONSUERUNT. VISUM. EST. 10
FACIUNDUM. UT. OSTENDEREMUS. NOSTRAM. SENTENTIAM. ^g NOBIS. NON.
PLACERE. Neque illis solum temporibus nimis rudibus, necdum Græca
doctrina expolitæ, philosophi ex urbe Roma pulsi sunt: verum etiam
⁵ Domitiano imperante senatusconsulto ejecti ^h atque urbe & Italia in-
terdicti sunt. Qua tempestate ⁶ Epictetus quoque philosophus propter id
¹⁵ senatusconsultum ⁷ Nicopolim Roma decessit.

INTERPRETATIO.

c in scholam. d otiosos esse. e quas scholas frequenter. f soliti sunt. g scilicet id no-
bis non probari. h & prohibiti sunt quo-
minus remanerent Roma & in Italia.

NOTÆ.

4. Cn. Domitius Ænobarbus & L. Li-
cinius Crassus.] Censuram gessere coff.
C. Claudio Pulchro & M. Perperna
anno U. C. IBC LXI. ante Christum XCIII.
& senatusconsultum de coerendis rhe-
toribus Latinis edixere annis omnino
LIX. postquam prius factum fuerat. Cæ-
terum de hoc Cn. Domitio collega L.
Licinius Crassus dicebat, non esse mi-
randum quod barbam haberet abeneam,
cui os ferreum & cor plumbeum esset.

5. Domitiano imperante.] Domitianus
imperator immanitate, avaritia, libi-
dine & singulari adversus Christianum

nomen crudelitate Neroni similis
philosophos ab urbe discedere jussit an-
no Christi LXXXIII. a suis occisus est
anno Christi xcvi. regni xv.

6. Epictetus.] De quo jam supra men-
tionem fecimus lib. I. cap II.

7. Nicopolim.] Nicopolis urbs alia est
in Epiro, alia in Bithynia, alia in mino-
re Armenia, alia denique Ciliciam in-
ter & Syriam. Epictetus philosophus in
eam, quæ jacet ad ostium A mbracii sinus
in Epiro, relegatus est, ut ex Suida con-
jicere facile est. Hæc autem Sophiano
dicitur, La Prevesa.

CAPUT XII.

Locus ex oratione Gracchi de parsimonia ac de pudicitia
sua memoratissimus.

Caius Gracchus, cum ex Sardinia rediit, ¹ orationem ad populum
in concione habuit. Ea verba hæc sunt. *Versatus sum*, inquit, in 20

NOTÆ.

1. Orationem.] Hac oratione se pur-
gabatur apud Censores, a quibus fuerat
in jus vocatus, quod e Sardinia, ubi

quæstoris vices fungebatur, Romam ad
tribunatum plebis petendum ante rediis-
set, quam sibi successor fuisset datus.

Fff ij

provincia^a quomodo ex usu vestro existimabam esse, non quomodo ambitioni mea conducere arbitrabar. Nulla apud me fuit popina: neque pueri eximia facie stabant. Sed in convivio liberi vestri modestius erant quam apud² principia. Post deinde hæc dicit. Ita versatus sum in provincia,
 5 ut nemo possit vere dicere³ *assem* aut eo plus in muneribus me accepisse; aut mea opera quemquam sumtum fecisse. Biennium enim fui in provincia: si ulla meretrix domum meam introivit aut cujusquam servulus propter me sollicitatus est, omnium natorum postremissimum nequissimumque existimato.
 10 ^b Cum a servis eorum tam caste me habuerim; inde poteritis considerare quomodo me putetis cum liberis vestris vixisse. Atque ibi ex intervallo. Itaque, inquit, Quirites cum Romam profectus sum, zonas, quas plenas argenti extuli, eas ex provincia inanes retuli. Alii vini amphoras quas plenas tulcrunt, eas argento plenas domum reportaverunt.

INTERPRETATIO.

^a Quemadmodum judicavi pertinere ad utilitatem vestram. ^b cum tanta castitate ab eorum servis abstinuerim. ^c paulo post.

NOTÆ.

² Principia.] Quæ Plutarchus *ἀρχαία* vocat, loca sunt in castris ubi dux tabernaculum collocat; a principibus exercitus qui ibi habitabant, sic sunt appellata. Inde fluxit proverbium post principia, quo significamus aliquem

in tuto versari: erat enim ille locus plerumque extra reli jactum.

³ Assen.] As, quod jam explicare me sæpius memini; quatuor denarios Gallicos & aliquanto amplius conficit.

CAPUT XIII.

De verbis^a inopinatis, quæ^b utroqueversum dicuntur & a grammaticis communia vocantur.

15 **U**Tor, &, vereor, &, hortor, &, consolor, communia verba sunt; ac dici utroqueversus possunt: *vereor te* & *vereor abs te*, id est, tu me vereris. *Utor te* & *utor abs te*, id est, tu me uteris. *Hortor te* & *hortor abs te*, id est, tu me hortaris. *Consolor te* & *consolor abs te*, id est, tu me consolaris. *Testor* quoque & *interpretor* significatione reciproca dicuntur. Sunt autem verba hæc omnia ex altera parte inusitata; & an dicta sint in eam quoque partem quærit solet. Afranius in^c *Consobrinis*.

^d *Hem isto parentum est vita vilis liberis*.

INTERPRETATIO.

^a Minus cognitæ. ^b in utramque partem. ^c comœdia. ^d Heu! liberi non multam laborant de vita parentum, cum a suis timorem parentes potius exigunt quam reverentiam.

NOTA.

1. *Hem isto*.] Hic labem aliquam cum aliis suspicatus Muretus censet legendum, *Horumce parentum*.

Ubi malunt metui quam vereri se ab suis.

Hic vereri ex ea parte dictum est, quæ est non usitator. ² Novius in Ligattaca ³ verbum quod est, *uitur*, ex contraria parte dicit. *Quia suppellex multa, quæ non utitur, emitur tamen*: id est, quæ usui non est. M. Caro in quinta Origine; *Exercitum*, inquit, *suum præsum paratum cohortatum eduxit foras atque instruxit. Consolor* quoque in partem alteram, præterquam dici solitum est, scriptum invenimus in epistola Q. Metelli: quam cum in exilio esset, ad Cn. & ad L. Domitios dedit. *At cum animum*, inquit, *vestrum erga me video; vehementer consolor: & fides virtusque vestra mihi ante oculos versatur. Testata* itidem & interpretata eadem ratione dixit M. Tullius in primo libro de divinatione; ut *testor interpretorque* verba communia videri debeant. Sallustius quoque eodem modo, ⁴ *Dilargitis* ⁴ *proscriptorum bonis*, dicit, tamquam verbum *largior* sit ex verbis communibus. *Veritum* autem sicut *puditum* & *pigitum* non personaliter per infinitum modum dictum esse non a vetustioribus tantum videmus, sed a M. quoque Tullio in secundo de finibus. *Primum*, inquit, *Aristippi Cyrenaicorumque omnium*, ⁵ *quos non est veritum in ea voluptate, quæ maxima dulcedine sensum moveret, summum bonum ponere. Dignor* quoque & *veneror* & *confiteor* & *testor* habita sunt in verbis communibus. Sic illa in Virgilio dicta sunt;

⁶ *Conjugio Anchisa Veneris dignate superbo:*

Et:

Cursusque dabis venerata secundos.

Confessi autem æris, de quo facta confessio est, in XII. tabulis scriptum est, his verbis. ⁷ *ÆRIS. CONFESSI. DEBITI. QUÆ. IUDICATIS. TRIGINTA. DIES. IUSTI. SUNTO.* Item ex isdem tabulis id quoque est. ⁸ *QUI. SE. SIERIT. TESTARIER. LIBRIPENS. VE. FUERIT. NI. TESTIMONIUM.*

INTERPRETATIO.

eprandio refectum. f distributis g qui possit conquirere solvendam pecuniæ summam, in jus vocari non poterit. *non dubitaverunt. h o Anchisa qui iudicatus es dignus nobili conjugio Veneris. i adorata. k cum quis in iudicio convictus fuerit de pecunia alteri debita, idque fuerit confessus, concedantur debitori dies triginta, per quos, ut* *Qui se passus fuerit testem adhiberi & libram tenuerit in mancipii venditionibus, habeatur improbus, & privetur jure testimonii dicendi, nisi dicat testimonium cum ab eo requiretur.*

NOTÆ.

² Novius.] Comcediarum scriptor floruit annis ante Christum circiter LXXXVIII.

³ Verbum *uitur*, &c.] Ipse Cicero nec semel in passivam accepit significationem *Huic omnia bona utenda ac possidenda tradiderat.* IV. in Ver. *Quod utendum acceperis reddito.* III. Tuscul.

⁴ Proscriptorum.] *Qui* pellebantur civitate, vel quorum caput addicebatur pretio, ii proscripti vocabantur;

quod eorum nomina fixis publice libellis proferberentur ascripto die, quem ad diem vel in urbe manere prohibebantur, vel eorum caput afferendum erat.

⁵ *Æris confessi*, &c.] Fusiorum huius legis explicationem vide apud Gellium nostrum lib. XX. cap. I.

⁶ *Libripens*.] Is est proprie qui primis Romanorum temporibus, quibus signatum æs nondum erat in usu, monetam rudem libra appendebat. Id no-

7 FARIATUR. IMPROBUS. INTESTABILIS. QUE. ESTO.

NOTÆ.

men deinde datum est iis, qui in rerum mancipii venditionibus libellam æneam renebant. Hic enim fuit Romanorum ritus in alienandis mancipiis, quæ res sunt privati cujusque domini, ut quinque testibus præsentibus libripens pendendo pretio libellam æneam teneret: mancipans autem emptorem ita compelleret, *Raudusculo* (id est nummo) *libram ferito*; tum ille; *hic* (aut fundus

aut homo &c.) *mibi emptus esto hoc jure aneaque libra*. Quæ res emebantur eo ritu, dicebantur jure nexi emptæ, sive per æs & libram partæ.

7. *Fariatur*.] Pro dicat: nam, a thore Diomede, pro fari veteres dicebant fariari. Cæterum hic variaz sunt admodum lectiones, alii *fateatur*, alii *feriatur*, nonnulli *ferat*, quidam etiam *fari iatur* scribendum putant.

CAPUT XIV.

Quod Metellus Numidicus figuram orationis novam ex orationibus Græcis mutuatus est.

5 **A** Pud Q. Metellum Numidicum, in libro accusationis in Valerium Messalam tertio, nove dictum esse annotavimus. Verba ex oratione ejus hæc sunt. *Cum se sciret in tantum crimen venisse atque socios ad sensum questum flentes venisse, sese pecunias maximas exactos esse. Pecunias*, inquit, *maximas exactos*, pro eo quod est, *pecunias a se maximas exactas*. Id nobis videbatur Græca figura dictum. Græci enim dicunt, *ἐξέμαζαν με*
10 *ἀπόθεον*: id significat, *exegit me pecuniam*. Quod si id dici potest; etiam *exactus esse aliqui pecuniam* dici potest: Cæciliusque eadem figura in ¹Hypobolimæo Æschino usus videtur:

Ego illud minus nihilo exigor portorium:
Id est; *nilominus exigitur de me portorium.*

NOTÆ.

¹Hypobolimæo.] Hypobolimæus idem est atque succidaneus, qui in alterius lo-
cum succedit: *ὀπισθῆκεν* Græcis est supponere.

CAPUT XV.

15 **P**assis velis, & passis manibus dixisse veteres non a verbo suo quod est patior; sed ab alieno, quod est, pandor.

AB eo quod est, *pando*, *passum* veteres dixerunt, ¹non *pansum*, & cum præpositione, *expassum*, non, *expansum*. Cæcilius in ²Synaristosis:

INTERPRETATIO.

²Comœdia sic inscripta.

NOTÆ.

¹Non *pansum*.] Imo vero & *dispanxæ* vestes apud Lucretium, & *expansæ* res apud Plinium leguntur.

^b *Hæri vero prospexerunt eum ex tegulis :*

Hæc nuntiasset, & flammeum expansum domi.

Capillo quoque esse mulier *passo* dicitur, quasi porrecto & expanso. Et *passis* manibus, & *velis passis* dicimus, quod significat diductis atque dilatentis. Itaque Plautus in *Milite glorioso*, *a*, litera in, *e*, mutata, per compositi vocabuli morem, *dispassis* dicit, pro eo quod est, *dispassis* :

^c *Credo ego isthoc exemplo tibi esse eundum actum extra portam.*

Dispassis manibus patibulum cum habebis.

INTERPRETATIO.

^b dicebat hunc ipsum hæri ex recto aspexisse, hæc retulisse, & flammam per ades fuisse

stanti eundem esse ocium extra portam Esquilinam, ubi sceleratos supplicio afficiebant manibus expansis.

NOTA.

¹. *Hæri vero.*] His in versibus explicandis necessario conjecturæ aut etiam divinationi locum esse oportet.

CAPUT XVI.

De novo genere interitus Crotoniensis Milonis.

Milo Crotoniensis athleta illustris, quem in chronicis scriptum est Olympiade ² L coronatum esse, exitum habuit vitæ miserandum &

NOTA.

¹ *Milo Crotoniensis.*] Hic Crotone, quæ urbs est magnæ Græciæ in Italia, oriundus, athleta fuit stupendo corporis robore. Ex ejus manibus nec punicum malarum extorquere, nec insistentem peruncto disco quisquam movere poterat. Quin etiam advirium ostentationem fune quasi corona caput cingebat : tum compresso spiritu, cum venæ capitis plurimo sanguine intumissent, venis intensis funem tanquam papyrus distrumpebat, ut refert Pausanias in *Eliacis*.

². *Olympiade L.*] In veteribus exemplaribus legitur Olympiade prima : at manifestus error ex Pausania & cæteris convincitur, qui Milonis tempora ad Olympiadem *LXII*. referunt. Nonnulli censent substituendum esse quinquagesima, idque eo probabilius, quod L. quæ nota est quinquagesimi numeri maxime similis sit I, quæ primum designat, & a librariis una pro altera litera facile scribi potuerit. Verum hæc conjectura stare posse minime videtur : Suidas enim

cum asserat Milonem luctando sex continuas Olympiades vicisse, septima autem Olympiade quæ juxta Pausaniam, est *LXII*. Olympiam venisse congressurum : hinc sequitur eum primo coronatum esse Olympiade *LV*. Præterea Crotoniata, ut refert *Diodorus*, duce Milone tunc etiamnum, ut verisimile est, robustissimo Sybaritas anno *III*. Olymp. *LXVII* vicerunt, hoc est, anno septuagesimo primo post palmam in ludis Olympicis primum reportatam. Jam vero id si concedamus Milonem Olympiade *L*, qua dicitur coronatus, annos natum fuisse tantum *xxv*. quo tempore debellavit Sybaritas annum *xcv*. eum oportet excessisse. Quis autem hominem ætate tam affecta sibi persuadeat bellicis laboribus ferendis parem fuisse? Quod spectat autem emendationem hujus loci, si quis *LX*. legere volet, in re tam incerta, a vero propius aberit ejus conjectura.

mirandum. Cum jam ^a natu grandis artem athleticam ^b defisset, iterque faceret forte solus in locis Italiæ silvestribus: quercum vidit proxime viam patulis in parte media rimis hiantem. Tum, experiri, credo, etiam tunc volens an ullæ sibi reliquæ vires adessent, immissis in ^c cavernas arboris digitis diducere & rescindere quercum conatus est, ac mediam quidem partem discidit divellitque. Quercus autem in duas diducta partes, cum ille, ^d quasi perfecto quod erat connixus, manus laxasset: cessante vi rediit in naturam; manibusque ejus retentis inclusisque stricta denuo & cohæsa, dilacerandum hominem feris præbuit.

INTERPRETATIO.

^a Senior, ^b abjecisset. ^c hiatus ^d quasi perfecisset quod tentaverat.

CAPUT XVII.

10 *Quam ob causam nobiles pueri Atheniensium tibiis canere deserint, cum patrium istum morem canendi haberent.*

^e Alcibiades Atheniensis cum apud avunculum Periclem puer artibus ^f ac disciplinis liberalibus erudiretur; & arcessi Pericles Antigenidam tibiicinem jussisset ut eum canere tibiis, quod honestissimum tum videbatur, doceret: traditas sibi tibiis cum ad os adhibuisset instassetque; pudefactus oris deformitate abjecit infregitque. ^g Ea res cum percrebuisse; omnium tum Atheniensium consensu, disciplina tibiis canendi desita est. Scriptum hoc est in commentario ^h Pamphilæ nono & vicesimo.

INTERPRETATIO.

^e Cum id fuisset divulgatum. ^h obsolevit ars canendi tibiis.

NOTÆ.

1. Alcibiades.] Hic filius Clinix, Atheniensium imperator extitit disciplinæ militaris ita peritus, ut quamcunque in partem inclinaret, eo victoria sequeretur. Absens a suis sacrilegii postulatus Lacedæmonem se recepit, tumque Athenienses quibus omnia belle processerant, terra marique fusi sunt. Deinde restitutus in patriam priorem suorum fortunam revocavit. Cum ad Persas se contulisset,

factionibus Atheniensium adeoque Persarum perfidia telis confossus occubuit anno ætatis circiter quadragesimo, Olympiad. xciv. anno 1. ante Christum cccxiv. Cornelius Nepos.

2. Pamphila.] Epidauria, genere Ægyptia, filia Soteridis, autore Suida, libros xxx. musicæ historix & alia scripta temporibus Neronis. Suidas.

CAPUT XVIII.

Quod pugna belli civilis victoriaque C. Caesaris, quam vicit in Pharsalicis campis, nunciata predictaque est per cujusdam remigis vaticinium eodem ipso die in Italia Patavii.

Uo C. Caesar & Cn. Pompeius die per civile bellum^a signis collatis in¹ Thessalia confixerunt, res accidit² Patavii in transpadana Italia memorari digna. Cornelius quidam sacerdos, & loco nobilis & sacerdotii religionibus venerandus & castitate vitæ sanctus, repente mota mente³ conspiceret se procul dixit pugnam acerrimam pugnari; ac deinde cedere alios, alios urgere, eadem, fugam, tela volantia, instaurationem pugnae, impressionem, gemitus, vulnera, proinde ut si ipse in prælio versaretur, coram videre sese vociferatus est; ac postea subito exclamavit Caesarem vicisse. Ea Cornelii sacerdotis^b hariolatio levis tum quidem visa est & c^c vecors: magnæ mox admirationi fuit; quod non modo pugnae dies, d^d quæ in Thessalia pugnata est neque prælii exitus, qui erat prædictus, idem fuit; sed omnes quoque pugnandi reciprocae vices, & ipsa exercituum duorum conflictatio vaticinantis motu atque verbis representata est.

INTERPRETATIO.

^a Prælium commiserunt in Thessalia. ^b divinatio. ^c inanis. ^d qua certamen inimum est.

NOTÆ.

1. *Thessalia.*] Græciæ regio, ubi sunt Pharsalici campi, in quibus a Cæsare delectus est Pompeius anno U. C. LXXXVI. ante Christum XLVIII. Nunc Turcis subdita dicitur *Ianna*.

2. *Patavium.*] Urbs nunc ditionis Venetæ, Gallice *Padouë*. Recte dicitur, habita ratione Romæ, esse in Italia trans-

padana sive Italia quæ est ultra Padum fluvium, vulgo *le Po*.

3. *Conspicere se procul dixit pugnam, &c.*] Id ope dæmonis accidebat, qui res in longinquis regionibus gestas ejusmodi hariolis aliquando aperuit, ut animos majori superstitione astringeret.

CAPUT XIX.

Verba M. Varronis memoria digna ex satyra quæ inscribitur

^a *De esculentis.*

Non paucissimi sunt in quos potest convenire id quod M. Varro dicit, in satyra quæ inscribitur ^b *De esculentis*. Verba hæc sunt: *Si quantum opera sumpsisti ut tuus pistor bonum faceret panem, ejus duodecimam phi-*

INTERPRETATIO.

^a De esculentis.

lofophia dediffes ; ipfe bonus jampridem effes factus. Nunc ,^b illum qui norunt , volunt emere¹ milibus centum ; te , qui novit , nemo^{c2} centuffis.

INTERPRETATIO.

^b pistorem. c vult emere.

NOTÆ.

1. *Milibus centum.*] Intelligendum æris aut assium, quod idem est ut jam supra monui. Porro cum as quilibet quatuor denariis Gallicis & aliquanto amplius æstimetur, tota hæc summa quæ de agitur, ad nostros calculos revocata conficiet libras Francicas 1750.

2. *Centuffis.*] Pro centuffe dicitur, ut notavit Passeratius, hoc Varronis loco apud Gellium citato. Centuffis autem per Ellipsin dicitur suppressa hac voce *pretio*. Respondet triginta quinque assibus nostratibus.

CAPUT XX.

Notata quadam de Euripidis poetæ genere, vita, moribus, deque ejusdem sine vita.

- 5 **E**uripidis poetæ matrem¹ Theopompus² agrestia olera vendentem victum quæsisse dicit. Patri autem ejus nato illo responsum est a Chaldæis, eum puerum, cum adolevisset, victorem in certaminibus fore. Id ei puero fatum esse. Pater interpretatus athletam debere esse, roborato exercitatoque filii sui corpore Olympiam certaturum eum, inter
10 athletas pueros deduxit. Ac primo quidem in certamen³ per ambiguam ætatem receptus non est. Post⁴ Eleusinio & ⁵ Theseo certamine pugnavit, & coronatus est. Mox, a corporis cura ad excolendi animi studium transgressus, auditor fuit physici⁶ Anaxagoræ & Prodici rhetoris, in morali autem philosophia Socratis. Tragœdiam scribere natus annos^a duo-
15 deviginti adortus est. ⁷ Philochorus refert in insula⁸ Salamine spelun-

INTERPRETATIO.

^a Octodécim.

NOTÆ.

1. *Theopompus.*] Videl, X. c XVIII.

2. *Agrestia olera vendentem.*] Hinc apud Aristophanem in Equitibus *Ἀγροειδὸς*, quod idem est arque Euripidem imiteris. Nempe quod Euripidis mater *οὐρανίνας*, quod genus est oleris sylvestris, venderet.

3. *Per ambiguam ætatem.*] Quod ejus ætas puerilem inter ac virilem media, ipsum a pugna, sive cum pueris, sive cum viris incunda prohiberet.

4. *Eleusinio.*] Apud Eleusin Atticæ civitatem solennes deæ Cereri ludi quotannis celebrabantur.

5. *Theseo.*] In honorem Thesei certamina pariter instituta fuerant.

6. *Anaxagoras.*] Patria Clazomenius, natus Olymp. LXX. inedia sibi necem conscivit annos natus LXX. Olympiade LXXXVIII. non LXXVIII. ut mendose legitur apud Laertium.

7. *Philochorus.*] Atheniensis historicus & aruspex periit ex insidiis Antigonis; aut potius, quod videtur Vossio, Antiochi, cum Ptolemæi Egypti regis patribus faveret, anno circiter ante Christi ortum ccxx.

8. *Salamine.*] Salamis insula in fine Saronico prope Atticam. De hac insula Megarenfes inter & Athenienses acerrime certatum. Sophiano dicitur *Coluri*.

eam esse tetram & horridam, quam nos vidimus, in qua Euripides tragœdias scriptarit. Mulieres fere omnes ^b in majorem modum exosus fuisse dicitur; sive quod natura abhorruit a mulierum cœtu; sive quod duas simul uxores habuerat, cum id decreto ab Atheniensibus facto ^c jus esset; quarum matrimonii pertædebat. Ejus odii in mulieres Aristophanes quoque meminit ^d ἐν τῇ θεσμοφοριαζήσει in his versibus:

ἘΝ Τῇ ΘΕΣΜΟΦΟΡΙΑΖΗΣΕΙ
 ἘΝ Τῇ Αἰτίσει τῶν ἀνδρῶν καὶ τῶν γυναικῶν
 ἘΝ Τῇ Αἰτίσει τῶν ἀνδρῶν καὶ τῶν γυναικῶν
 ἘΝ Τῇ Αἰτίσει τῶν ἀνδρῶν καὶ τῶν γυναικῶν

† Alexander autem Ætolus hos de Euripide versus composuit:

ἘΝ Τῇ Αἰτίσει τῶν ἀνδρῶν καὶ τῶν γυναικῶν
 Σπυριδὸς μὲν ἐμοίγε ἔοικε θεοσεπιτεῖν,
 καὶ μισογίας, καὶ τωδᾶρτι οὐδὲ παρ' οἶνον
 Μεμνηθῆνός· ἀλλ' ὅ, π καὶ χεῖρα, τὸτ' αἶ
 Μέλιτος καὶ σιρήνων ἐτετεύχε.

Is cum in Macedonia apud Archelaum regem esset, utereturque eo rex familiariter; rediens nocte ab ejus cœna canibus a quodam æmulo immixtis dilaceratus est: ¹⁰ & ex his vulneribus mors secuta est. Sepulchrum autem ejus, & memoriam Macedones eo dignati sunt honore, ut in gloriæ quoque loco prædicarent. ⁸ Ὅσπερ σὺν μνήμῃ Εὐριπίδου ἄλετο ποδ. Quod egregius poeta morte obita sepultus in eorum terra foret. Quamobrem cum legati ad eos ab Atheniensibus missi petissent ut ossa Athenas in terram illius patriam permitterent transferri; maximo consensu Macedones in ea re deneganda perstiterunt.

INTERPRETATIO.

^b vehementi odio persecutus fuisse dicitur.
^c liceret. ^d in prioribus Thesmophoriazibus.
 nunc igitur omnibus suadeo Ἐδικο, hunc punire hominem multis de causis. ^e agrestibus enim nos, o mulieres, afficit malis.
 Quippe qui in agrestibus oleribus nutritus.

† At Anaxagora alumnus veteris asper quidem mihi videtur in alloquendo;
 odio habens risum, & joculari ne ad vinum quidem edoctus: sed quidquid scripserit, hoc a melle & sirenibus compositum est. ^f nunquam tui memoria Euripides peribit.

NOTA.

1. Alexander Ætolus.] Hic teste Suida ex urbe Pleurone in Ætolia oriundus grammaticus & tragœdiarum scriptor

celebris fuit annis circiter ante Christum cclx.
 10. Dilaceratus est.] Quo tempore, quo ætatis anno jam supra explicuimus.

CAPUT XXI.

Quod a poetis Iovis filii prudentissimi humanissimique, Neptuni autem ferocissimi & inhumanissimi traduntur.

PRæstantissimos virtute, prudentia, viribus, Jovis filios poetæ appellaverunt, ut ¹ Æacum & ² Minoa & ³ Sarpedona; ferocissimos & immanes & alienos ab omni humanitate, tamquam e mari genitos, Neptuni filios dixerunt, ⁴ Cyclopa & ⁵ Cercyona & ⁶ Scyrona & ⁷ Læstrygonas.

NOTÆ.

1. *Æacum*] Æacus Jovis ex Ægina filius, cui severissima integritas Judicis inferorum nomen apud poetæ peperit.

2. *Minoa*] Minos rex Cretæ Jovis & Europæ filius propter insignem justitiam iudex inferorum creditus est.

3. *Sarpedona*] Hunc ex Laodamia Bellerophontis filia suscepit Jupiter. Ad Priamum auxiliares copias adversus Græcos adduxit; ac multis præclare gestis a Patroclo interfectus est.

4. *Cyclopa*] Polyphemus hic fuit, quem unum sub media fronte oculum habuisse fabulantur.

5. *Cercyona*] Cercyon inaudita crudelitate famosus, homines altissimis arborum ramis in terram magna vi adductis astringebat, quibus remissis deinde misere discerperentur. A Theſeo interfectus est.

6. *Scyrona*] Scyron latro immanis occisus est a Theſeo.

7. *Læstrygonas*] A quibus exstiteret Læstrygones Campaniæ in Italia populi longe immanissimi: humanis carnibus vescabantur, nec procul a Caieta distabant olim.

CAPUT XXII.

Historia de Sertorio duce, a deque astu ejus commentitiisque simulamentis quibus ad barbaros milites continendos conciliandosque sibi utebatur.

Sertorius vir acer egregiusque dux & tuendi regendique exercitus peritus fuit. Is, in temporibus difficillimis, & mentiebatur ad milites si mendacium prodesset, & literas compositas pro veris legebat, & somnium simulabat, ^b & falsas religiones conferebat si quid istæ res eum apud militum animos adjutabant: illud adeo Sertorii nobile est ^c. Cerva alba eximia pulchritudinis & vivacissimæ celeritatis a Lusitano ei quodam dono data est. Hanc sibi oblatam divinitus ^d & instructam Dianæ numine colloqui secum monereque & docere, quæ utilia factu essent, persuadere omnibus instituit: ac, si quid durius videbatur quod imperandum militi-

INTERPRETATIO.

^a De ejus prudentia & excogitatis stratagematis. ^b fictam rerum divinarum scientiam simulabat. ^c inventum. ^d aflatam a Diana.

NOTA.

1. *Sertorius*] Quis hic & quo tempore floruerit lib. II, cap. XXVII, explicuimus.

bus foret, a cerva sese monitum prædicabat. Id cum dixerat; unive rsi tamquam si deo libentes parebant. Ea cerva quodam die, e cum incurfu esset hostium nuntiata festinatio, tumultu consternata in fugam sese prorupit; atque in palude proxima delituit; & postea requisita perisse credita est. Neque multis diebus post, inventam esse cervam Sertorio nuntiatur. 5 Tum qui nuntiaverat iussit tacere; f ac, ne cui palam diceret, interminatus est: præcepitque ut eam postero die repente in eum locum, in quo ipse cum amicis esset, inmitteret. Admissis deinde amicis postridie, visum sibi esse ait in quiete cervam, quæ perisset, ad se reverti, & ut prius consuerat, quod opus esset facto, prædicare. Tum Sertorio quod 10 imperaverat significante, cerva emissa in cubiculum Sertorii introrupit. Clamor factus, & orta admiratio est: eaque hominum barbarorum credulitas Sertorio in magnis rebus magno usui fuit. Memoriae proditum est, ex iis nationibus, quæ cum Sertorio faciebant, cum multis præliis superatus esset, neminem unquam ab eo descivisse; quamquam id genus hominum esset mobilissimum. 15

INTERPRETATIO.

e cum propter incurfionem hostium imperata esset properatio. f minaciter prohibuit ne id ulli diceret.

CAPUT XXIII.

De ætatibus historicorum nobilium Hællanici, Herodoti, Thucydides.

Hællanicus, Herodotus, Thucydides, historiæ scriptores in isdem 20 temporibus fere laude ingenti floruerunt; & non nimis longe distantibus fuerunt ætatibus. Nam Hællanicus initio belli Peloponnesiaci fuisse quinque & sexaginta annos natus videtur, Herodotus tres & quinquaginta, Thucydides quadraginta. Scriptum hoc in libro undecimo Pamphilæ.

NOTA.

i. Hællanicus, &c.] De quibus jam ante annos natus fuerit Hællanicus quinque nonnulla perstrinximus. Quod spectat & sexaginta, ortum duxisse concluditur autem eorum ætatem, de qua potissimum anno i. Olympiadis LXXI. qui est ante hic agitur, facile est colligere quo quis- Christum ccccxcvi. Eadem servata pro- que tempore natus fuerit; cum enim portione facile intelliges, quo Thucy- initio belli Peloponnesiaci, quod cadit dides & Herodotus anno nati fuerint. in II. annum Olympiad. LXXXVII.

CAPUT XXIV.

Quid Vulcatius Sedigitus in libro, quem de poetis scripsit, de comicis 25 Latinis iudicavit.

Sedigitus in libro, quem scripsit de poetis, quid de iis sentiat qui scomædias fecerunt, & quem ex omnibus præstare ceteris putet; ac

deinceps quo quemque in loco & honore ponat, his versibus suis demonstrat.

- ^a Multos incertos certare hanc rem vidimus
 Palmam poeta comico cui deferant.
 Eum meo iudicio errorem dissolvam tibi:
 Ut contra si quis sentiat nihil sentiat.
¹ Cæcilio palmam Statio do comico.
² Plautus secundus facile exsuperat ceteros.
^b Dein ³ Nevius qui fervet precio in tertio est.
 Si erit, quod quarto ⁴ detur, dabitur Licinio.
 Post insequi Licinium facio ⁵ Attilium.
 In sexto sequitur hos loco ⁶ Terentius.
⁷ Turpilium septimum, Trabea octavum obtinet.
 Nono loco esse facile facio Luscium.
 Decimum addo causa antiquitatis Ennium.

INTERPRETATIO.

^a Vidimus plurimos qui dubiis contendere hac de re, scilicet quis sit habendus optimus poeta comicus. Aliorum errorem mea sententia discutiam: si quis contrarium opinetur, nihil bene opinabitur.

^b Deinde Nevius cuius ferventius est ingenium, tertium locum obtinet; si appellandus sit aliquis quarto loco, is erit Licinius.

NOTÆ.

1. Cæcilio, &c.] Iniquum fortasse videatur Sedigiti iudicium, qui primas det Cæcilio, quem vix ullus ut sententiosum aut ingeniosum extulit, Tullius non bonum autorem latinæ appellavit: Terentio vero vix sextum assignet locum, ejus fabellæ, eodem teste, Tullio propter elegantiam sermonis a Lælio acerrimi iudicii ac delicatissimi fastidii viro putabantur scribi. Non tamen ita statim explodendus est Sedigitus, quasi a communi omnium sensu abhorreat. Sane apud Nonium in verbo *Poscere* Varro principatum in argumentis Cæcilio dedit. In argumentis Cæcilius poscit palmam; in *hæc* Terentius, in sermonibus Plautus. Terentio quidem palmam in exprimendis moribus, Cæcilio vero in seligendis argumentis primas dedit.

2. Plautus secundus.] Temporibus Augusti Plautini joci adeo visi sunt illiberales, ut Horatius ejus iudicium ab illius eruditissimi sæculi iudicio non

erat, ut arbitror, alienum, a majoribus nimium patienter ac propemodum stulte laudatos dixerit.

3. Nevius, &c.] Cuinam ex istis palma sit tribuenda, cum præter Plautum ac Terentium nullus sit superstes, æstimare non possumus.

4. Detur.] Ita legendum ex M^o, ut indicat Vossius l. de Poet. Lat. si enim ea vox omissa fuerit, ut in editione Stephani, versus claudicabit.

5. Attilium.] Floruit hic anno ante Christum circiter cxxx.

6. Terentius.] Sentit Afranius comicus similem Terentio neminem reperiri. At Cæsar vim & nervos in eo desiderat. Refert Servius: Terentium propter solam proprietatem omnibus comicis esse præpositum; quibus est, quantum ad cætera spectat, inferior.

7. Turpilium.] Hic Sinuessæ senex admodum mortuus est, teste Eusebio, Olymp. clxix. an. ante Christum ciii.

CAPUT XXV.

De verbis quibusdam novis, quæ in Cn. Matii' mimiambis offenderamus.

CNEUS Matius vir eruditus in mimiambis suis non absurde neque Cablone finxit, *recentatur*, pro eo quod Græci dicunt *ανανεωται*. Versus, in quibus hoc verbum est, hi sunt.

^a *Iam jam albescit Phœbus & recentatur*

Commune lumen hominibus voluptasque.

Idem Matius in isdem mimiambis *edulcare* dicit, quod est, dulcius red-
dere, in his versibus:

Quapropter edulcare convenit vitam;

^b *Curasque acerbas sensibus gubernare.*

INTERPRETATIO.

^a *Iam nunc incipit albescere sol, & lux* | *tur.* ^b *& sensuum voluptate sollicitudines*
voluptasque communis hominum renova- | *amaras temperare.*

NOTA.

1. *Mimiambis.*] Versus mimiambi, ut ex his colligitur a Sczante non dif-
ferunt.

CAPUT XXVI.

Quibus verbis Aristoteles philosophus definierit syllogismum; ejusque defini-
tionis interpretamentum verbis Latinis factum.

Aristoteles quid syllogismus esset his verbis definivit. ^a ὁ λόγος ἐν ᾧ
πρὸς τὸν πρῶτον ἢ πρὸς τὸν δεύτερον ἐξ ἀνάγκης συμβαίνει διὰ τῶν κειμένων.
Ejus definitionis non videbatur habere incommode interpretatio facta
hoc modo. Syllogismus est oratio, in qua consensu quibusdam & con-
cessis aliud quid, quam quæ concessa sunt, necessario conficitur.

INTERPRETATIO.

^a *Oratio in qua positis aliquibus, aliud quid a positis necessario concluditur per
ea qua posita sunt.*

NOTA.

1. *Λόγος ἐν ᾧ.*] Exemplum syllogismi | *da.* Si quis duas priores propositiones
fit. *Omne vitium est fugiendum, atqui* | *concesserit, conclusioni, nisi sit plane he-*
avariitia est vitium; ergo avariitia fugien- | *bes, necessario assentietur.*

CAPUT XXVII.

Quid sint comitia calata, quid curiata, quid centuriata, quid tributa, quid concilium; atque inibi quedam ejusmodi.

IN libro Lælii Felicis ad Q. Mucium primo scriptum est, Labeonem scribere, ¹ calata comitia esse, quæ ^a pro collegio pontificum habentur aut regis sacrorum aut flaminum ^b inaugurandorum causa: eorum autem alia esse curiata, alia centuriata. Curjata per ^c lictorem curiatum calari, id est, convocari; centuriata per ^d cornicinem. Idem comitiis, quæ calata appellari diximus, & ³ sacrorum detestatio & testamenta fieri solebant. Tria enim genera testamentorum fuisse accepimus, unum, quod calatis comitiis in populi concione fieret; ⁴ alterum in procinctu, cum viri ad prælium faciendum in aciem vocabantur; tertium ⁵ per familiæ emancipationem, cui æs & libra adhiberetur. In eodem Lælii Felicis libro hæc scripta sunt. *Is qui non universum populum sed partem aliquam adesse jubet, non comitia sed concilium edicere debet. Tribuni autem neque advocant*

INTERPRETATIO.

a A collegio. b consecrandorum. c per lictorem curiarum convocari. d præconem corum canentem.

NOTÆ.

1. *Calata comitia.*] Comitia, qui conventus sunt populi ad ferendum de aliqua re suffragium, primo omnia dicta sunt calata, a voce Græca *καλῶ* voco, quod ad ea populus convocaretur. Id vel ex ipso Gellio colligere possumus, qui paulo post ait calatorum alia fuisse curiata, alia centuriata. Communis autem comitorum appellatio ad ea subinde translata est, quæ pro collegio pontificum habentur, aut regis sacrorum & flaminum inaugurandorum causa.

2. *Inaugurandorum.*] Apud Romanos cum rex aut sacerdos erat eligendus, habebatur auguriorum ratio, isque magistratus vocabatur inauguratus, cui dignitatem aves addicerent.

3. *Sacrorum detestatio.*] Detestatio vetus Pontificum verbum est. Eam Græchius definit consecrationem omnem quam publice comitiis curiatis fieri oportebat. Nam detestari facta est populo denuntiare quod quisque consecrari cupit, ut detestatio in jure est denuntiatio facta cum testatione. Unde quicunque in concione testatus non fuerat

se consecraturum, injussu plebis factum nihil facere poterat.

4. *Alterum in procinctu.*] Milites in procinctu sive ad pugnam mox ineundam parati testamentum quasi morituri faciebant. Verum ille mos jam tum a Ciceronis temporibus obsoleverat: ut ipse testatur II. de nat. deor. *Testamenta in procinctu perierunt.*

5. *Per familiæ emancipationem.*] Hoc tertium fuit testamenti genus, quo paterfamilias imaginaria venditione jus omne suum ac bona transferebat in alium. Is porro ritus erat. Quinque testibus ac libripende, de quo jam supra dixi, presentibus, futurus hæres imaginarii pretii nomine nummum æneum dabat patri familias, ac solennem verborum formulam pronuntiabat: *Hujus ego familiam qua mihi empta est hæc ære aneque libra jure Quiritium, meam esse aio.* Deinde ære percutiens libram, illud æs dabat patri familias, qui tum hæreditatis adeundæ jus emptori concedebat. Is autem qui emebat vocabatur emptor familiæ.

patricios

patricios, neque ad eos referre ulla de re possunt: ita ne leges quidem proprie sed plebiscita appellantur, quæ tribunis plebis ferentibus accepta sunt; quibus rogationibus ante patricii non tenebantur, donec ⁶ Q. Hortensius dictator eam legem tulit, ut eo jure quod plebes statuisset, omnes Quiritēs tenerentur: item in eodem libro hoc scriptum est. Cum ex generibus hominum suffragium feratur, ⁷ curiata comitia esse; cum ex censu & aetate, ⁸ centuriata; cum ex regionibus & locis, ⁹ tributa. Centuriata autem comitia intra pomerium fieri nefas esse; quia ¹⁰ exercitum extra urbem imperari oporteat; intra urbem imperari jus non sit: propterea centuriata in campo Martio haberi, exercitumque imperari praesidii causa solitum; quoniam populus esset in suffragiis ferendis occupatus.

INTERPRETATIO.

⁶ debet praescribi militibus sicut armati extra urbem ad praesidium comitorum.

NOTÆ.

⁶ Q. Hortensius dictator.] Circa an. U.C. CCCCLXXII ante Christ. COLXXXVII. creatus est dictator Hortensius, ut plebem quæ oppressa a re alieno in Janiculum secesserat, revocaret. Eam cum reduxisset obiit in magistratu.

⁷ Curiata.] Curiata tunc erant comitia, cum divisus per triginta curias populus sententiam rogabatur, quod autem a pluribus curiis decretum esset, id populi iussum dicebatur. Jam superius indicavi curias esse partes illas triginta, in quas populum Romulus distribuit.

⁸ Centuriata.] Comitia centuriata ea sunt, quibus populus per classium cen-

turias divisus suffragium ferebat. Id autem ratum habebatur quod a pluribus centuriis fuerat statutum. Jam vero a regum usque temporibus, nempe a Ser. Tullio populus ratione census fuerat in centurias distributus.

⁹ Tributa.] Tributa comitia sunt ea, in quibus divisus tributim populus sententiam rogabatur. Quid sint autem tribus, vide superioribus in notis.

¹⁰ Campo Martio.] A Marte cui sacer erat, nomen habuit hic campus, in quo tanquam in palæstra juvenus Romana militia rudimentis instituebatur.

CAPUT XXVIII.

Quod erravit Cornelius Nepos cum scripsit Ciceronem tres & viginti annos natum causam pro Sex. Roscio dixisse.

Cornelius Nepos & rerum memoriæ non indiligens & M. Ciceronis, ut qui maxime, amicus familiaris fuit: atque is tamen in primo librorum quos de vita illius composuit, errasse videtur; cum eum scripsit tres & viginti annos natum primam causam iudicii publici egisse, Sextumque Roscium parricidii reum defendisse. Dinumeratis quippe annis ^a Q. Capione & Q. Serrano: quibus Consulibus ^b ante diem III. nonas

INTERPRETATIO.

^a In scribendis historiis accuratus. ^b ante diem iii. Ianuarii.

NOTÆ.

¹ Q. Capione & Q. Serrano.] Hi consulatum gesserunt anno U.C. I DCXLVIII. ante Christum CVI.

Januarias M. Cicero natus est, ad² M. Tullium & Cn. Dolabellam, quibus consulibus causam privatam pro Quintio apud Aquilium Gallum iudicem dixit, sex & viginti anni reperiuntur. Neque dubium est quin post annum, quam pro Quintio dixerat, Sex Roscium reum parricidii defendit, annos jam septem atque viginti natus, L. Sulla Felice Q. Metello Pio consulibus. In qua re etiam³ Fenestellam errasse & Pedianus Asconius animadvertit, quod eum scripserit sexto vicesimo ætatis anno pro Sex Roscio dixisse. ⁶ Longior autem Nepotis quam Fenestellæ error est; nisi quis vult in animum inducere, studio amoris & amicitiae adductum, amplificandæ admirationis gratia, quadriennium suppressisse; ut M. Cicero orationem florentem dixisse pro Roscio admodum adolescens videretur. Illud adeo ab utriusque oratoris studiosis animadversum & scriptum est, quod Demosthenes & Cicero pari ætate illustrissimas orationes in causis dixerint, alter^d ἡ ἀνδροτίωνος ἢ ἡ τῆς Τιμοκράτους sept. m & viginti annos natus, alter anno minor pro P. Quintio, septimoque & vicesimo pro Sex Roscio. Vixerunt quoque non nimis numerum annorum diversum, ⁷ alter tres & sexaginta annos, Demosthenes sexaginta.

INTERPRETATIO.

c major. d contra Androtionem & contra Timocratem.

NOTÆ.

2. M. Tullium & Cn. Dolabellam.] Consules fuere anno U. C. IocLXXII. ante Christum LXXI.

3. Fenestellam.] L. Fenestella historicus Cumis obiit Augusti temporibus.

4. Pedianus Asconius.] Historicus Neronis temporibus suppar, commentarios in Ciceronis orationes edidit. Annos vixit LXXXIV. sub ætatem decrepitam cæcus per XII. annos summo in honore habitus est.

5. Κατὰ Ἀνδροτίωνος.] Athenis alter ab Areopagitico senatus cum lege teneretur triremes extruere, quibus, si defuissent, lex eadem prohibebat donum a populo petere, senatus triremes non ædificavit, Nihilominus Androtion ple-

biscito senatum donari corona iussit: hinc legum violatarum reus actus est Androtion, & in eum Demosthenes declamavit.

6. Κατὰ Τιμοκράτου.] Hac oratione Demosthenes legem a Timocrate latam in gratiam eorum, qui ob debitum publicum in vincula rapti essent, probat esse referendam.

7. Alter tres & sexaginta annos.] Tullius LXIV. ætatis annum non excessit, cum occisus fuerit eo tempore, quo triumviri societatem coierunt, id est, an. U. C. Iocccxi. ab an. autem Iocxlviii, quo natus est, ad id usque tempus sunt tantum LXIII. anni expleti.

CAPUT XXIX.

Quali figura orationis & quam nova L. Piso annalium scriptor usus sit.

20 **D**Uæ istæ in loquendo figuræ notæ satis usitatæque sunt, *Mihi nomen est Iulio, & mihi nomen est Iulii.* Tertiam figuram novam hercle

reperi apud ¹ Pisonem in secundo annalium. Verba Pisonis hæc sunt: *L. Tarquinium collegam suum, quia ² Tarquinium nomen esset, metuere; eumque orat uti sua voluntate Romam contendat. Quia Tarquinium, inquit, nomen esset. Hoc proinde est, tamquam si ego dicam, mihi nomen est Iulium.*

NOTÆ.

1. *Pisonem.*] L. Calpurnius Piso, cui virtus *Frugi* cognomentum dedit, amplissimos in rep. magistratus tribuni plebis & consulis summa integritate administravit: causas egit identidem, & annales reliquit, ut in Bruto Tullius ait, *sane exiliter scriptos.* Floruit anno circiter U. C. Iæc. ante Christum CLIV.

2. *Tarquinium, &c.*] Tarquinium hic adjectivum est, unde Latine dici potest mihi nomen est Iulium, ut mihi lex est Julia. Inepte autem diceretur mihi nomen est Cæsarem, Ciceronem, &c. quia nimirum hæc & familia nomina non possunt esse adjectiva.

CAPUT XXX.

Vehiculum, quod petorritum appellatur, a cujatis lingua vocabulum sit, Græca an Gallica.

Qui ab alio genere vitæ detriti jam & retorridi ad literarum disciplinas serius adeunt, si forte idem sunt garruli natura & ° subargutuli, oppido quam fiunt in literarum ostentatione inepti & frivoli. ¹⁰
^d Quod genus profecto ille homo est, qui de *petorritis* nuper argutissimas nugas dixit. Nam cum quæreretur ¹ *petorritum* quali forma vehiculum cujatisque linguæ vocabulum esset: & ° faciem vehiculi ementitus est longe alienam falsamque, & vocabulum Græcum esse dixit; atque id significare volucres rotas interpretatus est: commutataque una littera *petorritum* esse dictum volebat, quasi *petororum*. Scriptum etiam hoc esse a Valerio Probo contendit. Ego cum Probi multos admodum commentationum libros ^f anquisierim, neque scriptum in his inveni, nec usquam alioqui Probum scripsisse credo. *Petorritum* enim est non ex Græca dimi- ¹⁵

INTERPRETATIO.

a *Cujatis.* b qui in alia vita ratione tem-
 pus insumperunt, & jam seniores tar-
 dius se applicant ad doctrinas liberales.

c aliquantulum subtiles. d ex quo genere
 hominum. e formam currus finxit longe
 aliam, f conquisi verim.

NOTÆ.

1. *Petorritum quali forma vehiculum,*
 &c.] Inepte, quisquis a vocabulo Græ-
 co *πετορι* volo & Latino *rota*, *petorriti*
 nomen deducebat. *Petorritum*, inquit
 Festus, dictum existimant a numero
 quatuor rotarum, alii *Osce*, quod ii
 quoque *petora* quatuor vocent, alii *Gra-
 ce sed ΑΙολικῶς. πετορις* enim *Æoliis* est
τεταρπες, hoc est, quatuor. Sed ut ut est

de notione vocis; id constat ex Scholia-
 ste veteri Horatii *petorritum* esse genus
 vehiculi Gallici, ex Festo habuisse
 quatuor rotas, ex Isidoro fuisse con-
 tractum. Præterea videntur iidem fuisse
 & aurigæ & vectores, adeoque erat
 illud humilioris sortis hominum, sicut
pilentum matronarum. Vide Schefferum.

diatum, sed & totum transalpibus: nam est vox Gallica. Id scriptum est in libro M. Varronis quartodecimo rerum divinarum: quo in loco Varro, cum de petorrito dixisset, esse id verbum Gallicum; *lanceam* quoque dixit non Latinum sed Hispanicum verbum esse.

INTERPRETATIO.

g totum debetur Gallis qui sunt trans Alpes.

CAPUT XXXI.

5 *Qua verba^a legaverint Rhodii ad hostium ducem Demetrium, cum ab eo obsiderentur, super illa incluta Ialysi imagine.*

Rhodum insulam celebritatis antiquissimæ, oppidumque in ea pulcherrimum ornatissimumque, obsidebat oppugnabatque Demetrius dux ætatis suæ inclutus: cui a peritia disciplinaque faciendi obsidii, machinarumque solertia ad capienda oppida repertarum, cognomentum
10 ^b πολιορκητής fuit. Tum ibi in obsidione illa ædes quasdam publice factas, quæ extra urbis muros cum parvo præsidio erant, aggredi & vastare atque absumere igni parabat. In his ædibus erat memoratissima illa² imago Ialysi, Protogenis manu facta illustris pictoris; cujus operis pulchritudinem præstantiamque ira percitus Rhodiis invidebat. Mittunt Rhodii
15 ad Demetrium legatos, cum his verbis. ^c Quæ malum, inquit, ratio est, ut tu imaginem istam velis incendio ædium facto disperdere? Nam si nos omnes superaveris & oppidum hoc totum ceperis; imagine quoque illa integra & incolumi per victoriam poteris. Sin vero nos vincere
20 obsidendo nequiveris; petimus consideres ne turpe tibi sit, quia non poteris Rhodios vincere, bellum cum Protogene mortuo gessisse. Hoc ubi ex legatis audivit: oppugnatione desita, & imagini & civitati percit.

INTERPRETATIO.

^a Detulerint per legatos. ^b urbium expugnator. ^c proh nefas! quid tibi causa est cur tu imaginem, &c.

NOTÆ.

1. *Demetrius.*] Vir ad virtutes pertinens ac vitia factus, mollis in otio, in negotiis laboriosissimus. Post Alexandri Magni mortem cum Antigono patre bellum adversus Cassandrum & Ptolemæum suscepit. Plurimas Græciæ urbes, ipsasque Athenas libertati restituit. Multis præterea præclare gestis, ejectus e Macedonia communibus Seleuci, Ptolemæi & aliorum consiliis, Seleuco se tradere coactus est, apud quem fractus

deliciis, ac inertis per triennium vitæ mollioris otio, decessit inglorius anno III. Olymp. CXXIII. ante Christum CCLXXXVI. *Plutarchus.*

2. *Imago Ialysi.*] Ialysus urbem in Insula Rhodo cognominem condidit. Hujus imaginem, autore Plinio, in suburbio Rhodi, cum eam obsideret Demetrius, pinxit Protogenes, in eaque perficienda septem annos insudavit, ut refert *Ælianus.*

A. GELLII

NOCTIUM ATTICARUM

COMMENTARIUS.

LIBER SEXTUSDECIMUS.

CAPUT I.

Verba Musonii philosophi Græca, digna atque utilia audiri observarique, ejusdemque utilitatis sententia a M. Catone multis ante annis Numantia ad equites dicta.



Doleſcentuli cum etiam tum in ſcholis eſſemus, ^a εὐθυμιάπων hoc Græcum, quod appoſui, dictum eſſe a Muſonio philoſo- 5
pho audiebanus : & quoniam vere atque luculente dictum
^b verbis que eſt brevibus & rotundis vinctum, perquam liben-
ter memineramus. ^c αὐτὴν πρῶτον καλὴν μὲν πόνου, ὁ μὲν πρῶτον οἴχεται, τὸ δὲ
καλὴν μὲν. αὐτὴν πρῶτον αἰσχρὴν μὲν ἰδούνης, τὸ μὲν ἴδου οἴχεται, τὸ δὲ αἰσχρὴν
μὲν. Poſtea iſtam ipſam ſententiam in Catonis oratione, quam dixit Nu- 10
mantia apud equites, poſitam legimus. Quæ & ſi laxioribus paulo lon-
gioribusque verbis comprehenſa eſt ^d præquam illud Græcum quod dixi-
mus; quoniam tamen priore tempore antiquiorque eſt, venerabilior vi-
deri debet. Verba ex oratione hæc ſunt. Cogitate cum animis veſtris, ſi
quid vos per laborem recte feceritis; labor ille a vobis cito recedet. Bene 15
factum a vobis dum vivitis non abſcedet. Sed ſiqua per voluptatem nequi-
ter feceritis; voluptas cito abibit, nequiter factum illud apud vos ſemper
manebit.

INTERPRETATIO.

^a Commentatiunculum. ^b breviter & | pe cum voluptate, voluptas quidem tran-
periodice expreſſum. ^c Si quid feceris bo- | ſit, turpe autem manet. ^d ratione habi-
num cum labore, labor quidem tranſit, | ta Græca orationis.

bonum autem manet: ſi quid feceris tur-

NOTA.

1. Numantia.] Numantia urbs Hispa- | ſtum cxxxiii. Nunc vicus eſt Puerto
nia Tarraconenſis a Romanis funditus | Garay.

excifa anno U. C. lxxxii. ante Chri-

CAPUT II.

Cuimodi sit lex apud dialecticos ^a percunctandi differendique, & qua sit ejus legis reprehensio.

Legem esse aiunt disciplinæ dialecticæ, si de quapiam re quærat^rur dis-
 5 puteturque, atque ibi quid rogere ut respondeas, tum ne amplius
 quid dicas quam id solum quod es rogatus, ^b aut aias aut neges; eamque
 legem qui non servant, & aut plus aut aliter quam sunt rogati respondeant,
 existimantur rudes indoctique esse, disputandique morem atque ratio-
 nem non tenere. Hoc quidem, quod dicunt, in plerisque disputationibus
 10 proculdubio fieri oportet: indefinitus namque inexplicabilisque sermo
 fiet, nisi interrogationibus responsionibusque simplicibus fuerit determi-
 natus; sed enim esse quædam videntur, in quibus, si breviter & ad id
 quod rogatus fueris respondeas, capiare. Nam si quis his verbis inter-
 roget; postulo uti respondeas, desierisne facere adulterium an non:
 15 utrumcumque dialectica lege responderis, sive aias sive neges; hærebis
 in captione, tamquam si te dicas adulterum: sed quod minus est in in-
 terrogatione, id est addendum. Nam qui facere aliquid non desinit, non
 id necessario etiam fecit: falsa igitur est species istius captionis; & ne-
 quaquam procedere ad id potest ut colligi concludique possit eum facere
 20 adulterium, qui se negaverit facere desisse. Quid autem legis istius pro-
 pugnatores in illa captiuncula facient, in qua hæreere eos necessum est,
 si nihil amplius quam quod interrogati erunt responderint? Nam, si ita
 ego istorum aliquem rogem; Quidquid non perdidisti habeasne an non
 habeas, postulo aut aias aut neges: utrumcumque breviter responderit,
 25 capietur. Nam si non habere se negaverit, quod non perdidit: collige-
 tur oculos eum non habere, quos non perdidit. Sin vero habere se di-
 xerit; colligetur eum habere cornua, quæ non perdidit. Rectius igitur
 cautiusque ita respondebitur. Quicquid habui id habeo, si id non per-
 didi. Sed hujuscemodi responsio non fit ex ea lege, quam diximus. Plus
 enim quam quod rogatus est respondet: & propterea id quoque ad eam
 30 legem addi solet, non esse captiosis interrogationibus respondendum.

INTERPRETATIO.

^a Interrogandi ac respondendi. ^b aut affirmes.

CAPUT III.

Quanam ratione effici dixerit Erasistratus medicus, si cibus forte decrit, ut tolerari aliquantisper inedia possit & tolerari fames: verbaque ipsa Erasistrati super ea re scripta.

Cum Favorino Romæ dies plerumque totos eramus; tenebatque animos nostros homo ille^a fandi dulcissimus.^b Atque eum quoquo iret, quasi^c ex lingua prorsum ejus capti prosequeremur: ita sermonibus usquequaque amœnissimis demulcebat. Tum ad quemdam ægrum cum isset visere; nosque cum eo una introissemus; multa que ad medicos, qui tum forte istic erant, valetudinis ejus gratia, oratione Græca dixisset: Ac ne hoc quidem, inquit, mirum videri debet, quod, cum antehac semper edundi fuerit appetens, nunc, post imperatam inediam tridui omnis ejus appetitio pristina elanguerit. Nam quod^d Erasistratus scriptum, inquit, reliquit, propemodum verum est: esuritionem faciunt inanes patentisque intestinorum fibræ & cava intus ventris ac stomachi vacua & hiantia: quæ ubi aut cibo complentur, aut inanitate diutina contrahuntur & con-
 5
 10
 15
 20
 25
 30
 35
 40
 45
 50
 55
 60
 65
 70
 75
 80
 85
 90
 95
 100
 105
 110
 115
 120
 125
 130
 135
 140
 145
 150
 155
 160
 165
 170
 175
 180
 185
 190
 195
 200
 205
 210
 215
 220
 225
 230
 235
 240
 245
 250
 255
 260
 265
 270
 275
 280
 285
 290
 295
 300
 305
 310
 315
 320
 325
 330
 335
 340
 345
 350
 355
 360
 365
 370
 375
 380
 385
 390
 395
 400
 405
 410
 415
 420
 425
 430
 435
 440
 445
 450
 455
 460
 465
 470
 475
 480
 485
 490
 495
 500
 505
 510
 515
 520
 525
 530
 535
 540
 545
 550
 555
 560
 565
 570
 575
 580
 585
 590
 595
 600
 605
 610
 615
 620
 625
 630
 635
 640
 645
 650
 655
 660
 665
 670
 675
 680
 685
 690
 695
 700
 705
 710
 715
 720
 725
 730
 735
 740
 745
 750
 755
 760
 765
 770
 775
 780
 785
 790
 795
 800
 805
 810
 815
 820
 825
 830
 835
 840
 845
 850
 855
 860
 865
 870
 875
 880
 885
 890
 895
 900
 905
 910
 915
 920
 925
 930
 935
 940
 945
 950
 955
 960
 965
 970
 975
 980
 985
 990
 995

INTERPRETATIO.

^a suavissima eloquentia. ^b & quocumque se conferebat, eum quasi ejus oratione tracti sequebamur. ^c constringuntur. ^d divisionum. ^e cogitabamus igitur ob vehementem compressionem ventris fieri magnam inediam, Etenim multum jeju-

nante sponte, in primis temporibus fames urget: postea vero minime. ^f Soli vero sunt & Scythæ, quando per aliquod tempus coguntur jejuni esse, cingulis latius ventrem constringere: quasi tunc eos fames minus premat.

NOTE.

1. Ex lingua prorsum capti.] Hunc in locum non dubitat H. Stephanus quin mendum irrepserit: vel enim tollenda propositio ex, vel pro capti reponendum api.

2. Erasistratus.] Hic, autore Suida, Juliates ex Julide Cææ insulæ urbe, floruit sub Ptolemæo Philadelpho, ut auctor est Eusebius, id est, annis circiter ante Christi ortum ccl.

χεδὸν ὃ καὶ ἔταν πλήρης ἢ κοιλία ἢ διὰ τὸ κένωμα ἐν αὐτῇ μηδὲν εἶναι, διὰ τὸ οὐ πινῶσιν. ἔταν ὃ σφόδρα συμπεπληκῆα ἢ, κένωμα οὐκ ἔχει. In eodem libro Erasistratus vim quamdam famis non tolerabilem, quam Græci βόλιμον appellant, in diebus frigidissimis multo facilius accidere ait, quam cum serenum atque placidum est & : atque ejus rei causas, cur is morbus in eo plerumq; tempore oriatur, nondum sibi esse compertas dicit. Verba quibus id dicit hæc sunt : ἂ ἀπορῶν ὃ καὶ δρόνον ὀπισκίσεως, καὶ ὅτι τοῦτο καὶ ὅτι ἄλλοι βουλιμώντων, διὰ τὸ ἐν ταῖς ψυχῇ μᾶλλον τὸ σύμπτωμα εἶναι γίνεται ἢ ἐν ταῖς δόξαις.

INTERPRETATIO.

Quando enim prope plenus est venter, quod nulla inanitas in ipso sit, idcirco non esuriunt. Cum autem valde constrictus est venter, inanitatem non habet.g tempus. | h incertum est hoc & indiget consideratione & in hoc & in aliis famelicis, cur in frigidibus magis casus hic accidat quam in serenitate aeris.

NOTÆ.

3. Βόλιμον.] Βουλιμία est vehementissima fames, & quasi bovina. Λίμης famēs & βῆς bos.

4. Causas non sibi esse compertas, &c.] Cur ejusmodi esuritia diebus frigidissimis maxime torqueat causa hæc est ad-

modum probabilis, quod cum tunc calor ad interiora se totum colligat, cibi facilius multo ac celerius concoquantur, unde ventre mox inani gravior fames urget.

CAPUT IV.

10 Quo ritu quibusque verbis fecialis populi Romani bellum indicere solitus sit his, quibus populus Romanus bellum fieri jufferat : & item ^a in qua verba conceptum fuerit iusjurandum de furtis militaribus sancientis, & ^b uti milites scripti intra prædictum diem in loco certo frequentarent, causis quibusdam exceptis, propter quas id iusjurandum remitti æquum esset.

15 Cincius, in libro tertio de re militari, ² Fecialem populi Romani bellum indicentem hostibus telumque in agrum eorum jacentem hisce

INTERPRETATIO.

a Qua fuerit formula iusjurandi quod spectat decretum de furtis militaribus. | derant præscripto die frequentes adessent in quodam loco.

b quemadmodum milites qui nomen de-

NOTÆ.

1. Cincius.] Hic est, si Vossio credimus, L. Cincius Alimentus seu Alimentus ut dicens veterum monumentorum autor a Livio sæpe laudatus. Hannibalis a quo captus est ætate floruit, ac præturam gessit anno U.C. LXXLII. ante Christum cxi. Præter

libros de re militari, aliosque Latine scriptos, Hannibalis historiam Græce edidit.

2. Fecialem.] Feciales fidei publicæ inter populos præerant, nec licebat bellum inferre, nisi iustis de causis susceptum declarassent, ipsique indixissent.

verbis

verbis uti scripsit. ³ QUOD. POPULUS. HERMUNDULUS. HOMINES. QUE.
 POPULI. HERMUNDULI. ADVERSUS. POPULUM. ROMANUM. BELLUM. FE-
 CERE. DELIQUERUNT. QUE. Q. OD. Q. POPULUS. ROMANUS. CUM. POPU-
 LO. HERMUNDULO. BELLUM. IUSSIT. OB. EAM. REM. EGO. POPULUS. QUE.
 ROMANUS. POPULO. HERMUNDULO. BELLUM. INDICO. FACIO. QUE. 5
 Item, in libro ejusdem Cincii de re militari quinto, ita scriptum est.
⁶ Cum dilectus antiquitus fieret, & milites scriberentur: in iusjurandum
 eos Tribunus militari adigebat, id verba hec. IN. MAGISTRATU. C. LÆ-
 LII. C. FILII. CONSULIS. L. CORNELII. P. FILII. CONSULIS. IN. EXER-
 CITU. DECEM. QUE. MILIA. PASSUUM. PROPE. PARTUM. NON. FACIES. 10
 DOLO. MALO. SOLUS. NEQUE. CUM. PLURIBIS. ^d PLURIS. ⁴ NUMMI.
 ARGENTEI. IN. DIES. SINGULOS. EXTRA. QUE. HASTAM. HASTILE. LIGNA-
 NAPUM. PABULUM. UTREM. FOLLEM. FACULAM. SI. QUID. IBI. INVE-
 NERIS. SUSTULERIS. VE. QUOD. TNUM. NON. ERIT. QUOD. PLURIS.
 NUMMI. ARGENTEI. ERIT. UTL. TU. AD. C. LÆLIUM. C. 15
 FILIUM. CONSULEM. L. VE. CORNELIUM. P. FILIUM. CON-
 SULEM. ^e SIVE. QUEM. AD. UTRUM. EORUM. IUS. ERIT. PRO-
 FERES. ^f AUT. PROFITEBERE. IN. TRIDIO. PROXIMO. QUICQUID. INV-
 NERIS. SUSTULERIS. VE. SINE. DOLO. MALO. ^g AUT. DOMINO. SUO.
 CUITUM. ID. CEN. EBIS. ESSE. REDDES. ^h UTL. QUOD. RECTUM. FACTUM. 20
 ESSE. VOLES. Militibus autem scriptis dies præfiniebatur; quo die ad-
 essent: & ut citanti consuli responderent: deinde ita concipiebatur ius-
 jurandum, ut adessent his additis exceptionibus, ⁱ nisi harumce quæ causa
 erit, ^k funus familiare, ⁶ feriae denicales quæ non ^l ejus rei causa in
 eam diem collatae sint, quo is eo die minus ibi esset, ^m ⁷ morbus sonto- 25
 cus, auspiciumve quod sine ⁿ piaculo præterire non liceat, sacrificiumve an-

INTERPRETATIO.

e cum olim deligebantur milites & militie nomen dabant, eos Tribunus militum compellebat ad iuramentum his verbis conceptum: d quod furtum ex eadat pretium nummi argentei. e siue ad alterutrum qui jus habeat. f aut re nuntiabis apud consules intra dies tres | proximos. g vel reddes domino suo ad quem id pertinere credes. h quo modo iudicabis id recte fieri. i nisi interveniret aliqua ex his causis. k amici funus curandum. l ad evitandum constituta diei conventum. m morbus caducus. n crimine.

NOTÆ.

3. Quod populus Hermundulus.] Huius vocis in locum Livius, dum indicendi belli formulam refert, ita subjicit, Quod populi prisici Latinorum, hominesque prisici Latini. Cætera fere sunt eadem.

4. Nummi argentei.] Nummus argenteus ejusdem erat pretii ac sestertius Romanus qui nunquam æreus fuit. Valebat denarios nostrates omnino decem.

5. Napum.] Gallice dicimus, unनावान.

6. Feriæ Denicales.] Dies erant decem

per quos hominis mortui causa familiae purgabatur adhibito certo scoparum genere, quibus domus ex qua mortuus ad sepulturam fuerat elatus, verrebatur.

7. Morbus Sonticus.] Apud veteres dicebatur is qui ita noxius erat, ut hominem res suas obire non pateretur. Postea tamen ejus significatio ad comitialem seu caducum morbum restricta est, quo qui laborabat, poterat legitime & a iudiciis & a militaribus comitiis abesse.

niversarium quod recte fieri non posset, nisi eo die ibi sit; vis hostisve: ° status conductusve dies cum⁸ hoste: si cui eorum harumque causa erit, p̄tum se postridie quam per eas causas licebit eo die venturum, aditurumque eum qui eum pagum vicum, oppidumve, delegerit. Item in eodem libro verba hæc sunt. Miles cum die qui prædictus est aberat neque excusatus erat infrequens dabatur. Item in libro sexto hoc scriptum est. Ale dicta exercitus equitum ordines; quod circum legiones dextra sinistraque tamquam ale in avium corporibus locabantur. In⁹ legione sunt centuria sexaginta, ¹⁰ manipuli triginta, ¹¹ cohortes decem.

INTERPRETATIO.

o dies iudicii causa cum peregrino constitutus. p̄ leges statuunt ea in occasione eum postera die quam permittent illa causa, venturum. q̄ infrequens dicebatur (sic legit Lipsius.)

NOTA.

8. Hoste.] Hostis apud majores nostros is dicebatur quem nunc peregrinum dicimus. Cic. lib. i. de offic.

9. Legione.] Legio dicitur a legendo, ut autor est Varro, quod in delectu milites legantur: alius aliis temporibus militum numerus fuit in legione; alias quatuor, alias quinque, alias etiam sex peditum millia complectebatur: item aliquando ducentos aut trecentos equi-

tes continebat. Ex hoc Gellii loco colligitur constitisse sex millibus hominum, cum in singulis centuriis homines centeni militarent.

10. Manipuli.] Pars erat legionis manipulus, in quo ducenti milites numerabantur.

11. Cohortes.] In cohorte continebantur sexcenti milites.

CAPUT V.

10 Vestibulum, quid significet; deque ejus vocabuli rationibus.

15 Pleraque sunt vocabula, quibus volgo utimur, neque tamen liquido scimus quid ea proprie atque vere significant: sed^a incompertam & vulgariam traditionem rei non exploratæ secuti videmur magis dicere quod volumus, quam dicimus. Sicuti est vestibulum, verbum in sermonibus ce-
 20 lebre atque obvium; non omnibus tamen, qui illo facile utuntur, satis spectatum. Animadverti enim quosdam haudquaquam indoctos viros opinari vestibulum esse partem domus^b primorem quam vulgus atrium vocat. C. Aelius Gallus, in libro de significatione verborum quæ ad jus civile pertinent secundo, vestibulum esse dicit non in ipsis adibus neque
 25 partem adium, sed locum ante januam domus vacuum; per quem a via aditus accessusque ad ædis est, cum dextra sinistraque inter januam, testæ sunt via junctæ: atque ipsa janua procul via est area vacanti interstita.

INTERPRETATIO.

^a Sequimur ignotam & traditam a populo significationem rei quam non cognoscimus. ^b ingrediensibus primo obviam.

Quæ porro huic vocabulo ratio sit quæri multum solet. Sed quæ scripta legi, ea ferme omnia inconcinna atque absurda visa sunt. Quod Sulpicium autem Apollinarem meminisse dicere virum eliganti scientia ornatum, hujuscemodi est. *Ve* particula, sicuti quædam alia, tum ^e intentionem significat tum minutionem. Nam *vetus*, *vehemens*, alterum ab ætatis magnitudine compositum ^d elisumque est, alterum a mentis vi atque impetu dicitur. *Vescum* autem, quod ex *ve* particula & *esca* copulatum est, utriusque diversæ significationis vim capit. Aliter enim Lucretius ^e *vescum salem* dicit ex edendi intentione: aliter Lucilius *vescum* appellat ^f cum edendi fastidio. Qui domos igitur amplas antiquitus faciebant, locum ante januam vacuum relinquebant, qui inter fores domus & viam medius esset. In eo loco, qui dominum ejus domus ² salutatum venerant, priusquam admitterentur, consistebant; & neque in via stabant, neque intra ædis erant. ³ ab illa ergo grandis loci consistione & quasi quadam stabulatione vestibula appellata sunt, spatia, sicut diximus, grandia ante fores ædium relicta; in quibus starent, qui venissent priusquam in domum intrmitterentur. Meminisse autem debemus id vocabulum non semper a veteribus proprie, sed per quasdam translationes, esse dictum; quæ tamen ita sunt factæ, ut ab ista, de qua diximus, proprietate non longe desciverint: sicut illud in sexto Vergilii:

Vestibulum ante ipsum primisque in faucibus orci

Luctus & ultrices posuere cubilia curæ.

Non enim vestibulum priorem partem domus infernæ esse dicit, quod obrepere potest tamquam si ita dicatur; sed loca duo demonstrat extra orci fores vestibulum & fauces: ex quibus & vestibulum appellat ante ipsam quasi domum & ante ipsa orci penetralia; fauces autem vocat iter angustum, per quod ad vestibulum adiretur.

INTERPRETATIO.

^e incrementum. ^d factum per elisionem. illo loco spatioso consistere & quasi stabularentur dicta sunt vestibula. h. inferorum.

NOTÆ.

1. *Qua huic vocabulo ratio, &c.* Hujus nominis *επιουρ* alii derivant a *Vesta* dea, cui primus domorum ingressus erat consecratus. Ovidius in *Fastis*:

Hinc quoque vestibulum dici reor, inde precando

Dicimus, o Vesta qua loca prima tenes.

Alii quod Apollinaris opinioni omnino

repugnat ab eo quod nullus ibi stet: in limine enim solus est transitus; quomodo *vesanus* dicitur non sanus: sic vestibulum quasi non stabulum.

2. *Salutatam venerant.* Mos erat apud Romanos ut clientes patronis, tenuiores potentioribus faustam diem mane precarentur.

CAPUT VI.

Hostiæ, quæ dicuntur bidentes, quid sint, & quam ob causam ita appellatae sunt, superque ea re P. Nigidii & Iulii Hygini sententia.

Redeuntes Græcia Brundisium navem advertimus. Ibi quispiam linguæ Latinæ^a literator Roma a Brundisinis accersitus experiendum sese vulgo dabat. Inus ad eum nos quoque oblectamenti gratia. Erat enim fessus atque languens animus^b de æstu maris. Legebat barbare insciteque Vergilii septimum^c: in quo libro hic versus est;

^d Centum lanigeras mactabat rite bidentis :

& jubebat rogare se, si quis quid omnium rerum vellet dicere. Tum ego
10 indocti hominis confidentiam demiratus, Doctæne, inquam, nos magister cur bidentes dicantur. Bidentes, inquit, oves appellatæ; idcircoque lanigeras dixit, ut oves planius demonstraret. Posthac, inquam, videbimus an oves solæ, ut ais, bidentes dicantur; & an^e Pomponius Atellanarum poeta in Gallis transalpinis erraverit, cum hoc scripsit;

15 ^f Mars tibi voveo facturum, si unquam redierit, bidenti verre.

Sed nunc ego a te rogavi æquam scias esse hujusce vocabuli rationem. Atque ille nihil cunctatus, sed nimium quantum audacter, Oves, inquit, bidentes dictæ, quod duos tantum dentes habeant. Ubi terrarum, quæso te, inquam, duos solos per naturam dentes habere ovem vidisti? ^g Ostentum enim est & piaculis factis procurandum. Tum ille permotus mihi & irritatus; Quære, inquit, ea potius, quæ ex grammatico quærenda sunt. Nam de ovium dentibus ^h opiliones percunctantur. Facetias nebulonis hominis risi & reliqui, Publius autem Nigidius, in libro quem de extis composuit, bidentes appellari ait, non oves solas sed omnesⁱ bimas hostias.
25 Neque tamen dixit apertius cur bidentes; sed, quod ultro existimabamus, id scriptum invenimus in commentariis quibusdam ad jus pontificium pertinentibus, bidennes primo dictas, d, litera immissa, quasi biennes: tum longo usu loquendi corruptam vocem esse, & ex, bidennibus, bidentes, factum: quoniam id videbatur esse dictu facilius leviusque. Hyginus
30 tamen Julius, qui jus pontificium non videtur ignorasse, in quarto libro-

INTERPRETATIO.

a Grammaticus. b ex agitatione maris. c Æneidos librum. d immolabat solemnibus ceremoniis centum oves lanigeras. e o Mars! voveo me sacrificaturum tibi suam bidentem si unquam reversus fuerit. f monstrum est cujus malum omen sacrificiis est avertendum. g pastores interrogant, h duorum annorum hostias.

NOTA.

I. Pomponius.] L. Pomponius Bona- Eusebio anno III. Olympiad, CLXXII. niensis Atellanarum (quod genus fuit ante Christum xc. comœdiæ) scriptor, clarus habetur auctore

rum quos de Vergilio fecit, appellari *bidentes* scripsit hostias, quæ² per ætatem duos dentes altiores haberent. Verba illius ipsa posui. *Qua bidentis est*, inquit, *hostia*, oportet habeat dentes octo, sed ex his duo ceteris altiores, per quos appareat ex minore ætate in majorem transcendisse, Hæc Hygini opinio an vera sit, non argumentis sed oculis judicari potest.

NOTA.

². Per ætatem.] Solent illi dentes eminentiores circa bimatum videri.

CAPUT VII.

Quod *Laberius* verba pleraque^a licentius petulantiusque finxit, & quod multis item verbis uitur de quibus an sint Latina queri solet.

Laberius in^b mimis, quos scriptavit, oppido quam verba finxit prælicenter. Nam & *mendicimonium* dicit & *mæchimonium* & *adulterionem* *adulteritatemque* pro adulterio, & *depudicavit* pro stupravit & *ablucium* pro diluvio, & quod in mimo ponit quem *Cophinum* scripsit, *manuatus* est pro *furatus est*, & item in Fullone furem *manuarium* appellat:

Manuari, inquit, *pudorem perdidisti*.

Multaque alia hujuscemodi novat. Neque non obsoleta quoque & maculantia ex sordidiore vulgi usu ponit: quale est in *Staminariis*,

Tollet bona fide vos ¹*Orcus nudas in* ²*catonium*.

& ³*elutriare lintea* & *lavandria* dicit quæ ad lavandum sint data, & ⁴*coicior*, inquit, in *fullonicam*, *Ecquid properas? Ecquid præcurris Caldomia?* Item in *Restione* ⁵*calabarrinuculos* dicit, quos vulgus *talabarriones*, item in *Compitalibus*, *malus* ⁶*malaxavi*, item in *Cacomemone*,

Hic est, inquit, *ille* ⁷*gurdus quem ego*
Me abhinc duos menses ex Africa
Venientem excepisse tibi narravi.

INTERPRETATIO.

^a *Liberius* & *audacius*. ^b in comædiis quos composuit plurimas, maxima libertate verba finxit.

NOTA.

1. *Orcus*.] Inferorum deus quem & *Plutem* & *Ditem* vocabant.

2. *Catonium*.] Id est, inferos. Vox est a Græcis deducta, apud quos *κάτω* interdum inferos significat.

3. *Elutriare*.] Apud *Plinium* idem est quod ex alio in aliud vas liquorem transfundere.

4. *Coicior in fullonicam*.] Fortasse idem fuerit atque cogor ire in *fullonicam*.

5. *Calabarrinuculos*.] Quid *calabarrinuculi*, quid *talabarriones* nondum mihi compertum.

6. *Malaxavi*.] *Malaxare* & *Malassarere* a voce Græca *μαλάω* derivantur, aliudque nihil videntur significare quam emollire, ut *malaciffare* apud *Plautum*.

7. *Gurdus*.] Vocabulum *Hispanicum* autore *Quintiliano* stolidum & bardum significat.

quia in primo ^c περὶ ἀξιομάτων discendum, quæ M. Varro alias profata alias
 proloquia appellat, commentarium de proloquiis L. Ælii docti hominis,
 qui magister Varronis fuit, studiose quærivimus; eumque in ^r Pacis bi-
 bliotheca repertum legimus; sed in eo nihil ^d edocenter neque ad insti-
 tuendum explanate scriptum est: fecisseque videtur eum librum Ælius sui
 magis admonendi, quam aliorum docendi gratia. Redimus igitur necessa-
 rio ad Græcos libros: ex quibus accepimus ἀξίωμα esse his verbis, ^e λεκτὸν
 αὐτοτελὲς ἀποφαντὸν ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ. Hoc ego ^f supersedi vertere, quia no-
 vis & inconditis vocibus utendum fuit, ^g quas pati aures per insolentiam
 vix possent. Sed M. Varro, in libro de lingua Latina ad Ciceronem quar-
 tovicefimo, expeditissime ica ^h finit. ⁱ Prologium est sententia, in qua ni-
 hil desideratur. Erit autem planius quid istud sit, si exemplum ejus dixerim-
 us. Ἀξίωμα igitur, sive id prologium dicere placet, hujusmodi est.
 Hannibal Pœnus fuit; Scipio Numantiam delevit; Milo cadis dam-
 natus est; Neque bonum est voluptas neque malum & omnino quic-
 quid dicitur plena atque perfecta verborum sententia, ut id necesse sit
 aut verum aut falsum esse, id a dialecticis ἀξίωμα appellatum est, a M.
 Varrone, sicuti dixi, prologium, a M. autem Cicerone pronun-
 ciatum. Quo ille tamen vocabulo ^k tantisper uti se attestatus est,
 quoad melius, inquit, invenero. Sed quod Græci συνημερόον ἀξίωμα dicunt,
 id alii nostrorum adjunctum, alii connexum dixerunt. Id connexum tale
 est. Si Plato ambulat, Plato movetur. Si dies est, sol super terras est.
 Item quod illi συμπηρόον, nos vel conjunctum vel copulatum dicimus.
 Quod est ejusdem modi. P. Scipio Pauli filius & bis consul fuit, & trium-
 phavit, & censura functus est, & collega in censura L. Mummii fuit. In
 omni autem conjuncto si unum est mendacium, etiamsi cetera vera sunt,
 totum esse mendacium dicitur. Nam si ad ea omnia, quæ de Scipione illo
 veta dixi, addidero, & Hannibalem in Africa superavit, quod est fal-
 sum: universa quoque illa, quæ conjuncte dicta sunt, propter hoc unum
 quod falsum accesserit, quia simul dicentur, vera non erunt. Est item aliud
 quod Græci διαζευμένον ἀξίωμα, nos disjunctum dicimus. Id hujuscemodi
 est. Aut malum est voluptas aut bonum; aut neque bonum neque malum est.
 Omnia autem, quæ disjunguntur, pugnancia inter sese oportet: eorum-
 que opposita, quæ ἀπκείμενα Græci dicunt, ea quoque ipsa inter sese ad-
 versa esse: ex omnibus quæ disjunguntur unum esse verum debet, falsa
 cetera. Quod si aut nihil omnium verum, aut omnia plurave quam unum
 vera erunt, aut quæ disjuncta sunt non pugnabunt, aut quæ opposita eo-

INTERPRETATIO.

^c pronuntiatorum. ^d nihil utiliter ad docendum neque clare ad erudiendum. ^e Axioma est dictum ex se perfectum enuntiabile quantum ex se ipso. ^f gravatus sum. ^g quas vix audire possemus quod sint omnino inusitata. ^h definiit. ⁱ axioma. ^k dixit se uti tantum ad aliquod tempus.

NOTA.

1. Pacis bibliotheca.] Bibliotheca quæ prope magnificentissimum Pacis templum constructa fuerat.

rum sunt contraria inter sese non erunt; tunc id disjunctum mendacium est; & appellatur *μαγεστρελδιστορον*. Sicuti hoc est, in quo, quæ opposita, non sunt contraria. *Aut curris aut ambulas aut stas*. Nam ipsa quidem inter sese adversa sunt; sed opposita eorum non pugnant. *Non ambulare* enim & *non stare* & *non currere* contraria inter sese non sunt; quoniam contraria ea dicuntur, quæ simul vera esse non queunt. Possis enim simul eodemque tempore neque ambulare neque stare neque currere. ¹ Sed hoc breve ex dialectica libamentum dedisse nunc satis erit: atque id solum addendum admonendumque est, quod hujus disciplinæ studium atque cognitio in principiis quidem ² tetra & aspernabilis insuavisque esse & inutilis videri solet: sed, ubi aliquantum processeris, tum denique & emolumentum ejus in animo tuo dilucebit, & sequetur quædam discendi voluptas insatiabilis: ³ cui nisi modum feceris; periculum non mediocre erit, ne, ut plerique alii, tu quoque ⁴ in illis dialecticæ gyris atque *μαανδρις* tanquam ⁵ apud Sirenios scopulos consenescas.

INTERPRETATIO.

1 sed sufficit ista breviter attigisse ex dialectica. in horrida sine cultu. in qua in re *2* tricus & ambagibus per totam vitam heras ut apud Sirenius. *3* nisi moderatus sis. *4* in illis dialecticæ

NOTA.

2. Apud Sirenios scopulos.] Sirenes monstra sunt marina quæ superiori parte virginum speciem referunt, inferiore desinunt in piscem. Siculi litoris oram incolebant, ac præternavigantes suavitate cantus illectos solebant certum ad naufragium sensim attrahere. Hinc fluxit proverbium apud Sirenas aut Loto-phagos hære, quod belle cadit in eos qui inanibus aliquot studiis toti occupantur, & maximam vitæ partem in eis consumunt.

CAPUT IX.

Quid significet verbum in libris veterum creberrime positum; susque deque.

Susque deque fero aut *susque deque habeo* (his enim omnibus modis dicitur) verbum est ex hominum doctorum sermonibus; in poematis quoque & in epistolis veterum scriptum est ^a plurifariam. Sed facilius reperias qui id verbum ostendent, quam qui intelligant. Ita plerique nostrum, quæ remotiora verba invenimus, dicere ea properamus, non discere. Significat autem *susque deque ferre*, animo æquo esse & quod accidit ^b non magni pendere, atque interdum negligere & contemnere: & propemodum id valet, quod dicitur Græce ^c *ἀδιαφορεῖν*. Laberius in Compitalibus.

Nunc tu lentus es; nunc tu ^d susque deque fers.

INTERPRETATIO.

a Pluribus locis. *b* non multum curare. *c* et indifferentem esse. *d* de nulla re sollicitus es, conjux tua sedet in adverso lecto, nec curas quod mancipium abjectissimum proferat impudica verba, præsentate tua conjuge.

Materfamilias

Materfamilias tua¹ in lecto adverso sedet.

² *Servos sextantis verbis nefariis utitur.*

M. Varro in Sifenna vel de historia. ^e *Quid si non horum omnium similia essent principia ac postprincipia, susque deque esset?* Lucilius in tertio. ^f

^g *Verum hæc ludus ibi, susque omnia deque fuerunt:*

Susque & deque fuere, inquam, omnia ludus jocusque:

Illud opus durum ut³ Setinum accessimus finem:

⁴ *Αἰγίλιτοι montes⁵ Ætna omnes asperi⁶ Athones.*

INTERPRETATIO.

^e *Quid si earum rerum initium & series non esset similis, & omnia illa essent in-differentia. f* Satyrarum libro. *g* *verum hic tantum ludus fuit, & via omnes erant non magni laboris: nō magni laboris erant,* inquam, hic tantum ludus fuit. Difficultas itineris fuit, ut pervenimus ad fines Setinorum. Superandi fuere ardui colles, qui omnes erant similes monti Ætna & prae-rupto monti Atho.

NOTÆ.

1. *In lecto adverso.*] Adversus lectus, ut notavit Scaliger, is est quem matronæ Romanæ, simul ac in mariti manum convenerant, ante januam sibi in atrio sternebant: quo in lecto gravidæ cubabant.

2. *Servos sextantis.*] Servos, quæ terminatio nota est comicis poetis, idem est ac servus Sextans aurem cum sit sexta pars assis, non duo asses, ut interpretatur Oiselius; servus sextantis dicitur servus nullius fere preterii: quo sensu Persius tressem, Plautus hominem trioboli appellat vilissimum aliquem de plebe-cula.

3. *Setinum.*] Setini Italiæ populi dicti a Setia olim Latinorum urbe mediterræ-

nea, nunc in ditione summi pontificis. *Sezze.*

4. *Αἰγίλιτοι montes.*] Tam difficultis accessus, ut a feris & capris deserantur. *Αἰξ* capra, & *λίπα* relinquo.

5. *Ætna.*] Ætna mons Siciliæ flammis interdum magna totius regionis vastitate erumpentibus celebris. Nunc dicitur, *le Mont Gibel.*

6. *Athones.*] Atho mons in Græcia Macedoniam inter ac Thraciam tam arduus, ut ejus umbra ad insulam usque Lemniam pertineat. Hunc transcendere Xerxes cum desperaret, perfodit. Appellatur *Monte Santo* a multitudine Calligerorum monachorum Græcorum qui eum incolunt.

CAPUT X.

Quid sint proletarii, quid capitecensi, quid item sit in xii. tabulis assiduus, & quæ ejus vocabuli ratio sit.

^a **O** Tium erat quodam die Romæ in foro a negotiis, & læta quædam celebritas feriarum: legebaturque in confesso forte complurium Ennii liber ex annalibus. In eo libro versus hi fuerunt:

^{b1} *Proletarius publicitus scutisque feroque*

INTERPRETATIO.

^a *Aliquando Roma vacabat forum libera. b* *proletarius decreto magistratus instruitur clypeis & rigido ferro.*

NOTA.

1. *Proletarius.*] Proletarii cives ab edenda prole ita sunt appellati, quod

Ornatur ferro : muros urbemque forumque

^c Excubiis curant.

Tum ibiquæri cœptum est quid esset, *proletarius*. Atque ego, adspiciens quempiam in eo circulo jus civile callentem familiarem meum, rogabam ut id verbum nobis enarraret. Et, cum ille se juris non rei grammaticæ peritum esse respondisset : Eo maxime, inquam, te dicere hoc oportet, quando, ut prædicas, peritus juris es. Nam Q. Ennius verbum hoc ex duodecim tabulis vestris accepit : in quibus, si recte commemini, ita scriptum est. ^d ASSIDUO. ³ VINDEX. ASSIDUUS. ESTO. ¹⁰ ⁴ PROLETARIO. QUOI. QUIS. VOLET. VINDEX. ESTO. Perimus igitur : ne annalem nunc Q. Ennii, sed duodecim tabulas legi arbitrare; & quid sit in ea lege proletarius, si vis, interpretare. Ego vero, inquit ille, dicere atque interpretari hoc deberem, si jus ^e Faunorum & Aboriginum didicissem. Sed enim cum PROLETARII. & ASSIDUI. & ⁶ SANATES. ⁷ & VADES. & ⁸ SUBVADES. & ⁹ VIGINTI. QUINQUE. ASSES. & ¹⁰ TALIONES. ¹¹ FURTORUMQUE QUÆSTIO. CUM. LANCE. ET. LICIO. ^f evanuerit; omnisque illa duodecim tabularum antiquitas, & nisi in legis actionibus

INTERPRETATIO.

^c *servant vigiliis. d vir locuples a creditoribus coniectus in carcerem vindicetur, & redimatur assibus si opus est a viro locuplete. Proletarius autem civis redimatur a quolibet. e antiquissimorum Italia*

populorum. f non sit amplius in usu. g abrogata fuerit lege lata ab Æbutio, præterquam in actionibus legis sanarum centumviralium.

NOTÆ.

cum per angustias rei familiaris rempublicam juvare non liceret, saltem proliis gignendæ copia civitatem frequentarent.

2. *Assiduo.*] Assiduos pro divite ponitur : dictus est ab assibus, id est, ære dando, cum id reipublicæ tempora exigebant. *Quibus,* inquit Varro, *erant pecunia satis locupletes, assiduos, contrarios proletarios* vocabant

3. *Vindex.*] Autore Festo, is est qui vindicabat quominus is qui prehensus erat ab aliquo teneretur. Divitem porro non licebat tenuioris fortunæ hominibus ex vinculis eximere, ne ipsi deficientibus opibus cum tota familia in discrimen adducerentur.

4. *Proletario, &c.*] Proletario civi quemvis vindicem esse permiserunt decemviri : quia eorum debita, quippe quæ sint tenuiora, exiguo ære possunt exolvi.

5. *Faunorum, &c.*] Consule superior-

res notas.

6. *Sanates.*] Sanates autore Festo dicti sunt qui supra infraque Romam habitaverunt : quod nomen his fuit, quia cum defecissent a Romanis, brevi post redierunt in amicitiam quasi sanamente.

7. *Vades.*] Vas est qui suo periculo promittit eum, quem in jus vocaveris, dicta die venturum, aut tibi facturum satis.

8. *Subvades.*] Erant secundi vades & quasi vades vadum.

9. *Viginti quinque asses.*] Multa fuit qua ex lege XII. tabularum levioris injuriæ rei plecebantur. Respondet novem circiter assibus nostratibus.

10. *Taliones.*] Talio est similitudo vindictæ, ut taliter patiatur quis ut fecit. Hanc legem Judæis præscriptam olim a Deo, Græci servabant.

11. *Furtorumque questio cum lance, &c.*] De hoc ritu jam superius egimus.

12 centumvir alium caufarum, lege Æbutia lata, confopita fit: studium
 scientiamque ego præstare debeo juris & legum, vocumque earum qui-
 bus utimur. Tum ^h forte quadam Julium Paulum poetam memoriæ no-
 stræ doctiffimum prætereuntem conſpeximus. Is a nobis ſalutatus roga-
 tusque uti de ſententia deque ratione iſtius vocabuli nos doceret, *Qui*
in plebe, inquit, *Romana tenuiffimi pauperiffimique erant*, neque ampli-
 us quam ^l 13 mille quingentum æris in cenſum deferebant, *proletarii*
 appellati ſunt. ^k Qui vero nullo aut perquam parvo ære cenſebantur,
¹⁴ *capitecenſi* vocabantur. Extremus autem cenſus capitecenſorum ¹⁵ æris
 fuit cccclxxx. Sed quoniam res pecuniaque familiaris obſidis vicem pi-
 gneriſque eſſe apud rempublicam videbatur; amorisque in patriam fides
 quædam in ea firmamentumque erat: neque proletarii neque capitecenſi
 milites, niſi in tumultu maximo, ſcribebantur; quia familia pecuniaque
 his aut tenuis aut nulla eſſet. Proletariorum tamen ordo honeſtior ali-
 quanto & re & nomine, quam capitecenſorum fuit: nam & aſperis rei-
 publicæ temporibus, cum juventutis inopia eſſet, in militiam ^m tumultu-
 ariam legebantur; armaque iis ſumtu publico præbebantur; & non
 capitis cenſione, ſed proſperiore vocabulo a munere officioque proliſ
 edendæ appellati ſunt. Quod, cum re familiari parva minus poſſent rem-
 publicam juvare, ſubolis tamen gignendæ copia civitatem ⁿ frequenta-
 rent. Capitecenſos autem primus ¹⁶ C. Marius, ut quidam ferunt bello Cim-
 brico ^o difficillimis reipublicæ temporibus, vel potius, ut Salluſtius ait,
 bello Jugurthino, milites ſcripſiſſe traditur, cum id factum ante in nulla
 memoria exſtaret. **Aſſiduus** in duodecim tabulis, aut pro locuplete
 & facile facienti dictus ab aſſibus, id eſt, ære dando, cum id tempora
 reipublicæ poſtularent; aut a munere pro familiari copia faciendi aſſi-
 duitate. Verba autem Salluſti in hiſtoria Jugurthina de C. Mario conſule

INTERPRETATIO.

h. neſcio quo caſu. i. quorum bona erant
 ſumma mille & quingentorum aſ-
 ſum. k. qui autem vel nihil vel pauciſ-
 ſimos aſſes habebant. l. erat trecentorum

& octoginta aſſum. m. raptim & feſtinate
 conſcriptam. n. magis populofam redderent.
 o. in maximis reip. calamitatibus.

NOTÆ.

12. Centumviralibus cauſis.] Cum
 eſſent Romæ xxxv. tribus, terni e ſingu-
 lis tribubus electi ſunt adjudicandum;
 quorum numerus licet ad centum &
 quinque exreſceret, dicti ſunt tamen
 centumviri, quo facilius nominarentur.
 Porro cauſæ de quibus cognoſcebant, di-
 cebantur centumvirales.

13. Mille quingentum aris.] Hæc ſum-
 ma viginti ſex libras & aſſes quinque
 Gallicos conſicit.

14. Capite cenſi.] Inſima plebs omni-
 bus fere bonis deſtituta cenſori non opes

quibus carebat, ſed unum indicabat no-
 men: adeoque dicebantur tantum, non
 ære, ſed capite cenſi. Julio Paulo non aſ-
 ſentitur Salmalius, qui proletarios &
 capite cenſos eoſdem fuiſſe contendit.

15. Æris cccclxxx.] Reſpondent libris
 Gallicis ſex, & tredecim aſſibus.

16. C. Marius.] Vir fuit in bello hoſti-
 bus, in otio civibus inſeſtiſſimus quietiſ-
 que impatientiſſimus. Velleius Patercul.
 Quo tempore & quibus factis ſloruerit
 indicavimus.

& de capitecenſis hæc ſunt. Ipſe interea ^p milites ſcribere, non more majorum nec ex claſſibus; ſed, ut lubido cuiuſque erat, capitecenſos pleroſque. Id factum alii inopia honorum, alii per ambitionem conſulis memorabant, ^q quod ab eo genere celebratuſque auctuſque erat: & homini potentiam qua-
 5 renti egeſtiſſimus quiſque ^r oportuniſſimus.

INTERPRETATIO.

^p cepit milites eligere. ^q quod dignitatem ſuam deberet ejuſmodi hominibus tenuiſſimis. ^r videbatur.

CAPUT XI.

Historia ex Herodoti libris ſumta de Pſyllorum interitu, qui ²¹ in ſyrtibus Africanis colebant.

GENS in Italia ² Marſorum orta eſſe fertur a ³ Circes filio: propterea
 10 Marſis hominibus, quorum dumtaxat familia ^b cum externis cogna-
 tionibus nondum etiam permixta corruptaque ſunt, vi quadam ^c geni-
 tali datum eſt, ut ſerpentium virulentorum domitores ſint, & ^d incen-
 tionibus herbarumque ſuccis faciant medelarum miracula. Hac eadem vi
 præditos eſſe quosdam videmus, qui ⁴ Pſylli vocantur. Quorum ſuper
 15 nomine & genere cum in veteribus literis quaſiſſem; in quarto denique
 Herodoti libro fabulam de Pſyllis hanc invenimus. Pſylos quondam

INTERPRETATIO.

^a Qui Syrtis Africa habitabant, ^b non ducunt ab uno Circes filio. ^c qua orta eſt contracta exterorum affinitate originem | ^d a matre Circe. d incantamentiſ.

NOTÆ.

1. *Syrtibus.*] Syrtis ſunt non modo loca in mari Libyco periculoliſſima; ſed etiam hæc regiones Africæ continentis, quarum regionum fauces ventis arenas excitantibus pro diverſa tempeſtate mutantur; arenas, quemadmodum in mari Libyco, modo ſubſidentibus, modo horrendam ad altitudinem aſſurgentibus: unde autor eſt Solinus iis in locis viatores iter ſideribus dirigere. Ceterum, ſiquidem in Syrtis incidimus, duplex eſt Syrtis ad Africam; major, hodie *les Seiches de Barbarie*, parva *Golphe de Capes*.

2. *Marſorum.*] Marſi Italiæ populi a Marſo Circes filio oriundi, Sabinis, Aquis, & Hernicis erant contermini, ejuſque regionis partem occupabant quæ jam dicitur *Abbruzze ulteriore*. Ubi etiam nomen vetus remanſit *Ducato*

de Marſi. Hi populi ſerpentum morſibus tactu ipſo, ſuctu-ve modico olim medebantur, ut ait Plinius; qui alio loco ſubdit, ſalivam hominis jejuni ſerpentibus eſſe morſiferam.

3. *Circes.*] Solis & Perſes Nymphæ filia veneficiis & incantamentiſ maxime apud Poetas famoſa.

4. *Pſylli.*] De Pſyllis Libyæ populis jam alibi nonnulla perſtrinximus: eorum mos erat, ut reſert Plinius, ſeviſſimis ſerpentibus liberos genitos objicere & ſic pudicitiam conjugum experiri, cum adulterino ſanguine natos ſerpentes minime profugerent. Cato cum deſerta Libyæ peragraret Pſylos ſecum duxit, qui vel exugentes venenum, vel incantamentiſ ſerpentum morſus curarent. Plutarchus in vita Catonis.

fuisse in terra Africa^c conterminos^s Nasamonibus:^f Austrumque in finibus eorum quodam in tempore perquam validum ac diutinum flavisse: eo flatu aquam omnem in locis, in quibus colebant, exaruisse: Pnyllos^g & re aquaria defectos^h eam injuriam graviter Austro succensuisse; decretumque fecisse, uti armis sumtis ad Austrum, perinde quasi ad hostem, jure belli, res repetitum proficiscerentur: atque ita profectis ventum Austrumⁱ magno spiritus agmine venisse obviam; eosque universos, cum omnibus copiis armisque, cumulis montibusque harenarum supervectis operuisse:⁶ eo facto Pnyllos^k ad unum omnis interisse: itaque eorum fines a Nasamonibus occupatos.

INTERPRETATIO.

c vicinos. f ventum a meridie. g privatos aquis. h propter. i ingenti flatu turbine. k ne uno quidem superflite.

NOTÆ.

1. Nasamonibus.] Populi Africae, quorum alii ad oceanum Atlanticum, qui & Atlantes Herodoto; alii in Libya ad Syrim magnam teste Plinio; alii denique autore Ptolemæo in Marmarica Garamantibus proximi sunt.
6. *Eo facto Pnyllos, &c.*] Plinius lib. VII. cap. II. refert gentem Pnyllorum internecone deletam a Nasamonibus, qui eorum regionem invaserint.

CAPUT XII.

De his vocabulis qua Cloatius Verus aut satis commode aut nimis absurde & illepide ad origines lingua Græca redigit.

Cloatius Verus in libris, quos inscripsit *Verborum a Græcis tractorum*, non pauca hercle dicit curiose & sagaciter conquistata, neque non tamen quædam futilia & frivola. Errare, inquit, dictum est^a *ἐπὶ τῆς ἐπιπέδου*; versumque infert Homeri, in quo id verbum est.

^b *Ἐπὶ ἐν νήσου δάσων ἐλέγχε ζώοντων.*

Item² *alucinari* factum scripsit, ex eo quod dicitur Græce^c *ἀλύτν*: unde *elucum* quoque esse dictum putat, *a*, litera in, *e*, versa, tarditatem quamdam animi & stuporem, qui alucinantibus plerumque usu venit. Item³ *fascinum* appellat, *βασκανός*, & *fascinare* esse quasi *βασκανήν*. Com-

INTERPRETATIO.

^a *Ab egre eundo.* ^b *Abi ex insula ocium pessime hominum.* ^c *inquietum oberrare.*

NOTÆ.

1. *Ἐπιπέδου.*] Significat aliquem in locum accedere inauspicato: unde sapius Aristophanes ait *ἐπὶ τῆς ἐπιπέδου*, *Abi ad corvos*; quod Latini sic expriment, *abi in malam crucem*. Præterea idem est ac *pessum ire*, *perire*.
2. *Alucinari.*] Mira est grammaticorum de hujus vocis origine dissensio, ut vide re est apud Vessium. Potior videtur eorum esse ratio, qui a luce derivant, non tam quod qui allucinantur a luce aberrant, quem quod ad lucem offendant.
3. *Fascinum.*] Derivant nonnulli a *fasciis*, quod vel quasi ligentur ii quos fascinum læsit, vel ad incantandos homines iis utantur in magicis sacris. Festus a *fando* originem deducit, quod *fando* ab *invidis*, imo & a *benevolis* im-

mode hæc sane omnia & conducenter. Sed in libro quarto; *Fenerator*, inquit, appellatus est, quasi *φανεράτωρ*, ^{d. Vnde τὸ φανεράτωρ ἐστὶ τὸ ἄνευ ἰσχυροῦ,} quoniam id genus hominum speciem ostentent humanitatis, & commodi esse videantur inopibus nimis desiderantibus; idque dixisse ait Hypsicratem quempiam grammaticum; cuius libri sane nobiles sunt super his, quæ a Græcis accepta sunt. Sive hoc autem ipse Cloatius sive nescio qui alius nebulo effutivit; nil potest dici insulsius. *Fenerator* enim, uti M. Varro in libro tertio de sermone Latino scripsit, a fenore est nominatus. Fenus autem dictum a fetu & quasi fetura quadam pecuniæ parientis atque incrementis. Idcirco & M. Catonem & ceteros ætatis ejus *feneratorem* sine, ^{a,} litera pronuntiasse tradit, sicuti fetus ipse & *secunditas* appellata.

INTERPRETATIO.

d quod videantur inclinare ad id quod utilius est.

NOTA.

penitus laudantibus, fascinum inferatur, & fando avertatur. Rectius hic Cloatius Verus ἀπὸ τῆς βαρβαρίας B in F mutato, ut a βάρβαρος fit fremo. Est autem βαρβαρία idem quod φάσος καὶ ἄλβη, oculis occido. Oculorum enim intuitu præcipue fieri fascinationem aiunt, cum scilicet, ut refert Heliodorus in histor. Æthiop.

lib. III. virulenti spiritus ex invido & male affecto pectore per oculos emitti, inficiunt aerem: sic infectus aer per oculos, nares, halitus, aliosque corporis meatus in intima sese insinuat, & eos inficit in quos transfunditur. Consule quæ Gellius ipse refert lib. IX. cap. IV.

CAPUT XIII.

Quid sit municipium & quid a colonia differat, & quid sint municipes, quæque sit ejus vocabuli ratio ac proprietates, atque inibi quod divus Hadrianus in senatu de jure atque vocabulo municipum verba fecit.

15 **M**unicipes & municipia, verba sunt dictu facilia & usu obvia; & neutiquam reperias, qui hæc dicit, quin scire se plane putet quid dicat. Sed profecto aliud est; aliud dicitur. Quotus enim fere nostrum est qui cum ex colonia ex populo Romano sit, non & se municipem esse & populares suos *municipes* esse dicat? Quod est a ratione & a veritate
20 longe aversum. Sic adeo & *municipia* quid & quo jure sint, quantumque a colonia differant, ignoramus: existimamusque meliorem conditionem esse colonias, quam *municipia*. De cujus opinionis tam a promiscæ erroribus D. Hadrianus, in oratione quam de ¹ Italicensibus ² unde ipse ortus fuit

INTERPRETATIO.

^a Vulgaris.

NOTA.

1. *Italicensibus.*] Italica urbs alia est in Pelignis, quæ & Corfinium dicitur; alia in Hispania Bætica ex Hispalensi conventu, de qua hic mentio. Nunc di-

tur, teste Morali, *Sevilla la Vieja*.
2. *Vnde ipse ortus fuit.*] Nimirum, ut in ipso ejus vitæ initio refert Spartianus, Origo imperatoris Hadriani restituitur.

in senatu habuit, peritissime differuit: mirarique se ostendit, quod & ipsi Italicenses, & quædam item alia municipia antiqua, in quibus³ Uricenses nominat, cum suis moribus legibusque uti possent, ^b in jus coloniarum mutare gestiverint. ⁴ Prænestinos autem refert maximo opere a Tiberio imperatore perisse orasque, ut ex colonia in municipii statum redigerentur; idque illis Tiberium pro referenda gratia tribuisse, quod in eorum finibus, ^c sub ipso oppido, ex capitali morbo revaluisset. *Municipes* ergo sunt cives Romani ex municipiis, legibus suis & suo jure utentes, ^d muneris tantum cum populo Romano honorarii participes: a quo munere capeffendo appellati videntur, ^e nullis aliis necessitatibus neque 10 ulla populi Romani lege adstricti; ni, inquam, populus eorum fundus factus est. Primos autem municipes sine suffragii jure ^f Carites esse factos accepimus; concessumque illis, ut civitatis Romanæ honorem quidem caperent, sed negotiis tamen atque oneribus ^g vacarent; ^h pro sacris bello Gallico receptis custoditisque. Hinc tabulæ Carites appellatæ, ⁱ versa 15 vice; in quas censores referri jubebant, quos ^j notæ causa suffragiis privabant. Sed ⁷ *Coloniæ* alia ^k necessitudo est. Non enim veniunt ex transsecis in civitatem, ^l nec suis radicibus nituntur; sed ex civitate quasi propagatæ sunt; & jura institutaque omnia populi Romani non sui arbitrii habent. Quæ tamen conditio cum sit magis ^m obnoxia & minus libera; 20 potior tamen & præstabilior existimatur, propter amplitudinem majestatemque populi Romani, cujus istæ coloniæ quasi effigies parvæ simulacraque esse quædam videntur: & simul quia obscura oblitterataque sunt municipiorum jura, quibus uti jam per ignorantiam non queunt.

INTERPRETATIO.

^b maxime desideraverint transire in jus Coloniarum. ^c prope ipsum oppidum Præneste convulvisset ex morbo periculosissimo. ^d ornatu titulo civium Romanorum, ut populus Romanus. ^e nullis aliis officiis populi Romani necessario obligati, ab ejus legibus immunes, nisi se totos pop. Rom. potestati

permisissent. ^f negotiorum & munerum non essent participes. ^g quod in bello Gallico recepissent & conservassent res sacras populi Romani. ^h contraria omnino ratione. ⁱ ignominia. ^k conjunctio cum pop. Rom. ^l nec per se ipsas fruuntur jure Romanorum. ^m subdita pop. Rom.

NOTÆ.

¹ Picensibus, posterior ab Hispaniensibus manat: siquidem Hadria ortos majoris suos apud Italicam Scipionum temporibus visidisse, in libris vita sua Hadrianus ipse commemorat. . . Ipse consobrinus Trajani imperatoris. . . Natus est Roma ix. kal. Feb. Vespasiano septies & Tito quinquies ass. Scilicet anno Christi LXXVI. Atque hinc corrigendus Eutropius, Eusebius, & alii qui referunt Hadrianum natum esse Italicæ in Hispania.

³ *Vicenses*.] Utica ad Bagradam fluvium urbs olim celebris Africæ, nunc piratica infamis. Vulgo dicitur

Biserte; Arabibus *Bensert*.

⁴ *Prænestinos*.] Præneste oppidum Latii in Italia. Nunc *Palestrine*

⁵ *Fundus factus est*.] Fundus est possessio. Unde urbs aliqua dicitur fundus pop. Romani, cum in ejus ditionem ac possessionem cedit.

⁶ *Carites*.] Caræ urbs Etruriæ antiquissima cujus incolæ dicti sunt Carites: hodie, *Cervetere*.

⁷ *Coloniæ*.] Colonia oppidum erat in quod Romani magistratus cives traduxerant, vel cui jura coloniarum concedebant.

CAPUT XIV.

Quod M. Cato differre dixit festinare & properare, & quam incommode Verrius Flaccus vim verbi quod est festinat interpretatus sit.

Festinare & properare idem significare atque in eandem rem dici videtur. Sed M. Cato id differre existimat: eaque hoc modo divisa. Sunt verba ipsius ex oratione, quam de suis virtutibus habuit. Aliud est properare, aliud festinare. Qui unum quid mature transigit, is properat: qui multa simul incipit, neque perficit; is festinat. Verrius Flaccus rationem dicere volens differentia hujus; Festinat, inquit, a fando dicitur: quoniam isti ignaviores, qui nihil perficere possunt, plus verborum quam opere habent. Sed id nimis coactum atque absurdum videtur: neque tantimomenti esse potest prima in utroque verbo. litera, ut propter eam unam tam diversa verba festinare & fari eadem videri debeant. Commodius autem propiusque visum est, festinare, esse quasi fessum esse. Nam qui multis simul rebus properandis defessus est, is jam non properat sed festinat.

CAPUT XV.

Quid Theophrastus mirum de perdibus scriptum reliquerit, & quid Theopompus de leporibus.

Theophrastus philosophorum peritissimus omnes in ² Paphlagonia peredices bina corda habere dicit, Theopompus in ³ Bisaltia lepores bina jecora.

NOTÆ.

- | | |
|--|---|
| 1. Theophrastus.] De Theophrasto & Theopompo jam diximus. | regio ad Pontum Euxinum. Nunc Bithynia vocatur. |
| 2. Paphlagonia.] Asia minoris est | |
| | 3. Bisaltia.] Regio est Macedonia: Strymonem inter & Thermaicum sinum. |

CAPUT XVI.

Agrippas a partus agri & improspere vitio appellatos; deque his deabus, que vocantur Prosa & Postverta.

Quorum in nascendo non caput sed pedes primi exstiterant (qui partus difficillimus ægerrimusque habetur). Agrippæ appellati; vocabulo

cabulo¹ ab ægritudine & pedibus conficito. Esse autem pueros in utero Varro dicit² capite infimo nixos, sursum pedibus elatis; non ut hominis natura est, sed ut arboris. Nam pedes cruraque arboris appellat ramos, caput stirpem atque caudicem. Quando igitur, inquit, contra naturam forte conversi in pedes; brachiis plerumque diductis retineri solent: ægriusque tunc mulieres enituntur. Hujus periculi deprecandi gratia ara statuta sunt Roma duabus³ Carmentibus: quarum una Postverta nominata est, Prosa altera; a recti perversique partus & potestate & nomine.

NOTÆ.

1. Ab ægritudine, &c.] Qui nascuntur in pedes Agrippæ dicuntur, quasi ab agro partu, ut censet Nonius.

2. Capite infimo nixos.] Utero gestatus infans, ut post veteres medicos observavit Fernelius, incurvus totus ac contractus, talos ad nates applicat, manibus genua apprehendit, in quæ caput sic demittit, ut oculi manuum pollicibus veluti affixi hæreant, natus vero inter genua procumbat: caput superius est pedes inferiores. Ceterum circa no-

num mensem factus grandior diutius concludi non patitur, proinde primum se se convolvit, caputque declinans, erura & reliquos artus distendens ex utero erumpit. Tumque in ipso scilicet matris partu, infans, ut ait Varro, sursum pedibus elatis capite infimo nititur.

3. Carmentibus.] Hæ fuerunt divæ, quarum uni, quæ mater fuit Evandri, matronæ liberorum multitudine illustres templum posuere.

CAPUT XVII.

Qua ratio vocabuli sit agri Vaticanī.

ET agrum¹ Vaticanum & ejusdem agri deum præsidem appellatum acceperamus a vaticiniis, quæ vi atque instinctu ejus dei in eo agro fieri solita essent. Sed præter hanc causam M. Varro, in libris divinarum, aliam esse tradit istius nominis rationem. Nam sicut² Aius, inquit, deus appellatus, araque ei statuta est, a qua est infima nova via, quod in eo loco divinitus vox edita erat: ita Vaticanus deus nominatus, penes quem essent vocis humana initia. Quoniam pueri, simul atque parvuli sunt, eam primam vocem edunt, qua prima in Vaticano syllaba est: idcircoque vagire dicitur experimente verbo sonum vocis recentis.

INTERPRETATIO.

a. Qua est in infima nova via. b. qui præerat principiis vocis humanæ.

NOTÆ.

1. Vaticanum.] Vaticanus mons est trans Tiberim, olim desertus, Scipionis quondam sepulchro, nunc exquisitissima totius orbis bibliotheca celeberrimus.

2. Aius.] De Deo qui a plerisque Aius loquens a Floro Loquutus dicitur, sic Tullius lib. II. de Divinat. Audita vox est momentis, ut providerent, ne a Gallis Roma caperetur: ex eo Aio loquutus ara consecrata.

CAPUT XVIII.

Lepida quedam memoratu & cognitu de parte geometria, qua ὀπτική appellatur, & item alia qua κανονική, & tertia itidem, qua dicitur μετρίκη.

PARS quaedam geometriæ ^a ὀπτική appellatur, quæ ad oculos pertinet; pars altera, quæ ad auris, ^b κανονική vocatur, quæ musici, ut fundamento artis suæ, utuntur. Utraque harum ^c spatiis & intervallis linearum & ratione numerorum constat. ὀπτική facit multa demiranda, id genus, ut in ¹ speculo uno imagines unius rei plures appareant: item ut speculum in loco certo positum ^d ² nihil imaginet, aliostrum translatum faciat imagines. Item, si rectus speculum spectes, imago fiat tua hujusmodi, ³ ut caput deorsum videatur, pedes sursum. Reddit etiam causas ea disciplina, cur istæ quoque visiones fallant; ut, ⁴ quæ in aqua conspiciuntur, majora ad oculos fiant; ⁵ quæ procul ab oculis sunt, minora. κανονική autem longitudines & altitudines vocis emetitur. Longior mensura vocis ^e περὶ μῆδος dicitur, altior ^f μέληθ. Est & alia species geometriæ, quæ appellatur ^g μετρίκη: per quam syllabarum longarum & brevium & mediocrium junctura & modus congruens cum principiis geometriæ aurium mensura examinatur. Sed hæc, inquit M. Varro, aut omnino non discimus; aut prius desistimus, quam intelligamus cur discenda sint. Volup-

INTERPRETATIO.

^a Perspectiva. ^b canonica. ^c artium. ^d nullam reddat imaginem. ^e numerus. ^f modulatio. ^g dimensio.

NOTÆ.

^{1.} *In speculo uno.*] Id tum accidit cum æquor speculi polygonum est, ac pluribus angulis eminentibus intereifum: vel cum inter duo specula sibi opposita aliquid ponitur; tum enim illud in utroque speculo pluries imo centies & amplius ad infinitum quasi spatium videbitur.

^{2.} *Nihil imaginet.*] Quod fit cum quid non e regione speculi objicitur. Nihil enim apparere potest nisi cujus imago ex speculis ad oculum reflectitur ealinea, quæ ut aiunt optici faciat angulum reflexionis æqualem angulo incidentiæ.

^{3.} *Ut caput deorsum videatur, pedes sursum.*] Omnino id contingit cum quis ad certum intervallum in speculo concavo se se inspicit. Imaginis enim quæ in hujusmodi speculo depingitur re-

flexi ad videntem radii decussantur, & ultra eum locum in quem concurrunt, quæ pars hominis superior est, videtur inferior.

^{4.} *Quæ in aqua conspiciuntur, majora ad oculos fiant.*] Scilicet tum radiis certo quodam modo refractis, res objectæ sub angulo majore oculis admoventur.

^{5.} *Quæ procul ab oculis sunt, minora.*] Nimirum, ut aiunt Optici, rei cuiusque visæ imago est quasi pyramidis instar, cujus apex in oculo, basis est in re visa. Eo majus aliquid videtur, quo species ejus sub angulo majore ad oculum appellit: Quæ sunt remotissima, videntur minima, quia sub angulo minimo conspiciuntur.

tas autem, inquit, vel utilitas talium disciplinarum ^b in post-principiis existit, cum perfecta absolutaque sunt: in principiis vero ipsis inepta & insuaves videntur.

INTERPRETATIO.

h in iis qua sunt post initia.

CAPUT XIX.

Sumta historia ex Herodoti libro super fidicine Arione.

^a Celeris admodum & cohibili oratione, vocumque filo tereti & candido, fabulam scripsit Herodotus super fidicine illo Arione. Vetus, inquit, & nobilis Ario cantator fidibus fuit. Is loco & oppido Methymnæus, terra atque insula omni Lesbios fuit. Eum Arionem rex Corinthi ¹ Periander amicum amatumque habuit artis gratia. Is inde a rege proficiscitur terras ^b inclutas Siciliam atque Italiam visere. Ubi eo venit, aurisque omnium mentisque in utriusque terræ urbibus demulsi: ^c in quæstibus istis & voluptatibus amoribusque hominum fuit. Is tum postea, grandi pecunia & ^d re bona multa copiosus, Corinthum instituit redire. Navem igitur & navitas, ut notiores amicioresque sibi, Corinthios delegit. Sed eo Corinthios homine accepto, navique in altum prævecta, prædæ pecuniæque cupidus cepisse consilium de necando Arione. Tum illum ibi, ^e pernicie intellecta, pecuniam ceteraque sua ut haberent dedisse: vitam, modo sibi ut parcerent, oravisse: ^f navitas precum ejus harum commiseritum esse illactenus; ut ei necem afferre per vim suis manibus ^g temperarent; sed imperavisse, ut jam statim coram desiliret præceps in mare. ¹⁰ Homo, inquit, ibi territus, spe omni vitæ perdita, id unum postea oravit; ut, prius quam mortem oppeteret, induere permitterent sua sibi omnia indumenta, & ^h fides capere, & canere carmen casus illius sui consolabile. Feros & immanes navitas ⁱ prolubium tamen audiendi subit: quod oraverat, impetrat. Atque ibi mox de more cinctus, amictus, ornatus, ¹⁵ stansque in summæ puppis foro, carmen, quod ² orthium dicitur, voce sublatissima cantavit. Ad postrema cantus, cum fidibus ornatuque omni, sicut stabat canebarque, jecit sese procul in profundum. Navitæ, haudquaquam dubitantes quin perisset, cursum, quem facere cœperant, te-

INTERPRETATIO.

^a Volubili admodum & coherente stilo, dictionumque serie rotunda & pura. ^b vitiis onustus. ^c cognito pessimo consilio. ^d f navitas propter ejus preces eatenus effo- ^e commotos miseratione. ^f abstinerent. ^g h ly- ^h ram. ⁱ cupiditas tenuit audiendi.

NOTA.

¹ Periander.] Cypseli parentis vestigia persecutus occupatam a patre tyrannidem tenuit annos XLIV. Floruit autore Laertio anno I. Olymp. XXXVIII. ante Christum LCCXXVIII.

nuerunt; sed novum & mirum & pium facinus contigit. Delphinum repente inter undas adnavisse, fluitantique sese homini subdidisse, & dorso super fluctus ^k edito vectavisse; incolumique eum corpore & ornato Tænarum in terram Laconicam devexisse. Tum Arionem ^l prorsus ex eo loco
 5 Corinthum petivisse; talemque Periandro regi, qualis Delphino vectus fuerat, inopinanti sese obrulisse: eique rem, sicuti acciderat, narravisse: regem isthæc parum credidisse: Arionem, quasi falleret, custodiri jussisse: navitas requisitos, ablegato Arione, dissimulanter interrogasse, et quid
 10 audissent in his locis, unde venissent, super Arione: eos dixisse, hominem, cum inde irent, in terra Italia fuisse; eumque illic bene agitare, & studiis delectationibusque urbium florere; atque in gratia pecuniaque magna opulentum fortunatumque esse. Tum inter hæc eorum verba Arionem cum fidibus & indumentis, cum quibus se in salum ^m ejaculaverat, exstitisse: navitas stupefactos convictosque ⁿ ire inficias non quisse: eam
 15 fabulam dicere Lesbios & Corinthios: atque esse fabulæ argumentum, quod ^o simulachra duo æneâ ad ³ Tænarum viserentur, delphinus vehens & homo insidens.

INTERPRETATIO.

k elato. l vecta. m præcipitem demiserat. n non potuisse negare. o duas statuas ex ære.

NOTÆ.

2. *Orthium.*] Orthium carmen id erat quod acriore & intensiore voce prolarum generosum quiddam ac bellicum sonabat. *Opdios* Græcis idem est quod sublimis & erectus.

3. *Tænarum.*] Tænarus promontorium est ad meridiem Peloponnesi, ubi oppidum ejusdem nominis. Nunc vulgo dicitur: *Capo Matapan* Sophiano, *Capo Maina* Gregoræ.

A. GELLII

NOCTIUM ATTICARUM

COMMENTARIUS.

LIBER SEPTIMUSDECIMUS.

CAPUT I.

Quod ¹Gallus Asinius, & ²Largius Licinius sententiam Ciceronis reprehenderunt ex oratione quam dixit pro M. Caelio: & quid adversus homines stolidissimos pro eadem sententia vere digneque dici possit.



T quidam fuerunt monstra hominum, qui de diis immortalibus impias falsasque opiniones prodiderunt: ita non nulli tam prodigiosi tamque vecordes extiterunt (in quibus sunt Gallus Asinius & Largius Licinius, cujus liber etiam fertur infando titulo, ²Ciceromastrix) ut scribere ausi sint M. Ciceronem parum integre atque improprie atque inconsiderate locutum. Atque alia quidem, quæ reprehenderunt, neque dictu neque auditu digna sunt: sed enim in hoc, in quo sibimet ipsi præter cetera esse visi sunt verborum ^bpenitantes subtilissimi, ^ccedo, quale id sit consideremus. M. Cicero ²pro M. Caelio ita scripsit. *Nam quod objectum est de pudicitia; quod-*

INTERPRETATIO.

^a Flagellum Ciceronis. ^b exploratores acutissimi. ^c agendum.

NOTÆ.

1. *Gallus Asinius.*] Asinius Pollio, celebris orator, cujus adeo delicatum fuit fastidium, ut Ciceronem ipsum exanguem & elixum appellaret; habuit filium Gallum Asinium, virum autore Seneca doctissimum, qui libros edidit de comparatione patris & Ciceronis, in quibus prætulit patrem. Quos libros ut refelleret Claudius imperator Ciceronis defensionem scripsit. Hic Asinius a Tiberio nulla certa de causa fame necatus est, an. U. C. ICCCXXXVIII. Christi XXXV.

2. *Pro M. Caelio.*] Hic cum accusaretur de vi, quod & a Claudia murto sumpsisse aurum, & ne ei redderet, venenum parasse diceretur, ita defensus est a Cicerone, ut fuerit absolutus, & ad amplissimos pervenerit magistratus, tribunatum plebis anno U. C. ICCC. biennio post ædilitatem, ac denique præturam, in qua cum seditiones excitaret a partibus Cæsarianis alienatus, abrogato magistratu urbe pulsus & occisus est, anno U. C. ICCCv. ante Christum XLIX. In Epitome lib. CXI. & in Dione male Cæcilius vocatur.

que omnium accusatorum non criminibus sed vocibus maledictis^d & celebratum est: id numquam tam acerbe feret M. Calius, ut eum paniteat non deformem esse natum. Non existimant verbo proprio esse usum, quod ait, paniteat; atque id prope ineptum etiam esse dicunt. Nam panitere,
 5 inquit, tum dicere solemus; cum, quæ ipsi fecimus, aut quæ de nostra voluntate nostroque consilio facta sunt, ea nobis post incipiunt displicere; sententiamque in iis nostram demutamur. Neminem autem recte ita loqui, panitere sese quod natus sit, aut, panitere quod mortalis sit, aut quod ex offenso forte vulneratoque corpore dolorem sentiat: ^e quando
 10 istiusmodi rerum nec consilium sit nostrum nec arbitrium: sed ea ingratis nostris vi ac necessitate naturæ nobis accidant. Sic hercle, inquit, non voluntarium fuit M. Cælio quali forma nasceretur; cuius eum dixit non panitere, tamquam in ea causa res esset, ut rationem caperet panitendi. Est hæc quidem, quam dicunt, verbi huiusce sententia; & panitere nisi in voluntariis rebus non probe dicitur; tametsi antiquiores verbo ipso alio quoque modo usitati sunt; & panitet ab eo quod est pane & a panuria dixerunt: sed id aliorum pertinet, atque alio in loco dicitur. Nunc autem sub hac eadem significatione, quæ vulgo nota est, non modo ineptum hoc non est, quod M. Cicero dixit; sed festivissimum adeo & facetissimum est: nam cum adversarii & obtreptatores M. Cælii, quoniam erat pulchro corpore, formam ejus & faciem in suspiciones impudiciæ accerserent: illudens Cicero tam absurdam criminationem, quod formam, quam natura fecerat, vitio darent; eodem ipso errore, quem illudebat, sciens usus est: & non panitet, inquit, M. Calium non deformem esse natum: ut vel hac ipsa re, quod ita dicebat, opprobret adversariis ac per facetias ostentaret facere eos deridiculum, quod proinde Cælio formam crimini darent, quasi arbitrium ejus fuisset quali forma nasceretur.

I N T E R P R E T A T I O.

^d divulgatum est. e cum ejusmodi res non sint in nostra voluntate & potestate, sed eveniant nobis invidis, fato, & coactura natura.

C A P U T II.

Verba quedam ex Q. Claudii annalium primo cursim in legendo notata.

30 CUM librum veteris scriptoris legebamus; conabamur postea ^a memoriam vegetandæ gratia indipisci animo ac recensere, quæ in eolibro scripta essent ^b in utrasque existimationes, laudis aut culpæ adnotamentis digna; eratque hoc sane quam utile exercitium ad conciliandas no-

I N T E R P R E T A T I O.

^a Ad exercendam memoriam retinere animo & recitare memoriter, ^b si vis bene siue male.

bis, ubi venisset usus, verborum sententiarumque eligantium recordationes. Velut hæc verba, ex Q. Claudii primo annali, quæ meminisse potui, notavi: Quem librum legimus c̄ biduo proximo superiore. *Arma*, inquit, *plerique abjiciunt; atque d̄ inermi inlatebrant sese. Inlatebrant* verbum poeticum visum est, sed non absurdum neque asperum. *Ea*, inquit, *dum sunt; Latini subnixo animo. Subnixo*, quasi sublimi & supra nixo, verbum bene significans & non fortuitum; demonstratque animi altitudinem fiduciamque. Quoniam, quibus innitimur iis quasi erigimur attollimurque. *Domus*, inquit, *suas quemque ire jubet; & c̄ sua omnia frunisci. Frunisci* rarius quidem fuit in ætate M. Tullii, ac deinceps infra rarissimum; dubitatumque est ab imperitis antiquitatis, an Latinum foret: non modo autem Latinum, sed jucundius amœniusque etiam verbum est *fruniscor* quam *frnor*: & ut *faiscor* a *fateor*, ita *fruniscor* factum est a *frnor*. Q. Metellus Numidicus, qui caste pureque lingua usus Latina videtur, in epistola quam exsul ad Domitios misit, ita scripsit. *Illi vero omni jure atque honestate interdicti: ego neque aqua neque igni carere; & summa gloria frunisco.* Novius in Attellana, quæ Parcus inscripta est, hoc verbo ita utitur.

Quod magnopere quaesiverunt, id frunisci non queunt.

Qui non parsit, apud se frunitus est.

Et Romani, inquit, *multis armis & magno comœatu pradaque ingenti copiantur. Copiari* verbum castrense est: nec facile id reperias apud civilium causarum oratores; ex eademque figura est, qua *lignantur* & *pabulantur* & *aquantur*. *Sole*, inquit, *occafso. Sole occafso* non influavi venustate est, si quis aurem habeat non sordidam nec proculcatam. In duodecim autem tabulis verbum hoc ita scriptum est. ANTE MERIDIEM, CAUSAM, CONSCITO. POST. MERIDIEM. PRÆSENTI.

INTERPRETATIO.

c duobus diebus proxime elapsis. d sine armis abscondunt sese. e frui omnibus suis bonis. f comœdia. g qui non parcus fuit. h divites fiunt. i vocabulum militare. k Ligna & pabula, & aquas colligunt. l si aliquis habeat aures non indoctas, & vulgi tantum vocabulis assuetas. m ante meridiem Prætor cognoscit causam, post meridiem sententiam pronunciet in gratiam illius, qui præsens aderit. Solis occasus sit illud tempus quo dimittantur iudices.

NOTÆ.

1. Neque aqua neque igni.] Sceleratos civitate dicebatur.
 2. Conscito.] Hujus legis meminit autor ad Herennium lib. II. sed variæ sunt admodum discrepantesque lectiones; habent alii *consciscito* vel *gnoscito*, quæ voces cum interpretatione nostra satis congruunt; alii *conciunt* veterum scilicet more pro *consciunt*. Tumque ea vox non iudices spectat, sed litigatores quibus indicitur, ut causam breviter exponant: est enim causæ coniectio tanquam brevium & compendium causæ.

nem quam duriciam dicere ^b gravius putabat. Qui illius, inquit, impudentiam norat & duritudinem. Cum ^c tantus, inquit, arrabo penes Samnites populi Romani esset. Arrabonem dixit sescentos obsides; & id maluit quam pignus dicere: quoniam vis hujus vocabuli in ea sententia gravior acriorque. Sed nunc arrabo in fordidis verbis haberi cœptus: ac multo videtur fordidius arra. Quamquam arra quoque veteres sæpe dixerint. Et ^d compluries, inquit, in laboribus miserrimas vitas exegerunt: & hic nimis in otio, inquit, consumtus est. Eligantia utrobique ex multitudine numeri quæsitæ est. Cominius, inquit, ^a qua ascenderat descendit atque verba Gallis dedit. Verba Cominium dedisse Gallis dicit, qui nihil cuiquam dixerat. Neque eum Galli, qui Capitolium obsidebant, ascendentem viderant. Sed, verba dedit, haud secus posuit, quam si tu dicas, latuit atque obrepfit. Convalles, inquit, & ^e arborea magna erant. Arborea, ignobilius verbum est, arbusta celebratius. Putabant, inquit, eos qui foris atque qui in arce erant inter se commutationes & consilia facere. Commutationes, id est, collationes communicationesque non usitate dixit; sed non hercle inscite nec ineleganter. Hæc ego non pauca interim super eo libro, quorum memoria post lectionem suppetierat mihi, notavi.

INTERPRETATIO.

^b credebat ad gravitatem orationis plus valere. ^c tantum pignus. ^d descendit qua parte ascenderat & Gallos sefellit. ^e loca consita arboribus.

NOTA.

4. Compluries.] Corruptum hunc locum ita restituit Lambecius, cum prius ^f serrimas, inquit, vitas exegerunt, & hic ^g mimus in otio, inquit, consumptus est. legeretur & compluriens Laberius. Mi-

CAPUT III.

Verba M. Varronis in libro quinto & vicesimo humanarum, quibus contra opinionem vulgariam interpretatus est Homeri versum.

IN sermonibus forte, quos de temporibus rerum ad usus hominum re-
pertarum agitabamus, adolescens quipiam non indoctus ^a sparti quo-
que usum in terra Græcia diu incognitum fuisse dixit; multisque post
^b illum captum tempestatibus ex terra Hispania advectum: ^c riserunt hoc
ad illudendum ex his qui ibi aderant unus atque alter, male homines li-

INTERPRETATIO.

^a Junci. ^b unus & alter presentium perperam eruditi id cavillantes riserunt.

NOTÆ.

¹ Sparti.] Per Spartam intelliguntur furices nonnulli maxime flexiles, ut geniste, junci, &c.
² Ilium] Ilium sive Troja urbs poetarum carminibus celebratissima sita in Troade minoris Asiæ regione, expugnata est a Græcis anno ante Christum c^o cclxxxiv.

terati; quod genus ^c ἀρπαγίος Græci appellant: atque eum, qui id dixerat, librum legisse Homeri aiebant, cui versus hic forte deesset:

^d Καὶ δὴ δεδεξ. σίσητε νεῶν κ' ἢ σπάρτα λέλωται.

Tum ille ^e prorsum irritatus; Non, inquit, in eo libro versus, sed vobis plane magister defuit, si creditis in eo versu *sparta* id significare, quod nos *spartum* dicimus. Majorem illi risum subjiciunt: neque id destiterunt, nisi liber ab eo prolatus esset M. Varronis vicefimus quintus humanarum; In quo de isto Homeri verbo a Varrone ita scriptum est. *Ego sparta apud Homerum non plus spartum significare puto, quam σπάρτοις, qui dicuntur in agro Thebano nati. In Græcia sparti copia modo cæpit esse ex Hispania: neque ea ipsa facultate usi ^f Liburni. Sed hi plerasque ^g naves loris suebant; Græci magis cannabo & stupa & ceterisque sativis rebus, a quibus σπάρτα appellabant. Quod cum ita Varro dicat; dubito hercle an posterior syllaba in eo verbo, quod apud Homerum est, acuenda sit: nisi quia voces hujusmodi, cum ex communi significatione in rei certæ proprietatem concedunt, diversitate accentuum seperantur.*

INTERPRETATIO.

^c circumforaneos.

^d Et sane ligna putrida sunt navium & sparta dissoluta sunt.

^e vehementer iratus. ^f loris coaptabant asseres navium, ^g & aliis rebus qua se-runtur.

NOTÆ.

3. Σπάρτα.] Erant quasi funes quibus navium tabulæ consuebantur: neque enim tum compages lignæ fuerant inventæ.

4. Liburni.] Liburnus portus est Tuscorum hodie, Livorno.

CAPUT IV.

Quid Menander poeta Philemoni poeta dixerit, a quo sæpe indigne in certaminibus comædiarum superatus est; & quod sæpissime Euripides in tragædia ab ignobilibus poetis victus est.

20 **M**enander a Philemone nequaquam pari scriptore in certaminibus comædiarum ambitu gratiaque & factionibus sæpenumero vincebatur. Eum cum forte habuisset obviam; Quæso, inquit, Philemo, bona venia, dic mihi; cum me vincis, non erubescis? Euripidem quoque M. Varro ait, cum quinque & septuaginta tragædias scripserit, in quinque
25 solis vicisse, cum eum sæpe vincerent aliqui poetæ ignavissimi. Menandrum autem alii centum octo, partim centum novem comædias reliquisse ferunt. Sed ² Apollodori scriptoris celebratissimi hos de Me-

NOTÆ.

1 Philemo.] Hic teste Suida Syracusanus, comædias XC. scripsit paulo senior Menandro, cum annos vixisset XCVIII. vel ut alii volunt CI. in vehementiorem risum effusus fato defun-

2 Aus est. Floruit Alexandri Magni temporibus, annis circiter ante Christum cccxxx.

2. Apollodori.] Consule notas in cap. XXIII. lib. II.

nandro versus legimus, in libro qui Chronica inscriptus est.

^a3 Κηφισίδης ὄν ἐν Διοπίδου πατρὸς
Πρὸς τοῖς ἐκατὸν πέντε χεῖρας δράματα,
Ἐξέλιπε πενήκοντα καὶ δύο ἐτῶν.

Ex istis tamen centum & quinque omnibus, solis eum octo vicisse idem 5
Apollodorus eodem in libro scripsit.

INTERPRETATIO.

^a Cephiseus erat ex Diopete patre | obiit quinquaginta & duos annos na-
centum quinque scriptis tragœdiis | tus.

NOTA.

³. Κηφισίδης.] Cephiseus ortus ex urbe Cephisia in Attica regione quam fluvius Cephisus interfecat.

CAPUT V.

Nequaquam esse verum, quod minutis quibusdam rhetoricæ artificibus vi-
deatur M. Ciceronem in libro, quem de amicitia scripsit, vitioso argu-
mento usum ^a ἐμφορῆν τοῦ μέρους ἀπὶ ὁμοιορρομῆρον posuisse, totumque id
consideratius tractatum exploratumque.

10

M. Cicero in dialogo, cui titulus est Lælius vel de amicitia, docere
volens amicitiani non spe expectationeque utilitatis neque precii
mercedisque causa colendam; sed, quo ipsa per sese plena virtutis hone-
statisque sit, expetendam diligendamque esse, etiam si nihil opis nihil-
que emolumenti ex ea percipi queat: hac sententia atque his verbis usus 15
est; eaque dicere facit C. Lælium sapientem virum, qui P. Africani fue-
rat amicissimus. *Quid enim Africanus indigens mei? Nec ego quidem il-
lus. Sed ego admiratione quadam virtutis ejus, ille vicissim opinione for-
tasse non nulla, quam de meis moribus habebat, me dilexit. Auxit beni-
volentiam consuetudo. Sed quamquam utilitates multa & magna consecuta 20
sunt: non sunt tamen ab earum spe causa diligendi profecta. Ut enim be-
nifici liberalesque sumus, non ut exigamus gratiam: neque enim¹ beneficium
feneramur; sed natura propensi ad liberalitatem sumus: sic amicitiam non
spe mercedis adducti, sed quod omnis ejus fructus in ipso amore inest, ex-
petendam putamus. Hoc cum legeretur in cœtu forte hominum docto-
rum: rhetoricus quidam sophista ^b utriusque linguæ callens,¹ hand sane 25
ignobilis, ex istis acutulis & minutis doctoribus qui² τεχνικοί appellatur,*

INTERPRETATIO.

^a Incertum pro certo. ^b peritus lingua Latina & Græca.

NOTA.

¹. Beneficium feneramur.] Fœnerari majus accipiat.
est dare aliquid ad usuram, unde me-
taphorice dicimus, beneficium feneratur
de eo qui beneficium confert, ut aliud | ². Τεχνικοί.] Dicuntur technici, qui
artem oratoriam & rhetoricæ præcepta
compendiose redigunt in libellos, qui-

atque in differendo tamen non impiger, usum esse existimabat argumento
 M. Tullium non probo neque ^c apodictico, sed ejusdem quæstionis cu-
 jus esset ea ipsa res de qua quæreretur: verbisque id vitium Græcis ap-
 pellabat, quod accepisset ἀποδικτικὸν ἀπὸ ἡμοιολογουμένων. Nam benefi-
 5 ^d *cos*, inquit, & *liberales* sumit ad confirmandum id quod de amicitia dice-
 bat: cum ipsum illud & soleat quæri & debeat, quisquis liberaliter &
 benigne facit qua mente quoque consilio benignus liberalisque sit, utrum
 quia mutuam gratiam speret, & eum, in quem benignus sit, ad patem
 gratiam provocet, quod facere plerique omnes videntur: an quia natura
 10 sit benivolutus; benignitasque eum per sese ipsa & liberalitas delectet sine
 ulla recipiendæ gratiæ procuratione; quod est omnium ferme rarissimum.
 Argumenta autem censebat aut probabilia esse debere, aut perspicua &
 minime controversa; idque ^d apodixin vocari dicebat cum ea quæ dubia
 aut obscura sunt, per ea quæ ambigua non sunt illustrantur. Atque, ut
 15 ostenderet beneficos liberalesque, ad id, quod de amicitia quæreretur,
 quasi argumentum exemplumve sumi non oportere; ^e Eodem, inquit, si-
 mulachro eademque rationis imagine amicitia invicem pro argumento su-
 mi potest; si quis affirmet homines beneficos liberalesque esse debere non
 spe aliqua compendii, sed amore & studio honestatis. Poterit enim con-
 20 similitur ita dicere. Namque ut amicitiam non spe utilitatis amplectimur;
 sic beneficos liberalesque ^f non gratiæ recipiendæ studio esse debemus. Po-
 terit sane, inquit, ita dicere: sed neque amicitia liberalitati neque libera-
 litas amicitia præbere argumentum potest, cum de utroque pariter quæ-
 ratur. Hæc ille rhetoricus artifex dicere quibusdam videbatur perite &
 25 scienter. Sed videlicet eum vocabula rerum vera ignoravisse. Nam benefi-
 cum & liberalem Cicero appellat, ita ut philosophi appellandum esse cen-
 sent, non eum qui, ut ipse ait, beneficia feneratur; sed qui benigne fa-
 cit & nulla tacita ratione ad utilitates suas redundante. Non ergo obscuro
 neque ambiguo argumento usus est, sed certo atque perspicuo. Siquidem
 30 qui vere beneficus liberalisque est, qua mente bene aut liberaliter faciat
 non quæritur. Aliis enim longe nominibus appellandus est, si, cum ta-
 lia facit sui potius quam alterius juvandi causa facit. Processisset autem
 argutori illi fortasse reprehensio, si Cicero ita dixisset: *Ut enim benefice*
liberaliterque facimus, non ut exigamus gratiam. Videretur enim benefice
 35 facere etiam in non beneficium cadere posse, si id per aliquam circum-
 stantiam fieret, non per ipsam perpetuæ benignitatis constantiam. Sed
 cum beneficos liberalesque dixerit; neque aliufmodi isti sunt quam cu-

INTERPRETATIO.

^c demonstrativo. & demonstrationem. | gumentum. & non spe recipiendi beneficii.
^e eadem inquit similitudine & compara- | g non adductus occulta ratione utilitatis
 tione ex amicitia possumus conficere ar- | propria.

NOTA.

bus brevi erudiendo profitentur, qui ad
 ejusmodi institutiones animum adjun-
 xerint.

3. Apodicticos.) Apodicticus idem est
 quod demonstrativus. Vox Græca est
 ἀπο & δεικνυμι ostendo.

jus esse eos supra diximus; ⁴ h inluis, quod aiunt, pedibus & verbis reprehendit doctissimi hominis orationem.

INTERPRETATIO.

h *confidenter & imperite.*

NOTA.

⁴. *Inluis pedibus, &c.*] Quæ sit hujusce proverbii ratio intelliges ex lib. I. cap. IX.

CAPUT VI.

Falsum esse, quod Verrius Flaccus in secundo librorum, quos de obscuris M. Catonis composuit, de servo recepticio scriptum reliquit.

Marcus Cato ¹ Voconiam legem suadens verbis hisce usus est. *Principio vobis mulier magnam dotem attulit. Tum magnam pecuniam recipit, quam in viri potestatem non committit. Eam pecuniam viro mutuan dat. Postea, ubi irata facta est, ² servum recepticium sectari atque flagitare virum jubet. Quærebatur servus recepticius quid esset. Libri statim quæsi allatique sunt Verrii Flacci de obscuris Catonis. In libro secundo scriptum inventum est, *receptitium servum*, dici nequam & nulli precii; ^b qui, cum venum esset datus, redhibitus ob aliquod vitium receptusque sit. Propterea, inquit, servus ejusmodi sectari maritum & flagitare pecuniam jubebatur; ut eo ipso dolor major & contumelia gravior viro fieret; quod eum servus nihili petendæ pecuniæ causa compellaret. ^c Cum pace autem tumque venia istorum; si qui sunt qui Verrii Flacci auctoritate capiuntur, dictum hoc sit. *Recepticius enim servus* in ea re, quam dicit Cato, aliud omnino est quam Verrius scripsit. Atque id cuius facile intellectu est. Res enim proculdubio sic est. Quando mulier dotem marito dabat; tum quæ ex suis bonis retinebat, neque ad virum ^d tramittebat, ea *recipere* dicebatur: sicuti nunc quoque ^e in venditionibus, quæ excipiuntur neque veneunt. Quo verbo Plautus quoque in ^f Trinummio usus est, in hoc versu:*

Posticulum hoc recepit cum adis vendidit.

Id est, *cum adis vendidit, particulam quamdam, qua post eas adis erat, non vendidit, sed retinuit.* Ipse etiam Cato mulierem demonstrare locupletem volens; *Mulier, inquit, & magnam dotem dat & magnam pe-*

INTERPRETATIO.

a habet a servo recepticio maritum suum } receptus est. *c* cum autem hoc dico, rogo
adiri, & ab eo pecuniam repeti. *b* qui } eos qui auctoritate Verrii Flacci nituntur,
postquam esset venditus, redditus fuit heri } ne id moleste ferant. *d* transferebat. *e* in
venditori ob aliqua vitia quæ in vendi- } venditionibus earum rerum quarum pars
tione non prodiderat herus, & ab eo } retinetur, neque venditur. *f* comœdia.

NOTA.

¹. *Voconiam legem.*] De qua vide quæ diximus lib. VII. cap. XIII.

M m m iij

5 *cuniam retinet.* Ex ea igitur re familiari, quam sibi dote data retinuit, pecuniam viro mutuam dat. Eam pecuniam cum viro forte irata repetere instituit, apponit flagitatore *servum recepticium*, hoc est, proprium servum suum, quem cum pecunia reliqua receperat, neque dederat doti, sed retinuerat. Non enim servo mariti imperare hoc mulierem fas erat, sed proprio suo. Plura dicere, quibus hoc nostrum tuear, superfedeo. Ipsa enim sunt per se evidētia, & quod a Verrio dicitur & quod a nobis. Utrum ergo videbitur cuique verius, eo utatur.

INTERPRETATIO.

g desino plura dicere quibus hanc opinionem meam defendam.

CAPUT VII.

10 *Verba hac ex Atinia lege. QUOD. SUBREPTUM. ERIT. EJUS. REI. ÆTERNA. AUCTORITAS. ESTO.* ^a P. Nigidio & Q. Scavola *visa esse non minus de præterito, quam de futuro cavisse.*

15 **L**egis veteris Atiniæ verba sunt: ^b QUOD. SUBREPTUM. ERIT. EJUS. REI. ÆTERNA. AUCTORITAS. ESTO. Quis aliud putet in hisce verbis, quam de tempore tantum futuro legem loqui? Sed ^c Q. Scavola patrem suum & Brutum & Manilium viros apprime doctos quæsisse ait dubitalleque, utrumne in post-facta modo furta lex valeret, an etiam in ante-facta, quoniam SUBREPTUM. ERIT. utrumque tempus videretur ostendere tam præteritum quam futurum. Itaque P. Nigidius civitatis Romanæ doctissimus super dubitatione hac eorum scripsit ^d in tertio vicesimo grammaticorum commentariorum: atque ipse quoque idem putat incertam esse temporis demonstrationem. Sed ^e anguste perquam & obscure differit; ut signa rerum ponere videas, ad subsidium magis memoriæ suæ quam ^f ad legentium disciplinam. Videbatur tamen hoc dicere: verbum, ESSE, &, ERIT, quando per sese ponuntur; habent atque retinent tempus suum. Cum vero præterito jugantur; vim temporis sui amittunt, & in præteritum contendunt. Cum enim dico, ^g *in campo est, in comitio est;* tempus ^h instans significo. Item cum dico,

INTERPRETATIO.

^a P. Nigidium & Q. Scavolam credidisse intelligenda non minus de furtis factis ante legem latam quam de furtis post legem latam. ^b quisque semper possit re-

petere quod sibi ablatum erit. ^c verum hæc tenui & obscura oratione disputat. ^d ad lectorem docendum. ^e præfatis.

NOTÆ.

1. *Legis Atiniæ.*] Quæ videtur esse lata a C. Atinio tribuno plebis anno U. C. 151. VI. ante Christum excviii.
2. *Autoritas.*] Est jus quod in rem

aliquam acquirimus, postquam certo quodam tempore per legem definito eam possedimus.

in campo erit ; tempus futurum demonstro. At cum dico , *factum est* , scriptum est , *subreptum est* ; quamquam , *est* , verbum temporis sit præsentis ; confunditur tamen cum præterito , & præsens esse desinit. Sic igitur , inquit , etiam istud , quod in lege est ; si dividas sepe resque duo verba hæc , *SUBREPTUM* , & *ERIT* , ut sic audias *subreptum* , tamquam certamen erit , aut , *sacrificium erit* : tum videbitur lex in post-futurum loqui. Si vero copulate permixteque dictum intelligas , ut *subreptum erit* non duo sed unum verbum sit , idque ^f unita patiendi declinatione sit : tum hoc verbo non minus præteritum tempus ostenditur quam futurum.

INTERPRETATIO.

^f in voce passiva.

CAPUT VIII.

In sermonibus apud mensam Tauri philosophi quæri agitarique hujusmodi solita ; cur oleum sæpe & facile , vina rarius congelascant , acetum haud fere umquam ; & quod aquæ fluviorum fontiumque ^a durentur , mare gelu non duretur.

Philosophus Taurus accipiebat nos Athenis cœna plerumque ^b ad id diei , ubi jam vesperaverat. Id enim est tempus istic cœnandi frequens. Ejus cœnæ ^c fundus & fundamentum omne erat ¹ aula una lentis Ægyptiæ , & cucurbitæ inibi minutim cæsæ. Ea quodam die ubi paratis & expectantibus nobis allata atque imposita mensæ est ; puerum jubet Taurus oleum in aulam ^d indere. Erat is puer genere Atticus ad annos maxime natus octo , ^e festivissimis ætatis & gentis argutiis scatens. ² Guttum Samium ^f oretenus imprudens inanem , tamquam si inesset oleum , affert : convertitque eum : & , ut solitum est , circumegit per omnem partem aulæ manum. Nullum inde ibat oleum. Adspicit puer guttum atrocibus oculis ^g stomachabundus ; & concussum vehementius iterum in aulam vertit. Idque cum omnes sensim atque ^h summissim rideremus : tum puer Græce , & id quidem perquam Attice ; ¹ μή γελᾶτε , inquit , ἐνι τῷ οὐλαίον , ἀλλ' ἐν ἰσῆ οἶα φείκει πρὸς τὸν ἄφρον γέροντ' ἡμῶν κερυσάλλωται. Verbero , inquit , ridens Taurus , ^k nonne is curriculo atque oleum petis ? Sed

INTERPRETATIO.

^a Glacientur. ^b cum dies ad vesperam | erat oriundus. ^f omnino vacuum. ^g inclinabat. ^c omnis apparatus cœna consistens in olla una , &c. ^d infundere. ^e in- | dignans. ^h modico risu. ⁱ ne rideatis , in- | est oleum. Sed nescitis quale frigus mane fuerit hodie. Congelavit oleum. ^k nonne | geniosus & elegantulus , quantum ferebat atas puerilis , & Attica regio unde | ne curris?

NOTÆ.

1. Aula.] Pro olla dicebatur anti-
quus.

2. Guttus.] Vasis genus oris angustif-
simi , unde liquor guttim defluebat ; hic
autem guttus ex terra Samia fictus erat.

cum puer foras euntum isset; ¹ nihil ipse ista mora offensior; Aula, inquit, oleo indiget; &, ut video, intolerandum fervit. Cohibeant manus: atque interea, quoniam puer nunc admonuit solere oleum congelascere, consideremus cur oleum saepe & facile ^m ster; vina rarerentur congelascant.

5 Atque adspicit me, & jubet quid sentiam dicere. Tum ego respondi conjectare me, vinum idcirco minus cito coalescere, quod semina quædam ⁴ caloris in sese haberet; ⁿ efferque natura ignitius: ob eamque rem dictum esse ab Homero ^o *ἄδομα οἶνον*, non, ut alii putarent, propter colorem. Est quidem, inquit Taurus, ita ut dicis. Nam ferme convenit

10 vinum, ubi potum est, calefacere corpora. Sed non secus quoque oleum calorificum est: neque minorem vim in corporibus calefaciendis habet. Ad hoc, si ista hæc, quæ calidiora sunt, difficilius gelu coguntur; congruens est ut, quæ frigidiora sunt, facile cogantur. ⁶ Acetum autem omnium maxime frigorificum est: atque id numquam tamen concrevit.

15 ^p Num igitur magis causa oleo coaguli celerioris in levitate est? Faciliora enim ad cœundum videntur, quæ leviora levioraque sunt. Præterea id quoque ait quæri dignum; cur fluviorum & fontium aquæ gelu durentur; ⁷ mare omne incongelabile sit: tamen Herodotus, inquit, historiae scriptor contra omnium ferme, qui hæc quæsierunt, opinionem, scribit mare

20 Bosphoricum, quod ⁸ Cimmerium appellatur, earumque partium mare omne, quod Scythicum dicitur, gelu stringi & consistere. Dum hæc Taurus: interea puer venerat & aula deferberat; tempusque esse cœperat edendi & tacendi.

INTERPRETATIO.

I Taurus non commotus quod puer moveretur. m concrevit. n ex natura sua haberet plures particulas ignis. o vinum ardens. p an igitur facile congelat oleum quod sit leve.

NOTÆ.

3. *Oleum congelascere.*] Opinionem Tauri recte Muretus reprehendit: oleum enim frigore quidem crassescit, sed ob innatum calorem nunquam congelascit.

4. *Caloris.*] Calorem pro calore dicit, sicut caldam pro calida nominamus.

5. *ἄδομα.*] *ἄδος* & *ἄδωσις* quod est incidere, derivatur.

6. *Acetum nunquam concrevit.*] Omnino contrarium dum hæc scribo tempestate perfrigida sum expertus. Acetum enim acerrimum sub dio expositum congelavit die xvii. Decembris, anno dclxxiii.

7. *Mare omne incongelabile.*] Id falsissimum esse convincunt historiae. Ni-

cephorus patriarcha in Breviario historico refert Pontum-Euxinum ad centum milliaria congelasse, & aquas ad altitudinem triginta cubitorum fuisse asperissima hyeme concretas anno lxxciii. Præterea constat versus polum Arcticum oceanum glacie confectum minime navigabilem esse.

8. *Cimmerium.*] Vulgo *Détroit de Casfa*. Bosphorus appellatur, quod ibi sunt tam angustæ maris fauces, ut ab uno litore ad alterum bos transnare possit. Cimmerius autem a populis Cimmeriis dicitur qui populi e Scythiis oriundi septentrionalem Euxini-Ponti partem incolunt.

CAPUT IX.

^a De notis literarum quæ in C. Cæsaris epistolis reperiuntur, deque aliis clandestinis literis ex vetere historia petitis: & quid scytale sit Laconica.

Libri sunt epistolarum C. Cæsaris ad C. Oppium & Balbum Cornelium, qui res ejus absentis curabant. In his epistolis, quibusdam in locis, inveniuntur ^bliteræ singulariæ sine coagmentis syllabarum; quas tu putes positas ^cincondite. Nam verba ex his literis confici nulla possunt. ^dErat autem conventum inter eos clandestinum de ^ecommutando situ literarum; ut in scripto quidem alia aliæ locum & nomen teneret, sed in legendo locus cuique suus & potestas restitueretur. ^eQuænam vero pro qua scriberetur ante iis, sicuti dixi, complacebat, qui hanc scribendi latebram parabant. Est adeo Probi grammatici commentarius satis curiosè factus de occulta literarum significatione epistolarum C. Cæsaris scriptarum. Lacedæmonii autem vetères, cum dissimulare & occultare literas publice ad imperatores suos missas volebant, ne, si ab hostibus eæ captæ forent, consilia sua noscerentur; epistolas id genus factas mittebant. ^fSarculi duo erant teretes, oblonguli, pari crassamento ^gejusdemque longitudinis, dearsi atque ornati consimiliter. Unus imperatori in bellum proficiscenti dabatur: alterum domi magistratus ^h cum jure atque cum signo habebant. Quando usus venerat literarum secretiorum; circum eum surculum lorum modicæ tenuitatis, longum autem quantum rei satis erat, complicabant, volumine rotundo & simplici; ita ut oræ adjunctæ undique & cohærentes lori, quod plicabatur, coirent. Literas deinde in eo loro per transversas juncturarum oras, ⁱversibus a summo ad imum proficiscentibus, inscribebant. Id lorum literis ita perscriptis revolutum ex surculo imperatori ^jcommenti illius conscio mittebant. ^kRevolutio autem lori literas truncas atque mutilas reddebat; membraque ea-

INTERPRETATIO.

^a De characteribus occultis literarum. ^b sola litera non conjuncta in syllabas. ^c sine ratione. ^d erat inter eos occultum pactum de mutando ordine literarum, ut inter scribendum alia haberet nomen & significationem alius litera. ^e qui autem ita volebant occulte scribere, prius conveniebant, quemadmodum dixi, inter se

de literis in aliarum locum substituendis. ^f duo ligna erant rotunda, oblonga, æqualis crassitiei & longitudinis, similiter dolata & apparata. ^g sub potestate sua & sub sigillo. ^h lineis. ⁱ qui sciebat eam artem. ^k cum autem ex ligno revolutum erat lorum, apparebant litera divisæ & dimidiata.

NOTÆ.

1. Commutando situ literarum.] Cæsari mos erat in secretioribus epistolis literarum situm ita commutare, ut literam quarto loco sequentem supponeret ejus in locum quæ tunc erat adhibenda.]

Sic pro A scribebat D, E pro B, &c. Suet. 2. Ejusdem longitudinis.] Erant hujusmodi ligna tres aut quatuor cubitos longa. Ut testatur interpres Pindari in Oden II. Olymp.

rum & apices in partis diversissimas spargebat : propterea si id lorum in manus hostium inciderat ; nihil quicquam conjectari ex eo scripto quibat. Sed ubi ille , ad quem erat missum , acceperat ; furculi compari , quem habebat , ¹capite ad finem , proinde ut debere fieri sciebat , circumplicabat : atque ita literæ per ambitum eundem furculi coalescentes rursus coibant ; integramque & incorruptam epistolam & facilem legi præstabant. Hoc genus epistolæ Lacedæmonii ^m ³ σκυτάλην appellant. Legebantus id quoque in vetere historia rerum Pœnicarum , virum indidem quempiam illustrem (sive ille Hasdrubal , sive quis alius est , non retineo) epistolam scriptam super rebus arcanis hoc modo abscondisse. Pugillaria nova nondum etiam ⁴cera illita accepisse ; literas in lignum incidisse ; postea tabulas , uti solitum est , cera conlevisse ; easque tabulas tamquam non scriptas , cui futurum id prædixerat , misisse ; eum deinde ceram derassisse , literasque incolumes ligno incisas legisse. Est & alia ⁵ in monumentis rerum Græcarum ⁿ profunda quædam & inopinabilis latebra barbarico astu excogitata. Histieus nomine fuit , loco natus in terra Asia non ignobili , Asiam tunc tenebat imperio rex Darius. Is Histieus , cum in Perlis apud Darium esset , Aristagoræ cuiusdam res quasdam occultas nuntiare furtivo scripto volebat. ^o Comminiscitur opertum hoc literarum admirandum. Servo suo diu oculos ægros habenti capillum ex capite omni , tamquam medendi gratia , deradit ; ^p caputque ejus leve in literarum formas compungit. His literis , quæ voluerat , perscripsit. Hominem postea , quoad capillus adolesceret , domo continuit. Ubi id factum est ; ire ad Aristagoram jubet. Et cum ad eum , inquit , veneris ; mandasse me dicito , ut caput tuum , sicut nuper egomet feci , deradat. Servus , ut imperatum erat , ad Aristagoram venit , mandatumque domini affert. Atque ille id non esse frustra ratus , quod erat mandatum , fecit. Ita literæ perlatæ sunt.

INTERPRETATIO.

1 a summo ligno ad imum circumplicabat lorum. m scyralen. n reconditissima & incredibilis ratio scribendi occulte inventæ subtilitate hominis externi. o ex- | cogitat hoc admirabile furtiva epistolæ genus. p & in ejus capite raso literarum characteres inussit.

NOTÆ.

3. Σκυτάλην.] Scytale dicebatur quod literæ in corio scriptæ essent. σκύτος corium | commixta obducebant.
5. In monumentis rerum Græcarum.] Id narrat Herodotus historiarum libro quinto.
4. Cera illita.] Ante inventum papyri usum lignea pugillaria veteres cera pici |

CAPUT X.

Quid de versibus Virgilii Favorinus existimavit, quibus^a in describenda
 fragrantia montis Ætnæ Pindarum poetam secutus est: collataque ab eo
 super eadem re utriusque carmina & dijudicata.

Favorinum philosophum, cum in hospitis sui¹ Antiatem villam^b æstu
 anni concessisset; nosque ad eum videndum Roma venissemus, me-
 mini super² Pindaro poeta & Vergilio in hunc fere modum differere. Ami-
 ci, inquit, familiaresque P. Vergilii in his, quæ de ingenio moribusque
 ejus memoriæ tradiderunt, dicere eum solitum ferunt, parere se versus
 more atque ritu urfino. Namque, ut illa bestia³ fœtum ederet^d inef-
 figiatum informemque, lambendoque id postea, quod ita edidisset, con-
 formaret & fingeret; proinde ingenii quoque sui partus recentes^e rudi
 esse facie & imperfecta;^f sed deinceps tractando colendoque reddere iis
 se oris & vultus liniamenta. Hoc virum jûdicii subtilissimi ingenue at-
 que vere dixisse res, inquit, judicium facit. Nam, quæ reliquit perfe-
 cta expolitaque, quibusque imposuit^h census atque dilectus sui supremam
 manum, omni poeticæ venustatis laude florent: sedⁱ quæ procastinata
 sunt ab eo ut post recenserentur, & absolvi, quoniam mors præverterat,
 nequiverunt; nequaquam poetarum elegantissimi nomine atque judicio
 digna sunt. Itaque cum morbo oppressus adventare mortem videret; pe-
 tivit oravitque a suis amicissimis impense, ut Æneida, quam nondum
 satis elimasset,^k adolerent. In his autem, inquit, quæ videntur retra-
 ctari & corrigi debuisse, is maxime locus est, qui de monte⁴ Ætna fa-
 ctus est. Nam cum Pindari veteris poetæ carmen, quod de natura at-
 que fragrantia montis ejus compositum est, æmulari veller: ejusmodi
 sententias & verba molitus est, ut Pindaro quoque ipso, qui nimis opima

INTERPRETATIO.

a In exprimendis incendiis. b se contu-
 lisset per æstatem. c quemadmodum urfi
 pariant fœtus suos. d sine ulla figura &
 forma. e esse rudes & impositos. f sed po-
 stea se resingentem eos versus & melius
 ornantem reddere succi & sanguinis ple-
 niores. g ex ejus versibus potest judicari.
 h ad eos limandos & seligendos. i sed qua
 distulerat in futurum tempus corrigenda.
 k comburerent. l adhibuit hujusmodi lo-
 cutiones & vocabula, ut in eo loco appa-
 reat crassior & turgentior ipso Pindaro.

NOTÆ.

1. Antiatem villam.] Antium Lati-
 norum portus est in Italia; cujus hodie
 nihil præter ruinas extat. Antio rovinato.
 2. Pindaro.] Pindarus Thebanus Ly-
 ricorum inter Græcos facile primus, cla-
 ruit Olymp. lxxxv. ut ex Suida colligi-
 tur, anno ante Christum ccccxl.
 3. Fœtum ederet ineffigiatum, &c.]
 Mera sunt hæc veterum figmenta, qui-
 bus occasionem id dedit, quod ursæ
 fœtus pariant crassissima pelle involu-
 tos, quæ ut disrupta est, intus omnino
 formati reperiuntur catuli. Id in Alpi-
 bus visum a venatoribus testatur Sca-
 liger.
 4. Ætna.] Mons Siciliæ incendiis in-
 terdum erumpentibus celebris. De quo
 jam supra diximus.

pinguique esse facundia existimatus est, insolentior hoc quidem in loco tumidiorque sit. Atque uti vosmetipsos, inquit, ejus quod dico arbitros faciam; carmen Pindari, quod est super monte Ætna, ^m quantum est mihi memoriæ, dicam

5 Ἡ Τὰς ἐρδίζονται μὲν ἀπλά-
του πνεὺς ἀγρίταται
Ἐκ μυχῶν παραί. ποταμοὶ
Δ' ἀμέσσει μὲν ἀεχέοντι ῥέον καπνῶ
10 Αἴθων, ἀλλ' ἐν ὄρῳσι πύσσας
Φοίνισσα κυλινδομβά φλόξ ἐς βαθεῖ-
αν φέρει πόντου πλάκα σὺν πατόφω.
Κεῖνο δ' ἀφάσσιο κερυνούς ἐρπετὸν
Διφοτάτους ἀλαπέμ.
15 πει· τέρας μὲν θαυμάσιον ἀεσιδέ-
σθαι, θύδμα ἢ παριόν-
των ἀκούσαι.

Audite nunc, inquit, Vergilii versus; quos s inchoasse eum verius dixerim quam fecisse.

10 Ὁ Portus ab accessu ventorum immotus, & ingens
Ipse; sed horrificis juxta tonat Ætna ruinis,
Interdumque atram prorumpit ad aethera nubem
Turbine fumantem picco & candente favilla,
Attollitque globos flammarum & sidera lambit.
25 Interdum scopulos avulsaque viscera montis
Erigit eructans, liquefactaque saxa sub auras
Cum gemitu glomerat, fundoque exaestuat ino.

INTERPRETATIO.

cujus oratio credita est nimis adipata & pinguis, in quantum recordari possum. n Cujus erumpunt inaccessi- si ignis purissimi ex penetralibus fontes. Fluvii autem de die profundunt fluentium fumi ardens, sed per noctes saxa purpurea involvens flamma in profundam fert maris planitiæ cum fragore. Hoc vero Vulcani gurgites reptile maxime horribiles emittit. Portentum quidem admirabile aspectu, admirabile autem & transgres-

sis auditu. o portus est magnus, & securus adversus turbines ventorum; sed proximus est Ætna intonanti cum horrendis ruinis. Aliquando ad cælum emittit nubem atram, nigrantem fumum instar picci turbini, & favillam ardentem, & globos flammarum & astra ipsa propius attingit: aliquando in auras attollit evomens rupes & abstracta e montis penetralibus saxa, & cum ingenti sonitu rotat in altum lapides in calcem resolutos, & in imo cavernarum fundo exaestuati.

NOTA.

s. Inchoasse eum verius dixerim.] Hic a Gellio dissentiunt doctissimi quique Virgilii interpretes, & in his versibus non modo parem Pindaro Virgilium esse contendunt, sed etiam superiorem. Quis enim id ferat, ut inter alia notat

de la Cerda, ignem ex imis Ætnæ penetralibus vocari purissimum, flammam erumpentem vocari reptile, quæ vox in eas res cadit quæ a terra minime se attollunt.

Jam principio, inquit, Pindarus veritati magis obsecutus, id dixit quod res est, quodque istic usu veniebat quodque oculis videbatur, ^p interdū fumare Ætnam, noctu flammigare. Vergilius autem, dum in strepitu sonituque verborum conquirendo laborat, ⁶ utrumque tempus nulla discretione facta confundit. Atque ille, ⁷ Græcus quidem, fontes ⁹ imitus ignis eructare, & fluere amnis fumi, & ^r flammarum fulva & tortuosa volumina in plagas maris ferre, quasi quosdam igneos amnes, luculente dixit. At hic noster, ⁸ atram nubem turbine piceo & favilla fumantem, ^{ερον κερνὴ ἀΐθρα} interpretari volens, crasse & immodice congeffit: globos quoque flammarum, quod ille ^ε κερνὴς dixerat, duriter & ^α ἀΐθρας transtulit. Item quod ait, *sidera lambit*; ^x vacanter hoc etiam, inquit, accumulavit & inaniter. ^v Neque non id quoque inenarrabile esse ait, & propemodum insensibile; quod *nubem atram fumare dixit turbine piceo & favilla candente*. Non enim fumare, inquit, solent ⁹ neque atra esse, quæ sunt candentia: nisi si *candente* dixit pervolgate & improprie pro ferventi favilla, non pro ignea & relucente. Nam *candens* scilicet est a candore dictum, non a calore. Quod saxa autem & scopulos eructari & erigi, eisdemque ipsos statim liquefieri & gemere atque glomerari sub auras dixit; hoc, inquit, nec a Pindaro scriptum, ¹⁰ nec unquam fando auditum; ^z & omnium, quæ monstra dicuntur, monstruosissimum est.

INTERPRETATIO.

p de die, q ex fundo. r bene dixit in aquas maris deferre ardentem & sinuosos ignium vortices, tanquam quosdam fluvijs ignis, fluxum fumi ardentem. r fontes. v improprie. x hoc præterea, inquit, addidit

frustra & inutiliter. y etiam adjungit hoc non posse dici, & fere comprehendere non posse. z & inter omnia quæ videntur incredibilia est maxime incredibile.

NOTÆ.

6. *Utrumque tempus confundit.* Imo tem uti se habet, Virgilius exponit; aservunt enim oculati testes modo de die, modo de nocte nullo servato discrimine ex Ætna flammæ erumpere.

7. *Ille Græcus quidem, &c.* Hanc emendatam a Lipsio lectionem sequimur, atque ille *Græcus quidem fontes imitus ignis eructare &c.* cum in vestustioribus exemplaribus legatur. Atque ille *Græcos quidem fontes imitatus ignis eructare.*

8. *Atram nubem, &c.* Melius fumum ut notat de la Cerda cum atra nu-

be & piceo turbine quam cum fluvijs compares; unde hic Pindarum Virgilius non tam imitatus est quam emendavit.

9. *Neque atra esse quæ sunt candentia.* Quid mirum est albam favillam cum piceo turbine & atra nube volitare?

10. *Nec unquam fando auditum.* Contra vero vix est qui de incendijs Ætnæ loquatur, qui non etiam dicat inde ignita saxa & scopulos ardentem evolvi; quemadmodum varijs autoritatibus prolatis & Græcis & Latinis de la Cerda doctissime demonstrat.

CAPUT XI.

Quod Plutarchus in libris symposiacis opinionem Platonis de habitu atque natura stomachi fistulaeque ejus, quæ τραχεία dicitur adversum Erasistratum medicum tutatus est auctoritate adhibita antiqui medici Hippocratis.

5 **E**T Plutarchus & alii quidam docti viri reprehensum esse ab Erasistrato nobili medico Platonem scripsere; quod potum dixit defluere ad pulmonem, ^a eoque satis humectato demanare per eum, quia sit rimosior, & confluere inde in vesicam: errorisque istius fuisse ² Alcæum ducem, qui in poematis suis scriberet;

^b Τέγγε πνέμονας οἴφρ. τὸ γδ ἄσεν ἀετέλλεται.

10 Ipsum autem Erasistratum dicere duas esse quasi canaliculas quasdam vel fistulas; easque ab oris faucibus ^c proficisci deorsum; per earumque alteram deduci delabique in stomachum ^d esculenta omnia & poculenta; ex eoque ferri in ventriculum, qui Græce appellatur ^e ἡ κάρτω κοιλία; atque ^f ibi subigi degerique; ac deinde aridiora ex his ^g recrementa in alvum ^h convenire, quod Græce ⁱ κῶλον dicitur, humidiora per renes in vesicam. Per alteram autem fistulam, quæ Græce nominatur ^k 4 τραχεία ἀρτηρία, ^l spiritum a summo ore in pulmonem, atque inde rursus in os & in naris commeare; perque eandem viam vocis quoque fieri ^m meatum: ac, ne potus cibisque aridior, quem oporteret in stomachum ire, ⁿ proccideret ^o ex ore, labereturque in eam fistulam, per quam spiritus ^p reciprocat, ^q eaque offensione intercluderetur animæ via; impositam esse arte quadam & ope naturæ inde ^r apud duo ista foramina, quæ dicitur

INTERPRETATIO.

^a Et cum pulmonem sufficienter irrigavit, per eum transire, quia habet multas rimas, & inde in vesicam delabi. ^b humectat pulmones vino, astrum enim canicula oritur. ^c infra tendere. ^d quæcunque eduntur & bibuntur. ^e inferior venter. ^f ibi concoqui ac digeri. ^g excre-

menta. ^h crassum intestinum, ⁱ aspera arteria. ^k aerem per os attrahi a pulmone, & ab eodem remitti per os & naves. ^l transitum. ^m aberraret a canali in quem debet defluere. ⁿ a pulmonibus attrahitur ac remittitur. ^o & eo casu impeditur respiratio. ^p supra illos duos canalicu-

NOTÆ.

1. Plutarchus.] Id refert problemate I. libri VII. Symposiacorum.

2. Alcæum.] Alcæus poeta Lyricus Mitileneus, Alcaico carmini nomen fecit. Gravis cum Pittaco cæterisque potentioribus inimicitias exercuit. Perianthri temporibus ut ex Herodoto colligitur suppar. Floruit Eusebio teste Olympiade XLIV. ante Christum annis IXXV.

3. Κῶλον.] Ita legitur in editione ACensiana & Gryphiana. In quibusdam

aliis habetur κοιλὸν sed minus, ut opinor, recte. Κῶλον autem est pars crassioris intestini aut alvus. Vossius cum quibusdam eruditissimis scribendum censet κῶλον.

4. Τραχεία ἀρτηρία.] Aspera arteria est ille canalis, quo aer ad pulmones pervadit: dicitur arteria ut voluit aliqui ἀπὸ τῆς τοῦ ἀέρα πνεύσας ab ære servando; aspera autem quod ex durioribus & quasi asperis cartilaginibus constet.

Ἐπιγλωττίς, quasi claustra quædam mobilia, conniventia vicissim & resurgentia; eamque ἐπιγλωττίδα inter edendum bibendumque operire atque protegere πῶς τε αἰθέραν ἀρτηρίαν, ne quid ex esca potuve incidere in illud quasi 9^a æstuantis animæ iter; ac propterea nihil humoris influere in pulmonem 1^a ore ipso arteriæ commœnito. Hæc Erasistratus medicus adversus Platonem. Sed Plutarchus, in libro Symposiacorum, auctorem Platonis sententiæ Hippocratem dicit fuisse; idemque esse opinatos & Philistiona Locrum & 8^a Dexippum 1^a Hippocraticum veteres medicos & nobiles; atque illam, de qua Erasistratus dixerit, ἐπιγλωττίδα non idcirco in eo loco constitutam, ne quid ex potu influeret in arteriam (nam pulmonem quoque fovendo rigandoque utiles necessarioque humores videri) sed appositam quasi moderatricem quamdam arbitramque prohibendi admiscendive, quod ex salutis usu foret; 2^a uti edilia quidem defenderet ab arteria depelleretque in stomachi viam; potum autem partiretur inter stomachum & pulmonem, & 3^a, quod ex eo admitti in pulmonem per arteriam deberet, 4^a non rapidum id neque universum sed quædam quasi obice sustentatum ac repressum sensim paulatimque transmitteret; atque omnem reliquum in alteram stomachi fistulam derivaret.

INTERPRETATIO.

1^a : qua vocantur epiglottis, quasi duo opercula mobilia, qua per vices deprimuntur & attolluntur. 2^a ingredientis & egredientis aeris. 3^a si quidem clausus est aditus ejus cœnalis qui tendit ad pulmo-

nem. 4^a sequentem opinioniones Hippocratis. 5^a ut qua eduntur prohiberet ingredi in arteriam. 6^a non defluentem magno impetu nec totum.

NOTÆ.

5. Ἐπιγλωττίς.] Epiglottis est quoddam quasi operculum cartilagineum, annexum interius juxta radicem linguæ, quod ita deprimatur ne quid cibi in asperam arteriam incidat, ut tamen ad respirationem identidem attollatur.

6. Æstuantis anima.] Metaphora est, quemadmodum enim in accessu & recessu mare dicitur æstuarè, ita spiritus ad pulmones attractus ac paulopost repulsus recte vocatur æstuantis. Porro anima hic

sumitur pro aere.

7. Dexippus.] Dexippi Hippocratis discipuli meminere Galenus & Suidas: itaque quod in vulgatis hæctenus editionibus *Dioxippus* legitur, mendum suspicamus. Porro hic claruerit annis circiter ante Christum ccccxx. cum Hippocrates ab Eusebio referatur ad Olympiad. lxxxvi. sive ad annum ante Christi ortum circiter ccccxxxvi.

CAPUT XII.

De materiis infamibus, quas Greci ἀδξες appellant, a Favorino exercendi gratia disputatis.

INfames materias, sive quis mavult dicere inopinabiles, quas Greci ἀδξες ἀποδξεις appellant, & veteres adotti sunt non ¹ sophista solum sed philosophi quoque; & noster Favorinus ^b oppido quam libens in eas materias dicebat, vel ingenio expurgificando ratus idoneas vel exercendis argutiis vel edomandis usu difficultatibus: sicuti cum ² Therfitæ laudes quæsiuit, & cum ^c febrim quartis diebus recurrentem laudavit, lepida sane multa & non facilia inventu in utramque causam dixit; ea-
¹⁰ que scripta in libris reliquit: sed in febris laudibus testem etiam Platonem produxit; quem scripsisse ait, qui quartanam passus convalescit viresque integras reciperaverit, ^d fidelius constantiusque postea valiturum. Atque inibi in iisdem laudibus non hercle hac sententiola invenuste lusit. Verius, inquit, est ^f longo hominum ævo probatus:

¹⁵ Ἐλλοτε μητρὴν πάλιν ἡμέρη, ἄλλοτε μήτηρ.

Eo versu significatur, non omni ^h die bene esse posse; sed isto bene, atque alio male. Quod cum ita sit, inquit; ut in rebus humanis ⁱ bene aut male vice alterna sit; ^k hæc biduo medio intervallata febris, quanto est fortunatior, in qua est ^l μία μητρὰ, δύο μήτρες;

INTERPRETATIO.

^a Antiqui non solum sophista sed etiam philosophi tractarunt de argumentis orationum ignobilibus vel ut quidam volunt inopinabilibus, quæ nunquam venient in mentem alicujus: has Greci vocant materias ignobiles. ^b libentissime diserebat de hujusmodi argumentis, putans ea esse apta ad excitandum ingenium vel acuendam subtilitatem, vel vincendas exercitatione difficultates. ^c febrim quartanam. ^d habiturum valetudinem

stabiliorē & firmiorē. e & eodem in loco eleganter omnino attulit hanc sententiolam in illis laudibus. f jampridem.

g aliquando noverca est dies, aliquando mater
 h posse esse res prosperas i vicissim succedant felicitas & infelicitas. k hac febris non rediens nisi tertio quoque die, quam felix est, si quidem in ea sunt una noverca & dua matres?

NOTÆ.

1. *Sophista.*] Ii sunt qui fallacibus conclusiunculis falsa persuadere, & inanem doctrinæ speciem student ostentare.
 2. *Therfite.*] Therfites vir apud Homerum ingenio non minus quam corpore deformis.

3. *Ἀλλοτε μητρὴν, &c.*] Sensus est aliam diem quasi esset hominibus noverca iniquissima, eos variis calamitatibus afficere, aliam autem instar benignæ matris plurimis bonis cumulare.

CAPUT XIII.

Quin, particula quot qualesque varietates significationis habeat,
& quam saepe in veterum scriptis obscura sit.

Quin, particula quam grammatici conjunctionem appellant, variis modis sententiisque connectere orationem videtur. Aliter enim dici putatur, cum quasi increpantes vel interrogantes vel exhortantes dicimus; ^a *Quin venis? Quin legis? Quin fugis?* Aliter cum ita confirmamus; *Non dubium est quin M. Tullius omnium sit eloquentissimus.* Aliter autem, cum sic componimus; quod quasi priori videtur contrarium; *Non idcirco causas Isocrates non defendit, quin id utile esse & honestum existimavit:* ^c a quo illa significatio non abhorret, quæ est in tertia Origine M. Catonis: ^d *Haud eos, inquit, eo postremum scribo, quin populi & boni & strenui sint.* In secunda quoque Origine M. Cato ^e non longe secus hac particula usus est. *Neque satis, inquit, habuit quod eam in occulto vitaverat, quin ejus famam prostitueret.* Præterea animadvertimus Quadrigrarium in octavo annalium particula ista usum esse obscurissime. Ipsius verba posuimus: *Romam venit: vix & superat quin triumphus decernatur.* Item in sexto annali ejusdem verba hæc sunt. *Pane factum est, quin castra relinquerent atque cederent hosti.* ^f Non me autem præterit dicere aliquem posse de summo pectore, nihil esse in his verbis negotii. Nam, *quin*, utrobique positum pro *ut*; planissimumque esse si ita dicas: *Romam venit: vix superat ut triumphus decernatur.* Item alio in loco: *Pane factum est ut castra relinquerent atque cederent hosti.* ^g Sed utantur sane, qui tam expediti sunt, perfugiis commutationum in verbis quæ non intelliguntur: utantur tamen, ubi id facere poterunt verecundius. Hanc vero particulam, de qua dicimus, nisi quis didicerit compositam copulatamque esse, neque vim tantum conjungendi habere, sed certa quadam significatione factam; numquam profecto rationes ac varietates istius comprehensurus est. Quod quia longioris dissertationis est, poterit, cui orium est, reperire hoc in P. Nigidii commentariis, quos Grammaticos inscripsit.

INTERPRETATIO.

^a Cur non venis? ^b quod id putaverit esse nec utile nec honestum ^c ad quem sensum accedit significatio qua est in libro tertio originum M. Catonis. ^d non eos scribo ultimo loco, quod non sint populi fortis & boni. ^e sere similiter. ^f nisi. ^g & agere impetrat ut sibi destinetur triumphus. ^h ut. ⁱ non ignoro aliquem posse dicere tacitum, nullam esse in his phrasibus difficultatem. ^k sed qui tam paucas reperiant difficultates, ut ista explicent, dicant alia verba pro aliis esse posita.

CAPUT XIV.

Sententia ex Publii mimis selecta lepidiores.

^a Publius mimos scriptitavit; dignusque habitus est, qui suppar La-
berio judicaretur. C. autem Cæsarem ita Laberii maledicentia & ar-
rogantia offendebat, ut acceptiores & probatiores sibi esse Publii quam
5 Laberii mimos prædicaret. Hujus Publii sententiæ feruntur pleræque le-
pidæ, & ad communem sermonum usum commendatissimæ. ^b Ex quibus
sunt istæ singulis versibus circumscriptæ; quas libitum hercle est adscri-
bere.

10 *Malum est consilium, quod mutari non potest.*
Beneficium dando accepit, qui digno dedit.
Feras, non culpes, quod vitari non potest.
Cui plus licet quam par est, plus vult quam licet.
Comes facundus in via pro vehiculo est.
15 ^c *Frugalitas* ² *inserta est rumoris boni.*
^d *Heredis fletus sub persona risus est.*
Furor fit laesa sapiens patientia.

----improbe

20 *Neptunum accusat, qui iterum naufragium facit.*
Ita amicum habeas, posse ut fieri hunc inimicum putes.
Veterem ferendo injuriam, vites novam.
Numquam periculum sine periculo vincitur.
Nimum altercando veritas amittitur.
Pars beneficii est, quod petitur si belle neget.

INTERPRETATIO.

^a Publius sæpe scripsit comedias. ^b inter quas sententias, has qua comprehen-
duntur singulis versibus, mihi placuit hic
scribere. ^c temperantia est decus bona exi-
stimationis. ^d heredis lachryma sunt risus
occultati sub larva. ^e si cum urbanitate
recuses.

NOTÆ.

1. *Publius.*] Hic natione Syrus, con-
ditione servus ob festivos ingenii sales
libertate donatus, animum ad scribendas
comedias appulit tanto plausu, ut vel
ipsi Julio Cæsari maxime probarentur.
Decimo mense post Cæsaris cædem Pu-
teolis obiit ut autor est Eusebius in Chro-
nico. Scilicet anno U. C. ICCCXI. ante
Christi ortum XLIII. Confule notas in
Iemmata capitum libri octavi.

2. *Inserta.*] Inserta, ut notat Scali-

ger, idem est quod instita, tenuis fal-
ciola, quam matronæ nobiles ad infi-
mam vestis oram assuebant ad ornam.
Cum igitur instita seu inserta vestis sit
ornamentum, eleganti metaphora in-
sertam boni rumoris, Publius ornamen-
tum bonæ existimationis appellavit.

3. *Heredis fletus, &c.*] Solent nempe
hæredes conceptum animo gaudium tri-
stiore vultu dissimulare.

CAPUT XV.

Quod Carneades academicus elleboro stomachum purgavit scripturus adversus Zenonis stoici decreta : deque natura medelaque ellebori candidi & nigri.

Carneades academicus, scripturus adversum stoici Zenonis libros, superiora corporis ^a elleboro candido purgavit; ne quid ex corruptis in stomacho humoribus ^b ad domicilia usque animi redundaret, & constantiam vigoremque mentis ^c labefaceret. Tanta cura tantoque apparatu sui vir ingenio præstanti ad refellenda, quæ scripserat Zeno, aggressus. Id cum in historia Græca legissem; quod elleboro candido scriptum erat, quid esset quæsi. Tum comperi duas species ellebori esse ^d discerniculo coloris insignes, candidi & nigri: eos autem colores non in semine ellebori, ^e neque in virgultis, sed in radice dignosci: candido stomachum & ventrem superiorem vomitionibus purgari; nigro alvum, quæ inferior vocatur, ^f dilui: utriusque hanc esse vim, ut humores noxios, in quibus causæ morborum sunt, extrahant. Esse autem periculum ^g inter causas morborum, omni corporum via patefacta, ea quoque ipsa in quibus causa vivendi est, exinaniantur; amissoque omni naturalis alimonix fundamento homo exhaustus intereat. Sed elleborum sumi posse tutissime in insula ^h Anticyra Plinius Secundus, in libris naturalis historix, scripsit: propterea ⁱ Livium Drusum, qui tribunus plebi fuit, 20

INTERPRETATIO.

^a Stomachum. ^b perveniret ad caput ubi est sedes ingenii. ^c debilitaret. ^d notabiles differentia coloris. ^e nec in ramis. ^f purgari. ^g ne expulsa agritudinis causa, reclusis mentibus corporum exhauriantur illa partes, in quibus est principium vita, & sic destructo fundamento naturalis nutritionis homo, &c.

NOTÆ.

1. *Carneades.*] Philosophus Cyrenæ oriundus divina quadam celeritate ingenii ac dicendi copia fuit præditus. Ab Atheniensibus legatus cum Critolao & Diogene Romam venit. Ut jam alias memini me dicere. Annum ejus obitus maxime incertum esse apud veteres observavit Petavius. Apollodoros enim in ætropicis apud Laertium obiisse illum assererat anno IV. Olymp. CLXII. qui est U. C. ICCCXVI. Verum apud Ciceronem in primo de Oratore dicit Antonius se proconsulem Athenis convenisse Carneadem Academicum. Annus iste proconsulatus Antonii fuit U. C. ICCCII. ante Christum C. I.

2. *Elleboro.*] Herba cujus est admira-

bilis in purgando virtus.

3. *Anticyra.*] Anticyra insula est ad Maliacum sinum, Golfo di Ziton.

4. *Livium Drusum.*] M. Livius Drusus genere & eloquentia celebris, eximix liberalitatis, ut nihil cuiquam ad largiendum præter calum ac cœnum reliquisse dicitaret. Tribunus plebis fuit an. U. C. ICCCXII. ante Christum CXXI. Legem de civitate sociis danda promissam ferre non potuit repugnante tota civitate. Hinc vehementer anxius in publico corruit, & sive morbo comitiali, sive hausto caprino sanguine semianimis domum relatus est. Spe frustrati socii defectionem moliantur. Drusus ut causa turbaram accusatus in senatu cum do-

cum^h morbum, qui^s comitalis dicitur, pateretur, Anticyram navigasse, & in ea insula elleborum bibisse ait; atque ita morbo liberatum. Præterea scriptum legimus, Gallos in venatibus tinguere elleboro sagittas; quodⁱ his ictæ exanimatæ feræ teneriores ad epulas fiant; sed^k propter ellebori contagium vulnera ex sagittis facta circumcidere latius dicuntur.

INTERPRETATIO.

h morbum caducum. i quod fera his spiculis percussa & interfecta fiant, &c. k quod ellebori vis circum pervaserit.

NOTÆ.

mum inde se reciperet, a sicario summisso cultro vulneratus in atrio corruit, & paulo post in magistratu decessit. *Appianus, Livius, &c.*

s. Qui comitalis, &c.] Morbus caducus ideo comitalis est appellatus, quod si quis ipsis in comitiis hoc morbo corruisset, dissolvenda erant comitia.

CAPUT XVI.

Anates Ponticas vim habere venenis detergendis potentem; atque ibi de Mithridatis regis in id genus medicamenti sollertia.

A Nates^a Ponticas dicitur edundis vulgo venenis victitare. Scriptum etiam a¹ Læneo Cn. Pompeii liberto, ² Mithridatem illum Ponti regem medicinæ rei & ^b remediorum id genus sollertem fuisse: solitumque earum sanguinem miscere medicamentis, quæ digerendis venenis^c valent: eumque sanguinem^d vel potentissimum esse in ea confectione: ipsum autem regem, assiduo talium medelarum usu, a clandestinis epularum infidiis cavisse: quin & ^e scientem quoque ultro & ostendendi gratia venenum rapidum & velox sæpenumero hausisse; atque id tamen sine noxa fuisse: quamobrem postea, cum prælio victus in ultima regni refugisset & mori decrevisset, venena violentissima festinandæ necis frustra ex-

INTERPRETATIO.

a Qua nascuntur in Ponto regione Asia minoris. b fuisse peritum in hujusmodi remediis. c utilia sunt. d maxime valere. e de industria ebibisse venenum præsen-

tissimum sponte & ad artem suam exhibendam: & id tamen ipsi minime nocuisse.

NOTÆ.

1. Læneo.] Pompeius Læneus Magni libertus, autore Plinio, grammaticæ artis doctissimus, medicæ artis scientiam ad Romanos transtulit. Eum enim Pompeius Magnus victi Mithridatis scripta, quæ de re medica plurima conquiverat, e Græco fuit in Latinum sermonem convertere. Eaque victoria vitæ non minus quam reip. profuit.

2. Mithridatem.] Præter ea quæ supra diximus de Mithridate id subijciam ex Plinio, cum vitæ retinendæ cupiditate solitum ebibere venenum, ut consuetudine ipsa innoxium fieret. Neque id fraudi fuit. Regnavit annos LVI, vixit LXXXIV, victurus etiam diutius, nisi violentas sibi manus attulisset.

peritus, suo se ipse gladio transegit: hujus regis antidotus celebratissima est, quæ 3 Mithridatios vocatur.

NOTA.

3. *Mithridatios.*] Mithridaticum anti-remedium ab inventore Mithridate no-
dotum præsentissimum adversus venena | men habuit.

CAPUT XVII.

Mithridatem Ponti regem duarum & viginti gentium linguis locutum, Quintumque Ennium tria corda habere sese dixisse, quod tres linguas percullisset, Græcam, Oscam, Latinam. 5

Quintus Ennius tria corda habere sese dicebat, quod loqui Græce & 1 Osce & Latine sciret. Mithridates autem Ponti atque Bithyniæ rex inclutus, qui a Cn. Pompeio bello superatus est, duarum & viginti gentium, quas sub ditione habuit, linguas perculluit: earumque omnium gentium viris haud umquam per interpretem collocatus est: 2 sed ut quemque ab eo appellari usus fuit, proinde lingua & oratione ipsius, non minus scite quam si gentilis ejus esset, locutus est. 10

INTERPRETATIO.

a Sed quando necesse erat alloqui ali-lingua, ejusque sermone tam eleganter
quem ex illis nationibus, utebatur ejus | quam si fuisset oriundus ex illa gente.

NOTA.

1. *Osee.*] Osceorum gens in Italia, oram Campaniæ maritimam alias incoluit.

CAPUT XVIII.

Quod M. Varro C. Sallustium historiam scriptorem deprehensum ab Annio Milone in adulterio scribit, & loris casum pecuniæque data dimissum.

Marcus Varro in literis atque vita fide homo multa & gravis, in 15 libro, quem inscripsit *Pius aut de pace*, C. Sallustium scriptorem feræ illius & severæ orationis, in cujus historia b notiones censoriæ fieri atque exerceri videmus, in adulterio deprehensum ab Annio Milone loris bene casum dicit, & cum dedisset pecuniam dimissum.

INTERPRETATIO.

a M. Varro cui magna fides debet ha- b legimus tot animadversiones fieri &
beri propter eruditionem & probitatem. | adhiberi a censoribus.

NOTA.

1. *Notiones.*] Fortasse legendum hoc propter morum corruptelam senatorem mo-
loco notationes. Tum enim ignominia | vebant e senatu, velle equum ad-
notare censores dicebantur, cum pro- | mebant.

CAPUT XIX.

Quid Epictetus philosophus dicere solitus sit hominibus nequam & impuris disciplinas philosophiæ studiose tractantibus; & quæ duo verba observanda præceperit omnium rerum longe salubria.

FA vorinum ego audiui dicere Epictetum philosophum dixisse, plerosque istos, qui philosophari viderentur, philosophos esse hujuscemodi ^a *ὡς τὸ ἀεὶ πρὶν, μέχρι τῆ λέγειν*: id significat, factis procul, verbis tenuis. Jam illud est vehementius quod Arrianus solitum eum dictitare in libris, quos de dissertationibus ejus composuit, scriptum reliquit. Nam cum, inquit, animadverterat hominem pudore amisso, ^c impotuna industria, corruptis moribus audacem, confidentem lingua, ceteraque omnia præterquam animum procurantem, istiusmodi, inquit, hominem cum viderat studia quoque & disciplinas philosophiæ contrectare & physica adire & meditari dialectica, ^d multaque id genus theoremata suspicari sciscitarique: ^e inclamabat deum atque hominum fidem, ac plerumque inter clamandum his eum verbis increpabat. ^f *Ἀνδραπε τὸ βάλλης; σέψαι εἰ κεκλιδαται τὸ ἀγαθόν, ἀλλ' ἢ εἰς τιὸ οἴησιν αὐτὰ βάλλης, ἀπώλετο· ἢ σαπῆ, ἢ ἔθνη, ἢ ἔθνη ἢ ὄσοιτο αὐτὸ, ἢ τὴ τούτων χεῖρον.* Nihil profecto his verbis gravius, nihil verius; quibus declarabat maximus philosophorum literas atque doctrinas philosophiæ, cum in hominem falsum atque degenerem tamquam in vas spurcum atque pollutum influxissent, verti, mutari, corrumpi, & quod ipse ^g *κυνικώτερον*, urinam fieri, aut si quid est urina spurcius. Præterea idem ille Epictetus, quod ex eodem Favorino audivimus, solitus dicere est, duo esse vitia multo omnium gravissima ac terribissima, intolerantiam & incontinentiam; cum aut injurias, quæ sunt ferendæ, non toleramus neque ferimus; aut a quibus rebus voluptatibusque ^h nos tenere debemus, non tenemus. Itaque, inquit, si quis hæc duo verba cordi habeat, eaque sibi imperando atque observando curet: is erit ⁱ pleraque impeccabilis, vitamque viveret tranquillissimam. Verba duo hæc dicebat, ^k *ἀπέχεσθαι ἀπίχου.*

INTERPRETATIO.

a Sine factis, verborum tenuis philosophos. b quod Arrianus scripsit eum pro more sæpe dixisse in libris quos, &c. c ingeniosa nequitia d & indagare & inquirere multas dissertationes hujus generis. e invocabat testes deos & homines. f homo quem in locum injicis? Vide an pur-

garum sit vas: nam si ad inanem opinionem illa injicias, perierint. Si putrescant, urina aut acetum fient, aut si quid iis pejus est. g & quod magis cynice dicebat. h nos debemus abstinere, non abstinemus. i in plurimis. k sustine & abstine.

NOTÆ.

i. Κυνικώτερον.] Cynici philosophi fieri sic dicti a canina mordacitate qua hominum vitia exagitabant. Unde κυνικώτερον idem est atque acriori mordacitate. Sed vide quæ de Cynicis diximus in notis ad cap. V. lib. IX.

CAPUT XX.

Verba sumpta ex Symposio Platonis ^a numeris coagmentisque verborum scite, modulate apteque, exercendi gratia in Latinam orationem versa.

Symposium Platonis apud philosophum Taurum legebatur. Verba illa ¹ Pausaniæ inter convivas amorem ^b vice sua laudantis : ea verba ita ^c profum amavimus, ut meminisse etiam studuerimus. Sunt adeo, quæ meminimus, verba hæc : ^d Πᾶσα γὰρ ἀρετὴ ὡς ἐστὶν αὐτῆς ἀρετῆς ἀπομύθη, οὐτε καλῆ, οὐτε αἰχρᾶ, οἷον νυθὶς ἡμεῖς ποιοῦμεν ἢ πίνην ἢ ἀδελφῆν ἢ διαλέγεσθαι. οὐδ' ἐστὶ τοῦτων αὐτὸ καλὸν ἔσθ' ἐν, ἀλλ' ἐν τῇ ἀρετῇ, ὡς αὐτὴ ἀρετῆς, ποιοῦν ἀπέθ' ἐν. καλῶς μὲν γὰρ ἀρετῆς ἀπομύθη καὶ ὁρθῶς καλὸν γίγνεται. μὴ ὁρθῶς δ', αἰχρᾶν. οὐπω δὲ καὶ τὸ ἐργᾶν, καὶ ὁ ἔργον, οὐ πᾶς ἐστὶ καλὸς, οὐδὲ ἀξιότιμος. ἀλλ' ὁ καλῶς ἀρετῆς ἀπομύθη ἐργᾶν. Hæc verba ubi lecta sunt ; ^e atque ibi Taurus mihi ; Heus, inquit, tu ^f rhetorice (sic enim me in principio recensens in diatribam acceptum appellabat, existimans eloquentiæ unius extendendæ gratia Athenas venisse) ^g videsne, inquit, ἐνδομίμμη crebrum & coruscum & convexum, brevibusque & rotundis numeris cum quadam ^h æquabili circumactione devinctum ? Habesne nobis dicere in libris rhetorum vestrorum tam apte tamque modulate compositam orationem ? Sed hos, inquit, tamen numeros censeo videas ⁱ ὁμοῖο πάροςθεν, ^k Ad ipsa enim Platonis penetralia, ipsarumque rerum pondera & dignitates pergendum est ; non ad vocularum ejus amœnitatem nec ad verborum venustates ^l deversitandum. Hæc admonitio Tauri, de orationis Platoniciæ modulis, non modo non repressit sed ^m instinxit etiam nos ad elegantiam Græcæ orationis verbis Latinis ⁿ affectandam : ^o atque uti quædam animalium parva

INTERPRETATIO.

^a Ad exercitationem translato in Latinum sermonem, eleganter, numerose & apte verbis numerosis ac bene conjunctis. ^b vicissim. ^c magnopere. ^d omnis enim actio sic se habet : ipsa per se ipsam actio neque honesta neque turpia. Quem admodum nunc sunt res quas nos facimus, aut bibere aut canere aut sermocinari. Nihil est horum per se ipsum honestum : sed in actione qualiter factum est, taliter evenit. Si enim honeste factum est & recte, honestum fit. Si vero non recte factum est, fit turpe. Sic & amare & amor non omnis est honestus neque dignus laude : sed qui honeste facit ut amemus. ^e statim. ^f parve rhetor (ita enim saepe ap-

pellabat in iis, & cum primum in ejus scholam admisus sum, credebat me venisse in urbem Athenas ad ediscendam tantum eloquentiam) ^g an vides in hoc loco Platonis sententiam multiplicem, illustrem, & rotundam, connexam brevi circuitu verborum & comprehensam æquabili verborum circuitu. ^h obiter. ⁱ nam consideranda est mens Platonis cum rerum momentis ac prestantia. ^k digredientium. ^l impulit. ^m imitandam. ⁿ & quem admodum Simiæ animalia exigua & abjecta, sunt audaciora ad res omnes imitandas quas viderint vel audierint. Ita nos, &c.

NOTA.

¹ Pausania.] Pausanias unus est ex convivis, quos in Dialogo Symposio Plato loquentes inducit.

& vitia ad imitandum sunt, quas res cunq̄ue audierint viderintve, petulantia; proinde nos ea, quæ in Platonis oratione demiramur, non æmulari quidem; ° sed lineas umbrasque facere quæsiuimus & ausi sumus: velut ipsum hoc est, quod ex illis isdem verbis ejus effinximus. Omne, inquit, omnino factum sic sese habet. Neque turpe est quantum in eo est, neque honestum: velut est quas facimus nunc ipsi res, bibere, cantare, differere; nihil namque horum ipsum ex sese honestum est. P Quale cum fieret modo factum est, tale existit. Si recte honesteque factum est; tum honestum fit: sin parum recte; turpe fit. Sic amor non honestus omnis neque omnis laude dignus; sed qui facit nos ut honeste amemus.

INTERPRETATIO.

o studiuimus & ausi sumus exprimere rudibus & crassioribus saltem lineamentis p quali ratione effecta est illa actio, talis existit vel bona vel mala.

CAPUT XXI.

Quibus temporibus post Romam conditam Græci Romanique illustres viri floruerint ante secundum bellum Karthaginensium.

UT conspectum quemdam^a ætatum antiquissimarum, itera virorum illustrium, qui in his ætatibus nati fuissent, haberemus; ne in sermonibus forte^b inconspicuum aliquid, super ætate atque vita clarorum hominum, temere diceremus: sicuti sophista ille^c *Ἰσίδωρος*, qui publice nuper disserens^a Carneadem philosophum a rege Alexandro Philippi filio pecunia donatum & Panætium Stoicum cum superiore Africano vixisse dixit: Ut ab istiusmodi, inquam, temporum ætatumque erroribus caveremus, excerpēbamus ex libris, qui chronici appellantur, quibus temporibus floruisent Græci simul atque Romani viri, qui vel ingenio vel imperio nobiles insignesque² post conditam Romam fuissent ante³ secundum bellum Karthaginensium: easque nunc excerptiones nostras variis diversisque in locis factas^d cursim digessimus. Neque enim id nobis negotium fuit, ut acri atque subtili cura excellentium in utraque gente ho-

INTERPRETATIO.

^a Vestustissimorum temporum. ^b inconsideratum. ^c ignarus. ^d festinanter.

NOTÆ.

1. Carneadem philosophum, &c.] Quisquis id dixit, turpiter lapsus est, cum Carneades nonnisi centum ac triginta circiter annis natus fuerit, quam Alexander mortuus est. Hic enim obiit anno U.C. ccccxxx. Carneades autem ortus est circiter anno Idcxxxv. cum nonagenarius obiit post annum Idcclii. ut

jam observauimus hujus lib. cap. xv.
2. Post conditam Romam.] Roma condita est autumnio anno III. Olymp. vi. ante Christi ortum Idccliv.
3. Secundum bellum Karthaginensium.] Incepit anno U. C. Idcxxxvi. ante Christum ccxviii.

minum ^e *οὐσζγοικουῖς* componeremus, ^f sed ut noctes istæ quadamtenus his quoque historiæ flosculis leviter injectis aspergerentur. Satis autem visum est in hoc commentario de temporibus paucorum hominum dicere: ex quorum ætatibus de pluribus quoque, quos non nominaremus, haud difficilis conjectura fieri posset. Incipiemus igitur a Solone claro: quoniam ⁴ de Homero & Hesiodo inter omnes fere scriptores constitit, ætatem eos egisse vel isdem fere temporibus; vel Homerum aliquanto antiquiorem: utrumque tamen ante Romam conditam vixisse Silviis Albæ regnantibus, annis post bellum Trojanum, ut Cassius in primo annalium de Homero atque Hesiodo scriptum reliquit, plus centum atque sexaginta ¹⁰ ta; ante Romam autem conditam, ut Cornelius Nepos in primo Chronicorum de Homero dixit, annis circiter centum & sexaginta. ⁵ Solonem ergo accepimus unum ex illo nobili numero sapientum leges scripsisse Atheniensium, Tarquinio Prisco Romæ regnante, anno regni ejus tricesimo tertio. ⁶ Servio autem Tullo regnante ⁷ Pisistratus Athenis tyrannus fuit, ¹⁵ Solone ante in exilium voluntarium profecto; quoniam id ei prædicenti non creditum est. Postea Pythagoras Samius in Italiam venit, ⁸ Tarquinii filio regnum obtinente; cui cognomentum Superbus fuit. Isdemque temporibus ⁹ occisus est Athenis ab Hermodio & Aristogitone Hipparchus Pisistrati filius, Hippixæ tyranni frater. ¹⁰ Archilochum autem Nepos ¹⁰ Cornelius tradit, Tullo Hostilio Romæ regnante, jam tum fuisse poematis clarum & nobilem. Ducentesimo deinde & sexagesimo anno post Romam conditam, aut non longe amplius, victos esse ab Atheniensibus Persas memoriæ traditum est, ¹¹ pugna illa incluta Marathonia, Miltiade

INTERPRETATIO.

e concurrentia tempora, f. verum ut hi commentarii noctium Atticarum quodammodo recrearentur hac historiæ luce passim infusa.

NOTÆ.

4. De Homero & Hesiodo.] Ex iis quæ ex Cassio subdit Gellius colligitur eos vixisse millesimo circiter ante Christum anno. Consule superiores libros.

5. Solonem, &c.] Solon de quo jam supra diximus, leges scripsit Olymp. XLVI. anno III. ut testis est apud Lærtium Socrates, cui consentiunt Clemens Alexandrinus, Eusebius in Chronico, & Cyrillus in Julianum. Hic autem annus Tarquinii Prisci XXII. est, U. C. CLX. unde ab aliorum supputatione undecim ipsis annis aberrat Gellius.

6. Servio Tullo.] Regnum hic auspiciatus est anno IV. Olymp. I. U. C. CLXXVII. ante Christum ICLXXVIII. Regnavit annos XLIV.

7. Pisistratus.] Hic bis Tyrannidem Athenis occupavit, primum circa Olym-

piadem LV. annis ante Christum IOLX. Deinde circa initium Cyri.

8. Tarquinii filio, &c.] Postremus inter Romanos regnavit hic Tarquinius cognomento Superbus: incipit IV. anno Olymp. LXI. U. C. CCXXI. ante Christ. ICLXXXIII. & post vigesimum quartum tyrannidis expletum annum ejectus est.

9. Occisus est Hipparchus.] In annum IX. Olymp. LXVI. ante Christum ICLXIII. cadit Hipparchi cædes.

10. Archilochum.] Archilochus ut refert Eusebius claruit Olymp. XXIX. ante Christum annis IOCLXIV. de quo sic Horatius:

Archilochum proprio rabies armavit iambo.

11. Pugna Marathonia.] Darius Hytaspis filius, cum imperii proferendi cupidus sexcentas naves ac ducenta pe-

cepit. Ac post non longo tempore ²⁷ bellum Senonicum fuit. Tum Galli Romanam præter Capitolium ceperunt. Neque multo postea ²⁸ Eudoxus astrologus in terra Græciæ ¹ nobilitatus est : ²⁹ Lacedæmonique ab Atheniensibus apud Corinthum superati, duce Phormione : & M. Manlius Romæ, ³ qui Gallos in obsidione Capitolii obrepentis per ardua depulerat, ³⁰ convictus est consilium de regno occupando inisse ; damnatusque capitis saxo Tarpeio, ut M. Varro ait, præceps datus, ut Cornelius autem Nepos scriptum reliquit, ² verberando necatus est. Eoque ipso anno, qui erat post reciperatam urbem septimus, Aristotelem philosophum natum esse ¹⁰ memoriæ mandatum est. Aliquot deinde annis post bellum Senonicum, ³¹ Thebani Lacedæmonios, duce Epaminonda, apud Leuctra superaverunt : ac brevi post tempore, in urbe Roma, lege Licinii Stolonis ³² consules creati etiam ex plebe cœpti, cum antea jus non esset nisi ex patriciis gentibus fieri consules. Circa annum deinde urbis conditæ quadringentesimum ³³ Philippus Amyntæ filius Alexandri pater regnum Macedoniae adeptus est : inque eo tempore Alexander natus est : paucisque inde annis post Plato philosophus ad Dionysium Siciliæ tyrannum posteriorem profectus est. Post inde aliquanto tempore Philippus ³⁴ apud Charoneam prælio magno Athenienses vicit. Tum Demosthenes orator ex eo prælio salutem fuga quæsivit : cumque id ei, quod fugerat, probrose obiceretur ; versu illo notissimo elusit ;

³ Ἄνδρ', inquit, ὁ ἀδύτων ἔπειν μαχόμεται.

Postea ³⁵ Philippus ex insidiis occiditur : & Alexander regnum adeptus ad

INTERPRETATIO.

1 floruit. in qui per abrupta precipitaverat Gallos obrepentes ad expugnandum capitolium quod obsidebant. n verberibus occisus est.
o vir fugiens & rursus pugnabit.

NOTÆ.

27. *Bellum Senonicum.*] Galli Senones facta in Italiam impressione, delictisque ad Aliam Romanis captam urbem incenderunt, an. post quam condita fuerat cccxlv. ante Christum cccxc.
28. *Eudoxus.*] Eudoxus Cnidius, auctore Laetio floruit Olymp. ciii. Eum tamen refert Eusebius ad annum ii. Olymp. lxxxix.
29. *Lacedæmonii ab Atheniensibus, &c.*] Ea Lacedæmoniorum clades ab Atheniensium duce Phormione illata primis belli Peloponnesiaci annis accidit. Cuius belli principia cum xl. & amplius annis expugnatam a Gallis Romam antecesserint, perperam hic referuntur ad tempora quæ Romam captam sequuntur.
30. *Convictus, &c.*] M. Manlius erupe Tarpeia quam propugnaverat precipitatus est an. U. C. cccclxx. ante Christum cccclxxxiv. De saxo Tarpeio vide notas in cap. I. lib. XX.
31. *Thebani Lacedæmonios.*] Epaminondas Thebanorum dux maximam Lacedæmonii cladem intulit ad Leuctra quæ Bœotia urbs est, eorum duce Cleombroto occiso. Anno i. Olymp. cii. ante Christum cccclxxi. *Diodor.*
32. *Consules creati ex plebe cœpti.*] L. Sextius ex plebe primus consul e plebe primus creatus est an. U. C. cccclxxxviii. ante Christum cccclvi.
33. *Philippus Amyntæ f.*] Hic regnare incepit an. ii. Olymp. cv. qui est U. C. cccxcv.
34. *Apud Charoneam.*] Philippi victoria ad Charoneam urbem Bœotia referenda est in an. iii. Olymp. cx. ante Christum cccxxxviii.
35. *Philippus occiditur.*] Philippus

subigendos Persas in Asiam atque in orientem transgressus est. Alter autem ³⁶ Alexander, P cui cognomentum Molosso fuit, in Italiam venit bellum populo Romano facturum. Jam enim fama virtusque felicitatis Romanæ apud exterarum gentes ⁹ enitescere incœptabat. Sed, prius, quam bellum faceret, vita decessit. Eum Molossum, cum in Italiam transiret, dixisse accepimus, se quidem ad Romanos ire quasi in ^r *ἀνδραγαθίῳ*; Macedonem ille ad Persas quasi in ^{γυναικαγαθίῳ}. Postea Macedo ³⁷ Alexander pleraque parte orientali subacta, cum annos undecim regnavisset, obiit mortis diem. Neque ita longe post ³⁸ Aristoteles philosophus & post aliquanto Demosthenes vita functi sunt: isdemque ferme tempestatibus populus Romanus gravi ac duntaxat ³⁹ Samnitium bello confictatus est: consulesque ⁴⁰ Tib. Veturius & Sp. Postumius in locis iniquis apud Caudium, a Samnitibus circumvallati ac sub jugum missi, turpi fœdere facti discesserunt: ob eamque causam populi iussu Samnitibus per feciales dediti recepti non sunt. Post annum deinde urbis conditæ quadragesimum fere & septuagesimum ⁴¹ bellum cum rege Pyrrho sumtum est. Ea tempestate ⁴² Epicurus Atheniensis & ⁴³ Zeno Citienensis philosophi cele-

INTERPRETATIO.

p qui cognominabatur Molossus. q florere incipiat. r in regionem virorum. [Alexander Macedonem inisse in Persidem quasi in regionem mulierum.

NOTÆ.

communi Græciæ consensu ad bellum Persis inferendum dux electus, cum solenni ludorum celebritate suum ex ea re gaudium testaretur, a Pausania corporis stipatore confossus est anno quam regnum inierat xxiv. ante Christum cccxxxvi.

^{36.} Alexander Molossus.] Hic Alexandri Magni avunculus rex Epiri a Tarentinis adversus Romanos advocatus in Italiam venit an. U. C. ccccxii. decimo ante quam Alexander Persarum imperium subvertisset. Viderint qua ratione verum esse possit id dictum quod a Gellio refertur, & quod ait Justinus Alexandrum Molossum in Italiam ita cupide profectum, quasi non minorem rerum materiam in Italia, quam Alexander M. in Persis habiturus esset. Cum eo tempore quo Molossus in Italiam trajecit, nondum regnaret Alexander Magnus.

^{37.} Alexander obiit.] Alexander Magnus obiit ex crapula an veneno incertum, an. æt. xxxiii. regni xii. Olymp. cxiv. an. 1. ante Christum cccxiv.

^{38.} Aristoteles.] Aristoteles & Demosthenes quo tempore, quo genere mortis sublati fuerint, docebunt superiores notæ.

^{39.} Samnitium bello.] Bellum illud pro deditiis susceptum per annos lxx. bellicam Romanorum fortitudinem exercuit. Inceptum anno U. C. ccccxii. ac deinde cccclxxxii. finitum est post nonnullas Romanorum, plurimas Samnitium clades.

^{40.} Tib. Veturius & Sp. Postumius.] Eorum consulatus insigni Romanorum ignominia celebris fuit, qui in locis iniquis oppressi deditioe facta ad Caudinas fauces cum utroque consule sub jugum missi sunt an. U. C. ccccx. ante Christum cccxxxiv. Caudium porro urbs est in Apulia circa Aufidum fluvium. Hodie dicitur *Stretto de Arpaia*.

^{41.} Bellum cum rege Pyrrho.] Pyrrhus Epirotatum rex a Tarentinis adversus Romanos evocatus in Italiam trajecit an. U. C. cccclxxiv. ante Christum cclxxx. bellum illud tenuit annos sex, quibus elapsis, cum res ex sententia minime fueret, Pyrrhus ad sua reversus est.

^{42.} Epicurus.] Vide notas in libris superiores.

^{43.} Zeno.] Oriundus ex Citio, que Cypri civitas est, obiit anno 1. Olymp. cxxix. teste Eusebio, ante Christ. cclxiv.

bres erant: eodemque tempore ⁴⁴ C. Fabricius Luscinus & Q. Æmilius Papus censores Romæ fuerunt; & P. Cornelium Rufinum, qui bis consul & dictator fuerat, senatu moverunt; causamque isti notæ subscripserunt, quod eum comperissent ⁴⁵ argenti facti cœnæ gratia decem pondo libras habere. Anno deinde post Romam conditam quadringentesimo ferme nonagesimo, consulibus Appio Claudio, cui cognomentum Caudex fuit Appii illius Cæci fratre, & M. Fulvio Flacco ⁴⁶ bellum adversum Pœnos primum cœptum est. Neque diu post, ⁴⁷ Callimachus poeta Cyrenensis Alexandria, apud Ptolemæum regem celebratus est. Annis ¹⁰ deinde postea paulo pluribus quam viginti, pace cum Pœnis facta, consulibus ⁴⁸ Claudio Centone Appii Cæci filio & M. Semonio Tuditano, primus omnium L. Livius poeta fabulas docere Romæ cœpit, post Sophoclis & Euripidis mortem annis plus fere centum & sexaginta, ⁴⁹ post Menandri annis circiter quinquaginta duobus. Claudium & Tuditanum ¹⁵ Consules sequuntur ⁴⁹ Q. Valerius & C. Mamilius: quibus natum esse Q. Ennium poetam M. Varro, in primo de poetis libro scripsit: eumque, cum septimum & sexagesimum annum ageret, duodecimum annalem scripsisse; idque ipsum Ennium in eodem libro dicere. Anno deinde post Romam conditam quingentesimo undevicesimo Sp. Carvilius Ruga ²⁰ primus Romæ de amicorum sententia divortium cum uxore fecit, quod sterilis esset, jurassetque apud censores uxorem se liberum quærendorum causa habere. Eodemque anno Cn. Nævius poeta fabulas apud populum dedit; quem M. Varro, in libro de poetis primo, stipendia fecisse ait bello Pœnico primo; idque ipsum Nævium dicere in eo carmine, quod ²⁵ de eodem bello scripsit. ⁵⁰ Porcius autem Licinius serius poeticam Romæ cœpisse dicit in his versibus:

² Pœnico bello secundo Musa pinnato gradu

Intulit sese bellicosam in Romuli gentem feram.

Ac deinde annis fere post quindecim ⁵¹ bellum adversus Pœnos sumtum

INTERPRETATIO.

et exhibere fabulas. v post mortem Menandri. x secundo bello Carthaginensi | musa gressu celeri advenere ad ferocem & bellicosam nationem Romanorum.

NOTÆ.

44. C. Fabricius Luscinus, &c.] Id evenit anno U. C. ccccxxxix. ante Christum cclxxv.

45. Argenti decem pondo] Argenti pondo sive libra Romana septemdecim Francicos, ac decem asses valebat. Unde argenti decem pondo ad nostros calculos evocata 175. Francicos conficiunt.

46. Bellum primum adversus Pœnos.] Incepit an. U. C. ccccxc. ante Christum cclxiv. annos tenuit xxiii.

47. Callimachus.] De quo supra diximus.

48. Claudio Centone, &c.] Consulatum gessere an. U. C. lxxiv. ante Christum ccxl.

49. Q. Valerius & C. Mamilius.] Consules fuere anno consequente. Nimirum U. C. lxxv. ante Christum ccxxx x.

50. Porcius Licinius.] Eum illustri apud Romanos genere oriundum fuisse censet Gyraldus. Claruit post secundum bellum Punicum.

51. Bellum adversus Pœnos.] Bellum illud secundum Punicum mutuis cladibus

est: atque non nimum longe M. Cato orator in civitate & ⁵² Plautus poeta in scena floruerunt. Idemque temporibus ⁵³ Diogenes stoicus & Carneades academicus & Critolaus peripateticus ab Atheniensibus, ad senatum populi Romani, negotii publici gratia, legati sunt. Neque magno intervallo postea ⁵⁴ Q. Ennius, & juxta Cæcilius & Terentius, ac subinde & Pacuvius, & Pacuvio jam sene Accius, & clariorque tunc in poematis eorum obrectandis Lucilius fuit. Sed progressi longius sumus; cum finem proposuerimus annotatiunculis istis bellum Pœnorum secundum.

INTERPRETATIO.

per id tempus magis floruit Lucilius exagitandis eorum carminibus."

NOTÆ.

multo teterrimum fuit. Principium an. U. C. 1033VI. ante Christum cxxviii. decimo septimo post anno finem habuit.

⁵² *Plautus.*] In notis ad cap. VII. lib. I. mortem Plauti ad Olymp. cxlv. juxta chronicum Eusebium retulimus. Quamquam aberrare videtur Eusebius & secum chronologos prope omnes in errorem induxisse; ut enim notat Faber, autore Cicerone in Bruto, *Plautus Publio Claudio, Lucio Porcio cons. mortuus est, Catoe censore.* Eorum autem consulatus cadit in annum U. C. 1033X. ante Christum 6133IV. Olymp. vero cxlv. primus annus est ante Christum cc. sexde-

cim igitur annis mortem Plauti antevertit.

⁵³ *Diogenes Stoicus, &c.*] Diogenem, Carneadem & Critolaum circa belli Punici tempora Romam legatos noster hic Gellius tradit, a quo non parum discrepat Tullius, qui Academ. II. eorum legationis tempus ad P. Scipionis, & M. Marcelli consulatum refert, qui cadit in annum U. C. 1033IX. hic autem LVI. est ab exitu belli Punici secundi, ut indicat Petavius.

⁵⁴ *Q. Ennius, Cæcilius, &c.*] De his ac cæteris quorum hoc extremo capite meminit Gellius superius diximus quo quisque tempore floruerit.

A. GELLII

NOCTIUM ATTICARUM

COMMENTARIUS

LIBER DUODEVICESIMUS.

CAPUT I.

Disputationes a philosopho stoico & contra a peripatetico, arbitro Favorino, facta: quaesitumque inter eos, quantum in perficienda vita beata virtus valeret; quantumque esset in iis qua dicuntur extranea.



Amiliares Favorini erant duo quidam non incelebres in urbe Roma philosophi. Eorum fuit unus peripateticæ disciplinæ sectator, alter stoicæ. His quondam ego acriter atque contente pro suis utrimque decretis propugnantibus, cum essemus una omnes ¹ Ostiæ cum Favorino, interfui. Ambulabamus autem in litore cum jam advesperasceret, ² æstate anni novi. Atque ibi stoicus censebat & vitam beatam hominum virtute animi sola, & miseriam summam malitia sola posse effici, etiam si cetera bona omnia, quæ corporalia & externa appellarentur, virtuti deessent; malitiæ adessent. Ille contra peripateticus miseram quidem vitam vitiis animi & malitia sola fieri concedebat; ^a sed ad complendos omnes vitæ beatæ numeros virtutem solam nequaquam satis esse existimabat. Quoniam & corporis integritas sanitasque, & ^b honestus modus formæ, & pecunia familiaris, & bona existimatio, ceteraque omnia corporis & fortunæ bona necessaria viderentur perficiendæ beatæ vitæ. Reclamat hoc in loco stoicus; &

INTERPRETATIO.

^a Sed ad omnimodam perfectionem beata vitæ. ^b pulchritudo; & opes familia.

NOTÆ.

¹ Ostiæ.] Ostia urbs alias Latii, nunc Campaniæ Romanæ ad ostia Tiberis. Ostiæ.

² Æstate novi anni.] Primus Atticorum mensium, a quo & annus civilis Atheniensium & magistratus inibant, fuit κατὰ τοὺς αἰῶνες; qui quidem nostro

mensi Julio respondet. Unde recte dicitur a Gellio æstate anni novi, ut ab æstate labentis anni distinguatur, quem admodum nos Galli dicere possumus Hyemem novi anni, cum mensis Januarii frigus designamus.

tamquam

tamquam duas ille res diversas poneret, mirabatur: quod, cum essent malitia & virtus duo contraria, vita misera & beata quoque æque contraria; non servaret in utrisque vim & naturam contrarii: & ad miseriam quidem vitæ conficiendam satis valere malitiam solam putaret; ad præstandam vero vitam beatam non satis virtutem solam esse diceret. Atque id maxime dissidere neque convenire dicebat, quod, qui profiteretur vitam nullo pacto beatam effici posse si virtus sola abesset, idem contra negaret beatam fieri vitam cum sola virtus adesset; & quem daret haberetque virtuti absenti honorem, eundem petenti atque præfenti adimeret. Tum peripateticus perquam hercle festive, Rogo te, inquit, cum bona venia respondeas, an existimes esse vini amphoram cum abest ab ea unus congius? Hoc ubi accepit stoicus; Minime, inquit, vini amphora dici potest ex qua abest congius. Hoc ubi accepit peripateticus, unus igitur, inquit, congius amphoram facere dici debet: quoniam cum deest ille unus, non fit vini amphora; & cum accessit, fit amphora. Quod si id dicere absurdum est, uno congiio solo fieri amphoram; itidem absurdum est una sola virtute vitam fieri beatam dicere; quoniam cum virtus abest, beata esse vita numquam potest. Tum Favorinus adspiciens peripateticum, Est quidem, inquit, argutiola hæc; qua de congiio vini usus es, exposita in libris: sed ut scis captio magis lepida, quam probum aut simile argumentum videri debet. Congius enim, cum deest, efficit quidem ne sit justæ mensuræ amphora; sed cum accedit & adjicitur, non ille unus facit amphoram, sed supplet. Virtus autem, ut isti dicunt, non accessio neque supplementum, sed sola ipsa vitæ beatæ instar est; & propterea vitam beatam ipsa sola una cum adest facit. Hæc atque alia quædam minuta magis & nodosa, tamquam apud arbitrum Favorinum, in suam uterque sententiam conferebant. Sed cum jam prima fax noctis & densiores esse tenebræ cœpissent: profecuti Favorinum in domum ad quam devertebat discessimus.

INTERPRETATIO.

sine ulla tua offensione. a paulo subtilior responso. est argumentum facere captio- | *sum potius quam validum, & ex comparatione recte concludens.*

NOTÆ.

3. Amphora.] Mensura est liquidorum cujus capacitas quoquoersum pedalis erat. | phoræ. Sexta autem Congii pars Sextarius dicebatur.

4. Congius.] Fuit octava pars Amphoræ. | 5. Prima fax.] Erat illud tempus noctis quo primum erant faces accendendæ.

CAPUT II.

Ejusmodi questionum certationibus Saturnalia ludicra Athenis agitare soliti sumus; atque inibi^a inspersa quadam sophismata & aigmata oblectatoria.

^b **S**aturnalia Athenis agitabamus hilare prorsum & modeste, non, ut
⁵ dicitur, remittentes animum; (nam remittere, inquit Musonius, animum quasi amittere est;) sed^c demulcentes eum paulum atque laxantes jucundis honestisque sermonum illextationibus. Conveniebamus autem ad eandem cœnam^d complusculi, qui Romani in Græciam veneramus; ^e quique eandem auditiones eisdemque doctores colebamus. Tum qui
¹⁰ cœnulam ordine suo curabat, præmium solvendæ quæstionis ponebat librum veteris scriptoris vel Græcum vel Latinum, & coronam e lauro plexam; totidemque res quærebat quot homines istic eramus, cumque eas omnis exposuerat; rem locumque dicendi fors dabat. ^f Quæstio igitur soluta corona & præmio donabatur; non soluta autem tramittebatur
¹⁵ ad eum, qui sortito successerat: idque in orbem vice pari servabatur. Si nemo dissolvebat quæstionis ejus nodum; præmium ipsum & corona deo, cujus id festum erat, dicabatur: quærebantur autem res hujuscemodi, aut sententia poetæ veteris lepide obscura non anxie, aut historiæ antiquioris requisitio, ^h aut decreti cujuscumque ex philosophia perperam invulgati purgatio, aut captionis sophisticæ solutio, aut inopinati ratiōisque verbi indagatio, ⁱ aut tempus item in verbo perspicuo obscurissimum. Itaque nuper quæsitæ esse memini numero septem: quorum prima fuit enarratio horum versuum, qui sunt in satyris Q. Ennii, ^k uno multifariam verbo concinniter implicati. Quorum exemplum hoc est.

²⁵ ^l Nam qui lepide postulat alterum² frustrari
 Quem frustratur, frustra eum dicit frustra esse.

INTERPRETATIO.

^a Interposita ^b magna lætitia sed modèrata celebrabamus festa Saturni. ^c recreantes, ^d satis magno numero, ^e qui sequebamur eosdem magistros & eandem doctrinam. ^f cœnam frugalem. ^g qui explicaverat difficultatem remunerabatur libro & corona. Cum autem non poterat solvi quæstio, ei proponebatur qui sequen-

tem locum sorte habebat idque vicissim singuli observabant. ^h excusatio alicujus axiomatis philosophici temere pronunciati. ⁱ aut tempus aliquod incognitum, in verbo cognita. ^k eleganter impediti uno vocabulo quod multiplicem habet significationem. ^l Etenim qui desiderat aliquem facere decipere, imprudenter dicit eum de-

NOTÆ,

1. Saturnalia.] Festa fuere in honorem Saturni instituta: per tres dies mense Decembri celebrabantur. Longe ante Romam conditam agebantur in Græcia.

2. Frustratur.] His in versibus frustrari idem est quod decipere, frustra esse est decipi.

Nam qui sese frustrari quem frustra sentit,

Qui frustratur, is frustra est, si non ille est frustra.

Secunda quæstio fuit, quonam modo audiri atque accipi deberet, quod Plato in civitate, quam in libris suis condidit, ³ κοινὰς τὰς γυναῖκας esse censuit; & ⁴ præmia viris fortibus summisque bellatoribus posuit ⁵ saviationes puerorum & puellarum. Tertio in loco hoc quæsitum est, in quibus verbis captionum istarum fraus esset, & quo pacto distingui resolvique possent. ⁶ Quod non perdidisti habes: cornua non perdidisti: habes igitur cornua. Item ⁷ altera captio. ⁸ Quod ego sum, id tu non es: homo sum: homo igitur tu non es. Quæsitum id quoque ibi est, quæ esset hujus quoque Sophismatis resolutio. Cum mentior & mentiri me dico, ⁹ mentior an verum dico? Postea quæstio ista hæc fuit. ¹⁰ Quam ob causam patricii Megalensibus mutitare soliti sint, plebes ¹¹ Cerealibus? Secundum ea quæsitum hoc est; verbum, *verant*, quod significat, *vera dicunt*, quisnam veterum poetarum dixerit? Sexta quæstio fuit ¹² asphodelum cujusmodi verbum sit, quod Hesiodus in isto versu posuerit.

Ἡ ἡμίση ἐστὶ ἴσων ὄσων πλέον ἡμῶν πατρῶς,

Ὅδ' ὄσον ἐν μαλάχῃ τε καὶ ἀσφοδέλω μέγ' ἔνταρ :

INTERPRETATIO.

capitulum, quem decipit. Nam qui intelligit frustra se ab alio decipi; decipitur ille qui alterum decipere conabatur, nisi is cui fallacia instruebantur decipiatur. in communis esse mulieres. *oscula*. o alterum argumentum captiosum. p quia de causa patricii soleant instruere convivium

ina in ludis Megalensibus & plebs in ludis Cerealibus.

q Stulti neque sciunt quanto plus sit dimidium toto, neque quam sit in malva & asphodelo magna utilitas.

NOTÆ.

3 Κοινὰς τὰς γυναῖκας.] Juxta mentem Platonis lib. V. de Rep. in eo versatur illa communitas mulierum, ut mulieribus cum viris communia sint Reip administratio, facultas juris dicendi, & bellorum exercitationes. In quo quidem Plato sanioribus interpretibus præter modum videtur delirare, maximeque quod paulo post probare contendat summam debere permitti mulierum & liberorum communitatem, ut aliqua charitas colatur.

4. Præmia. . . . saviationes, &c.] Id præmiorum genus inducebat Plato, ut si qui alicujus amore tenerentur, acriores essent ad præclare facta suscipienda. Iis præterea concubitus electionem permittebat, ut ex fortissimis parentibus plurimi similes filii nascerentur.

5. Quod non perdidisti habes.] Falsa est omnino hæc prima propositio quam majorem Logici dicunt. Ut sit vera debet addi, Quod prius habebas & non per-

didisti, habes. Unde captiosum argumentum facile solvitur.

6. Quod ego sum, &c.] Hic diversa, ut loquuntur logici, terminorum est suppositio. In prima enim propositione, Tu non es sumitur numerice, ut vocant, in consequente accipitur specificè cum dicitur, ergo non es homo.

7. Mentior an verum dico?] In prima propositione ut supponimus fallaci sum mentitus: in altera autem verum dico, siquidem dico id quod revera est, nimirum me mentitum.

8. Cerealibus.] Ludi sunt in honorem Cereris instituti. Romæ celebrabantur v. idus Aprilis.

9. Asphodelum.] Herba est quam ad usus medicos interdum adhiberi Plinius ait. Nonnullis videtur esse lilium cynorrhodon. Lucianus indicat esse vilem herbam, qua manes apud inferos victimæ.

& quid item Hesiodus se dicere sentiat, cum ¹⁰ dimidium plus esse toto dicit. Postrema quæstionum omnium hæc fuit; ¹¹ scripserim, venerim, legerim, cujus temporis verba sint, præteriti an futuri, an utriusque. Hæc ubi ordine, quo dixi, præposita atque singulis sorte ductis disputata explanataque sunt: libris coronisque omnes donati sumus, nisi ob unam quæstionem, quæ fuit de verbo, *verant*. Nemo enim tum commemine-
 rat dictum esse a Q. Ennio id verbum in decimotertio annalium in isto versu.

^r *Satin vates verant atate in agunda?*

10 Corona igitur hujus quæstionis deo feriarum istarum Saturno data est.

INTERPRETATIO.

^r *an vates satis vera dicunt.*

NOTÆ.

10. *Dimidium plus esse toto.*] Id intelligendum est de mediocritate, in qua consistit virtus, quæque adeo prior est extremis quæ vitiosa sunt.

11. *Scripserim.*] A grammaticis vulgo censentur præteriti, cum scripsero, legero ad futurum referantur.

CAPUT III.

Quid Æschines rhetor in oratione, qua Timarchum de impudicitia accusavit, Lacedæmonios statuisse dixerit super sententia probatissima quam improbatissimus homo dixisset.

15 ^a **Æ**Schines vel acerrimus prudentissimusque oratorum, ^a qui apud conciones Atheniensium floruerunt, in oratione illa ^b sæva criminosaque & virulenta, qua Timarchum de impudicitia graviter insigniterque accusavit, nobile & illustre consilium Lacedæmoniiis dedisse dicit virum ^c indidem civitatis ejusdem principem virtute atque ætate magna præditum. Populus, inquit, Lacedæmonius de summa republica sua, 20 quidnam esset utile & honestum, deliberabat. Tum exurgit, sententiæ dicendæ gratia, homo quispiam turpitudine pristinæ vitæ ^d defamatissimus, sed lingua tunc ^e atque facundia nimium quantum præstabilis. Consilium, quod dabat quodque oportere fieri suadebat, acceptum ab uni-

INTERPRETATIO.

^a *Qui celebres fuerunt in rep. Atheniensium.* ^b *atroci, injuriosa, & infestissima.* ^c *ex eadem civitate, in qua princeps erat.* ^d *maxime infamis.* ^e *& eloquentia longe excellentissimus.*

NOTÆ.

1. *Æschines.*] Orator Atheniensis Æmulus Demosthenis, quicum propter morum dissimilitudinem ac diversarum partium studia inimicitias exercebat. Cum enim Atheniensium populus duas in factiones esset divisus, Demosthenes

Perfarum regi, Æschines Philippo Macedoni favebat, uterque pecunia corruptus. Demosthenis eloquentiæ cessit tandem Æschines, & exul Rhodum secessit; Tum in insulam Samum se recepit, ibique vita functus est. *Plutarchus.*

verſis & ^f complacitum eſt : futurumque erat ex ejus ſententia populi decretum. Ibi unus ² ex illo principum ordine, quos Lacedæmonii ætatis dignitatique majestate tamquam arbitros & ^g magiſtros diſciplinæ publicæ verebantur, commoto irritatoque animo ^h exſiit : &, Quænam, inquit, Lacedæmonii ratio, aut quæ tandem ſpes erit, urbem hanc & hanc rempublicam ſalvâ inexpugnabilemque eſſe diutius poſſe, ſi hujusmodi anteaſtæ vitæ hominibus conſiliariis utemur ? Quod ſi proba iſta hæc & honeſta ſententia eſt ; quæſo vos, ⁱ non ſinamus eandem dehonestari turpiſſimi auctoris contagio. Atque ubi hoc dixit, elegit virum fortitudine atque juſtitiâ præter alios præſtantem, ſed ^k inopi lingua & inſacundum ; juſſitque eum, ^l conſenſu petituque omnium, eandem illam ſententiam diſerri viri ^m cuicumodi poſſet verbis dicere : ut nulla prioris mentione habita ſcitum atque decretum populi ex ejus unius nomine fieret, quod ipſum denuo dixerat. Atque ita, ut ſuaſerat prudentiſſimus ſenex, factum eſt. Sic bona ſententia manſit : turpis auctor mutatus eſt.

INTERPRETATIO.

f comprobatum eſt. *g* autores legum publicarum venerantur. *h* surrexit. *i* non patiamur eandem polluî, ut profectam ab *autore infami. k* non belle dicentem. *l* omnibus conſentientibus, idque poſtulantibus. *m* utcumque poſſet.

NOTÆ.

². Ex illo principum ordine.] Ephoros miles erant : ut enim a conſulibus ad intelligit qui Lacedæmoniorum magiſtribunos, ſic Lacedæmonii a regibus ſtratus tribunis plebis apud Romanos ſi ad ephoros provocare poterant.

CAPUT IV.

Quod Sulpicius Apollinaris prædicantem quemdam a ſeſe uno Salluſtii hiſtorias intelligi illuſit, quaſtione propoſita, quid verba iſta apud Salluſtium ſignificarent : perincertum ſtolidior an vanior.

Cum jam adoleſcentuli Romæ ¹ prætextam & puerilem togam muſtraſſemus ; magiſtrosque jam nobiſmetipſi ^a exploratiores quaeremus : in ² Sandaliario forte apud librarios fuimus ; cum ibi in multorum hominum cœtu Apollinaris Sulpicius, vir in memoria noſtra præter alios doctus, jactatorem quempiam & venditorem Salluſtianæ lectionis irriſit illuſitque genere illo facetiſſimæ diſſimulationis, qua Socrates ad ſophiſtas utebatur. Nam cum ille ſe unum & unicum lectorem eſſe ^b enar-

INTERPRETATIO.

^a Peritiores. ^b interpretem.

NOTÆ.

¹. Prætextam, &c.] De prætextâ & puerili toga jam alias. ². Sandaliario.] Romæ Sandaliarius vicus in quarta urbis regione ab Apolline Sandaliario dictus eſt, cujus effigies Sandaliis, quæ calceamenta ſunt, ornata ibi videbatur.

ratorumque Sallustii diceret ; ^c neque primam tantum cutem ac speciem sententiarum sed sanguinem quoque ipsum ac medullam verborum ejus eruere atque introspicere penitus prædicaret. Tum Apollinaris amplecti venerarique se doctrinas illius dicens ; ^d Per , inquit , magister optime , exoptatus mihi nunc venis cum sanguine & medulla Sallustii verborum .
 5 Hesterno enim die quærebat ex me , quidnam verba ejus hæc in quarto historiarum libro de ³ Cn. Lentulo scripta significant ; de quo incertum fuisse ait stolidiorne esset an vanior : eaque ipsa verba , uti sunt a Sallustio scripta , dixit . *At Cn. Lentulus patricia gentis , collega ejus cui cognomen Clodiano fuit , perincertum stolidior an vanior , ^e legem de pecunia , quam Sulla emptoribus honorum remiserat , exigenda promulgavit .* Quæsitum ergo ex se Apollinaris neque id se dissolvere potuisse asseverabat , quid esset *vanior* & quid *stolidior* : quoniam Sallustius sic ea sepe-
 10 ralle atque opposuisse inter se videretur , tamquam diversa ac dissimilia , nec ejusdem utraque vitii forent : ac propterea petebat , uti se doceret significationes utriusque vocis & origines . Tum ^f ille rictu oris labearumque ductu contemni a se ostendens & rem de qua quæreretur & hominem ipsum qui quæreret ; Priscorum , inquit , & remotorum ego verborum medullas & sanguinem , sicuti dixi , perspicere & elicere soleo ; non istorum
 20 quæ ^g proculcata vulgo & protrita sunt . Ipso illo quippe Cn. Lentulo stolidior est & vanior , qui ignorat ejusdem stultitiæ esse vanitatem & stoliditatem . Sed ubi hoc dixit : ^h media ipsa sermonum reliquit ; & abire cœpit . Nos deinde eum tenebamus ; urgebamusque , & cumprimis Apollinaris ; ut de vocabulorum istorum vel differentia , vel si ei ita videretur , similitudine plenius apertiusque differeret ; & ut ne sibi invideret discere volenti orabat . Atque ille , se jam plane illud raturus , negotium sibi esse causatur , & digreditur . Nos autem postea ex Apollinari didicimus *vanos* proprie dici , non , ut vulgus diceret , desipientes aut hebetes aut ineptos , sed ut veterum doctissimi dixissent , mendaces & infidos & levia inaniaque pro gravibus & veris astutissime componentes : stolidos autem
 25 vocari non tam stultos & excordes , quam tætos & molestos & illepidos , quos Græci ⁱ *νοῦνης ἢ ἄσπικτοι* dicerent . Etyma quoque harum vocum & origines scriptas esse dicebat in libris Nigidianis . Quos requisitos ego & repertos cum primarum significationum exemplis , ut commentariis ha-

I N T E R P R E T A T I O .

^c & gloriaretur se non tantum tenui ac mediocri cognitione percipere sententias , sed profunda eruditione reconditiores sensus omnino intelligere & explicare . ^d maxime , inquit , desideratus , &c. venis cum profunda ille cognitione verborum Sallustii .
^e tulit legem qua reposcebatur pecunia quam Sulla condonaverat emptoribus bonorum . ^f Os & labia diducens . ^g vulgaria & cuique nota . ^h sermonem abruptit . ⁱ improbos & graves .

N O T A .

³ Cn. Lentulo . } Cn. Lentulus dicitur Clodius , ex Clodia gente in Lentulorum familiam adoptatus , consulatum gessit collega L. Gellio an. U. C. 1061. ante Christum 111.

rum noctium inferrem, notavi; & intulisse jam me aliquo in loco commentationibus istis existimo.

CAPUT V.

Quod Q. Ennius in septimo annali quadrupes equus, ac non, quadrupes equus ut legunt multi, scriptum reliquit.

CUM Antonio Juliano rhetore, viro hercle bono & facundiæ florentis, complures adolescentes familiares ejus ^a Puteolis æstivarum ludum & jocum in literis amœnioribus & in voluptatibus pudicis honestisque agitabamus. Atque ibi tunc Juliano nuntiatur ^b ἀγρόσῳ quemdam, non indoctum hominem, voce admodum scita & canora Ennii annales legere ad populum in theatro. Eamus, inquit, auditum nescio quem istum Ennianistam. Hoc enim se ille nomine appellari volebat. Quem cum jam ^c inter ingentes clamores legentem invenissemus (legebat autem librum ex annalibus Ennii septimum) hos eum primum versus ^d perperam pronuntiantem audivimus;

*Denique vi magna quadrupes equus atque elephantii
Projiciunt sese.*

Neque postea multis versibus additis, celebrantibus eum laudantibusque omnibus, discessit. Tum Julianus egrediens e theatro; Quid vobis, inquit, de hoc ^e anagnosta & de quadrupede equo videtur? Sic enim profecto legit:

*Denique vi magna quadrupes equus atque elephantii
Projiciunt sese.*

Et quid putatis, si magistrum prælectoremque habuisset ^f alicujus æris, quadrupes equus, dicturum fuisse, ac non quadrupes equus? Quod ab Ennio ita scriptum relictumque esse & nemo unus literarum veterum diligens dubitavit. Cumque aliquot eorum, qui aderant, quadrupes equus, apud suum quisque grammaticum legisse se dicerent; & mirarentur quidnam esset, quadrupes equus: Vellem vos, inquit, optimi juvenes, tam accurate Q. Ennium legisset, quam P. Vergilius legerat: qui hunc ejus versum secutus in Georgicis suis equitem pro equo posuit his in versibus;

^h Frena Pelethronii, Lapiþa gyrosque dedere
Impositi dorso, atque ² equitem docuere sub armis

INTERPRETATIO.

^a In urbe Puteolis ludentes & jocantes | ^f alicujus pretii, gnollus versatus in antiquis literis. ^h Lapiþa Pelethronii invenero habenas, & dorso insidentes equorum eos in orbem circum flexere, & do-

NOTA.

1. Lapiþa.] Populi Thessaliæ, qui Pelethronium montem incolebant a Lapiþa A pollinis filia dicti, primi equorum domitores.
2. Equitem docuere, &c.] Ut Ennius & Lucilii versus probent equitem sumi

Insultare solo & gressus glomerare superbos.

In quo loco, *equitem*, si quis modo non incite inepteque argutior sit, nihil potest accipi aliud nisi, *equum*. Pleraque enim veterum atas & hominem equo insidentem & equum qui insideretur *equitem* dixerunt. Propterea equitare etiam, quod verbum e vocabulo equitis inclinatum est, & homo equo utens & equus sub homine gradiens dicebatur. Lucilius adeo vir adprime linguæ Latine sciens, *equum equitare* dicit his versibus.

Quis hinc currere equum nos atque equitare videmus

His equitat curritque: oculis equitare videmus:

Ergo oculis equitat.

Sed enim contentus, inquit, ego his non fui: & ^k ut non turbidæ fidei nec ambiguae sed ut puræ liquentisque esset *equus*ne an *eques* Ennius scriptum reliquisset; librum summæ atque reverendæ vetustatis, quem fere constabat Lampadiensis manu emendatum, studio precioque multo unius versus inspiciendi gratia conduxit: & *eques*, non *equus*, scriptum in eo versu inveni. Hæc tum nobis Julianus & multa alia erudite simul & affabiliter dixit. Sed eadem ipsa post etiam in pervolgatis commentariis scripta offendimus.

INTERPRETATIO.

<p><i>cuerunt equum subsilire, & ad pompam incedere. i Equus incedit & currit hinc iis rebus, quibus videmus eum incedere & currere. Atqui videmus oculis equum</i></p>	<p><i>incedere. Ergo incedit oculis. k ut non incertum & ambiguum sed ut clarum & manifestum esset.</i></p>
---	---

NOTÆ.

<p>posse pro equo, id non convincit hic Virgilii versus, qui sic potest explicari. Lapihæ docuerunt virum equitem seu insidentem equo insultare solo, Ut enim si quis in equo currat dicitur currere,</p>	<p>ira qui equum regit, insultat quoque solo. 3. <i>Quis hinc, &c.</i>] Refert hic Sophistæ cujuspiam futile omnino argumentum.</p>
---	--

CAPUT VI.

20 *Quod Aelius Melissus, in libro cui titulum fecit, de loquendi proprietate, quem cum ederet cornum esse copiam dicebat, rem scripsit neque dictam neque auditu dignam; cum differre matronam & matremfamilias existimavit differentia longe vanissima.*

25 **A**ELIUS Melissus in nostra memoria fuit Romæ^a summi quidem loci inter grammaticos & temporis; ^b sed majore in literis erat jactantia & *opposita* quam opera. Is præter alia, quæ scripsit compluria, librum composuit, ut tum videbatur cum est editus, doctrinæ inclutæ. Ei libro

INTERPRETATIO.

<p>^a Dignitate inter grammaticos & arate provecus. ^b sed ea qua scribebat non res-</p>	<p>pondebant magna ostentationi & vane sapientia quam exhibebat.</p>
--	--

titulus

titulus est ingentis cuiusdam illecebræ ad legendum scriptus. Quippe est; *de loquendi proprietate*. Quis adeo existimet loqui se recte atque proprie posse, nisi illas Melissi proprietates perdidicerit? Ex eo libro hæc verba sunt. *Matrona est, quæ semel peperit; quæ sapius, materfamilias: sicuti filius quæ semel peperit; porcetra quæ sapius*. Utrum autem hoc de matrona ac de matrefamilias Melissus excogitaverit ipse & conjectaverit; an scriptum ab alio quo legerit, hæriolis profecto est opus. Nam de porcetra habet sane auctorem Pomponium in Atellana, quæ hoc eodem vocabulo inscripta est: sed matronam non esse appellatam, nisi quæ semel peperit, neque matrefamilias nisi quæ sapius, nullis veterum scriptorum auctoritatibus confirmari potest: enimvero illud ^d impendio probabilius est, quod idonei vocum antiquarum enarratores tradiderunt, matronam dictam esse proprie, quæ in matrimonium cum viro convenisset, quoad in eo matrimonio maneret, etiam si liberi nondum nati forent: dictamque esse ita a matris nomine non adepto jam, sed cum spe & omniæ mox apiscendi: unde ipsum quoque matrimonium dicitur. Matrem autem familias appellatam esse eam solam, quæ in mariti manu mancipioque, aut in ejus, in cuius maritus, manu mancipioque esset: quoniam non in matrimonium tantum sed in familiam quoque mariti & in sui heredis locum venisset.

INTERPRETATIO.

c an legerit scriptum ab aliquo alio, dicitur, *d* multo probabilius est, quæ esset in potestate ac dominio mariti, vel ejus, cujus in potestate ac dominio esset maritus.

NOTA.

1. *In mariti manu.*] Apud Romanos alterius in manu esse censebatur aliquis, cum erat ejus in potestate, ut servi domini, uxor viri, &c. Cum autem donabatur libertate, manu mitti ac sui juris esse dicebatur.

CAPUT VII.

¹ *Quem in modum Favorinus tractaverit* ² *intempestivum quemdam de verborum ambiguitatibus quærentem: atque ibi quot significationes capiat concio.*

Domitio homini docto celebrique in urbe Roma grammatico; cui cognomentum Insano factum est, quoniam erat natura intractabilior & morosior: ei Domitio Favorinus noster cum forte apud fanum Carmentis obviam venisset; atque ego cum Favorino essem: Quæso,

NOTÆ.

1. *Quem in modum, &c.*] Aliud omnino indicat hic titulus, aliud ipsum Galli dicimus, un étourdy, qui fait tout à contre-temps.
2. *Intempestivum.*] Intempestivus qui non facit aut dicit suo tempore.
3. *Fanum Carmentis.*] Carmenta mater Evandri, aliis nominibus Themis & Nicostrata dicta, templum habuit Romæ.

inquit, te magister dicas mihi, num erravi; quod, cum vellem *ἀμαρτυ-
 είας* Latine dicere, conciones dixi? dubito quippe & requiro, an veterum
 eorum, qui electius locuti sunt, pro verbis & oratione dixerit quis con-
 cionem: tum Domitius voce atque vultu atrocior; Nulla, inquit, pro-
 fus ^a bonæ salutis spes reliqua est; cum vos quoque philosophorum illu-
 strissimi nihil jam aliud quam verba auctoritatesque verborum cordi ha-
 beatis: mittam autem librum tibi in quo id reperias quod quæris. Ego
 enim grammaticus vitæ jam atque morum disciplinas quæro: vos philo-
 sophi mera estis, ut M. Cato ait, ⁺ mortuaria glossaria. ^b Namqui colli-
 10 gitis lexicidia, res tætras & inanes & frivolas, tanquam mulierum voces
⁵ præficarum: atque utinam, inquit, muti omnes homines essemus! Mi-
 nus improbitas instrumenti haberet. Cumque digressi essemus; non tem-
 pestive, inquit Favorinus, hunc hominem accessimus: videtur enim mihi
^c *ἄπιστον μὲν εἶναι*; Scitote, inquit, tamen intemperiam istam, quæ *ὡραία*
 15 *χολία* dicitur, non parvis nec abjectis ingeniis accidere; ^d *ἀλλὰ ἐν γὰρ τῷ
 τῷ πάθος τῷ τοῦ ἡγετον*; & veritates plerumque fortiter dicere, sed ^e res-
 pectum non habere *μὴ τε κραιπνὸν μὴ τε μέτρον*. Vel ipsum quale hoc existima-
 tis, quod nunc de philosophis dixit? Nonne, si id Antisthenes aut Dio-
 genes dixisset, dignum memoria visum esset? Misit autem paulo post Fa-
 20 vorino librum quem promiserat. Verrii, opinor, Flacci erat: in quo
 scripta ad hoc genus quæstionis pertinentia hæc fuerunt. *Senatum* dici &
 pro loco & pro hominibus; *civitatem* & pro loco & pro oppido & pro
 jure quoque omnium & pro hominum multitudine; *tribus* quoque & *de-
 curias* dici & pro loco & pro jure & pro hominibus: *concionem* autem tria
 25 significare, locum & verba, suggestumque unde verba fierent. Sicut M.
 Tullius, in oratione quæ inscripta est contra concionem Q. Metelli; *Es-
 cendi*, inquit, *in concionem: concursus est populi factus*. Sicut idem M.
 Tullius in Oratore ait: ^f *Conciones sæpe exclanare vidi cum apte verba
 cecidissent. Etenim expectant aures ut verbis colligetur sententia*. Item
 30 significare cætum populi assistentis, item orationem ipsam quæ ad popu-

INTERPRETATIO.

^a Doctrinarum conservandarum. ^b nam *conquiritis* voculas quæ sunt res ingratae, *vana* & *inutiles* non minus quam *cantus mulierum præficarum*. ^c ad insaniam accedere. ^d sed esse fere affectionem hanc *heroicam* e non habere rationem aut tem-
 poris aut modi. ^e sæpe vidi conventu au-
 ditorum plausus attollere cum verba van-
 merose desinerent.

NOTÆ.

4. *Mortuaria glossaria.*] Hic pungit acriter philosophos, ut loquaces præ-
 cisque similes, quæ in mortuos inania carmina concinebant. Mortualia enim sive mortuaria sunt naniæ in mortuos. Glossaria mortuaria per diminutionem sunt quasi præficarum linguæ Turnebus.
 5. *Præficarum.*] Præficæ mulieres, quæ ad legendum mortuum conductæ, ejus laudes carmine lugubri prosequen-
 bantur. Quod cæteris darent modum plangendi quasi in hoc ipsum præfectæ, præficæ vocabantur.
 6. *Enon quæritur.*] Legunt alii *inuat-
 vedou* insanire. Hic autem *enon quæritur* est accessu febris torqueri: *enon quæritur* enim peculiari apud Dioscoridem & cæteros medicos significatione est *accessus febris*.

him diceretur. Exempla in eo libro scripta non erant; sed nos postea Favorino desideranti harum omnium significationum monumenta & apud Ciceronem, sicuti supra scripsi, & apud elegantissimos veterum reperta exhibimus. Id autem quod potissimum expetebat, *concionem* esse dictam pro verbis & oratione, docui titulo Tulliani libri, qui a M. Cicerone inscriptus est; *Contra concionem Q. Metelli*: quo nihil profecto significatur aliud, quam ipsa, quæ a Metello dicta est, oratio.

CAPUT VIII.

Ὀμοιωτάτα καὶ ὁμοίωτα atque alia id genus, quæ ornamenta orationis putantur, inepta esse & puerilia, Lucilii quoque versibus declarari.

Oμοιωτάτα καὶ ἰσοκράλεια καὶ πείρα καὶ ὁμοίωτα, ceteraque hujusmodi ^b scitamenta, quæ isti ἀπειράτοι, qui se Isocratio videri volunt, in collocandis verbis immodice faciunt & rancide, quam sint insubida & inertia & puerilia facetissime hercle significat in quinto satyrorum Lucilius. Nam ubi est eum amico conquestus, quod ad se egrotum non viseret; hæc ibidem addit festiviter:

Quo me habeam pacto, tametsi non queris docebo;
Quando in eo numero ¹ mansi, quo in maxima nunc est
Pars hominum, ut periisse velis, quem nolueris cum
Visere debueris: hoc, NOLUERIS, & DEBUERIS, te
Si minus deletat quod ἀπύρον Isocratium est; ἐχ
ἀνεσθες que simul totum ac συμπεριεργώδες;
Non operam perdo. Si tu hic. **.

INTERPRETATIO.

a Verba similiter finientia & aequaliter æsinentia & comparata & similiter cadentia. b ornamenta, quæ isti imperiti qui volunt æstimari imitatores Isocratis usurpant sine modo ac dignitate. c Quamquam non me interrogas, dicam tibi quomodo valeam, siquidem non es in eo numero hominum in quo plurimi sunt. Non enim ut plerique desideras eum mori, quem nolueris invisere, cum debueris. Hac verba nolueris & debueris si tibi non placent, quod numerus est ad imitationem Isocratis sine arte, totusque pariter ingratus ac puerilis. Non perdo operam.

NOTA

1. Mansi] pro mansisti.

CAPUT IX.

Quid significet apud M. Catonem verbum, infecenda; quodque infecenda potius legendum sit, quam quod plerique existimant infequenda.

In libro vetere, in quo erat oratio M. Catonis de Ptolemæo contra Ithermum, sic scriptum fuit: Sed si omnia dolo fecit; omnia avaritia

atque pecunia causa fecit, ejusmodi scelera nefaria, qua neque ¹ *insecenda* fanda neque legenda audivimus: ² supplicium pro factis dare oportet. *Insecenda* quid esset quæri cœptum. Tum, ex his qui aderant, alter ^b literator fuit, alter literas sciens. Hi duo inter sese dissentiebant: & grammaticus quidem contendebat. *Insequenda* enim scribi, inquit, debet, non, *insecenda*. Quoniam *insequens* significat: dictumque est *inseque*, quasi, perge dicere & insequere. Itaque ab Ennio scriptum in his verbis:

^c *Inseque musa, manu Romanorum induperator*

Quod quisque in bello gessit cum rege Philippo.

10 Alter autem ille eruditior nihil mendosum, sed recte atque integre scriptum esse perseverabat; & Vêlio Longo non homini indocto fidem esse habendam: qui in commentario, quod fecisset de usu antiquæ locutionis, scripserit non *inseque* legendum apud Ennium, sed *insece*; ideoque a veteribus, quas narrationes dicimus, *insecutiones*, esse appellatas: Varro-

15

Hæc nihilo mihi videntur esse scētius quam somnia, sic enarrasse; nihilo magis narranda esse quam si ea essent somnia. Hæc illi inter se certabant. Ego arbitror & a M. Catone *insecenda* & a Q. Ennio *insece* scriptum sine *u*, litera. Offendi enim in ² bibliotheca Patrensi librum veræ vetustatis Livii Andronici, qui inscriptus est *ὁ δ' ὁρατῖα*, in quo erat versus primus, cum hoc verbo, sine *u*, litera.

20

^d *Virum mihi Casimæna insece versutum;*

factus ex illo Homeri versu:

^e *Ἄνδρα μοι ἔννεπε, μοῦσα πολὺτρεπτον.*

25

^f Illi igitur ætatis & fidei magnæ libro credo. Nam quod in versu Plautino est, *scētius quam somnia*; nihil in alteram partem plus argumenti habet. Etiam si veteres autem non *inseque*, sed *insece* dixerunt, credo quia erat levius leniusque; tamen ejusdem sententiæ verbum videtur. Nam & *sequo* & *sequor*, & item *scēta* & *scētio* consuetudine loquendi differunt: sed qui penitus inspexerit, origo & ratio utriusque una est. Doctores quoque & interpretes vocum Græcarum & *ἀνδρα μοι ἔννεπε μοῦσα*, & *ἔννεπε μοῦσα μοῦσαι*; dictum putant quod Latine *inseque* dicitur. Namque ^h in altero, *n*, geminum, ⁱ in altero, *p*, esse tralatium dicunt. Sed etiam ipsum illud ^m, quod significat verba aut versus, non aliunde

30

INTERPRETATIO.

a Debet puniri ob crimina. b grammaticus alter, alter eruditior. c *Musa* perge dicere qua singuli Romani duces fortiter fecere in bello contra regem Philippum. d *Musa cane mihi virum callidum.*

e *virum mihi cane musa callidum.* f *sequor illum librum vetustissimum & fidelissimum.* g *virum mihi cane musa,* & *dicite nunc mihi musa.* h in vocabulo *ἔννεπε*. i in voce *ἔννεπε*.

NOTÆ.

1. *Insecenda fanda.*] Fanda videtur interpretasse e glossa in ipsam Gellii orationem; ut conjecit Canterus.

2. *Bibliotheca Patrensi.*] Videtur hæc bibliotheca constructa fuisse Patris, quæ urbs est Achaia in Græcia.

esse dictum tradunt, quam ἀπὸ τοῦ ἐπινοῦν καὶ εἰπεῖν. Eadem ergo ratione antiqui nostri narrationes sermonesque *insektiones* ^k appellaverunt.

INTERPRETATIO.

^k soliti sunt appellare.

CAPUT X.

Errare istos, qui in^a exploranda febris pulsus venarum pertentari putant, non arteriarum.

IN^a Herodis ^b C. V. villam, quæ est in agro Attico, loco qui appellatur Cephisiæ, aquis & lucis & nemoribus frequentem æstu anni medio concesseram. ^d Ibi alvo mihi cita & accedente febris rapida decubueram. Eo Calvisius Taurus philosophus & alii quidam sectatores ejus, cum Athenis visendi mei gratia venissent: medicus, qui tum in his locis reperiendus affidebat mihi, narrare Tauro cœperat quid incommodi paterer; ¹⁰ & quibus modulis quibusque intervallis accederet febris decederetque. Tum in eo sermone, cum jam ^e me sinceriore corpusculo factum diceret; Potes, inquit, Tauro, tu quoque id ipsum comprehendere *ἐὰν ἀπὸ τῆς αὐτῆς πρὸς πρὸς*; quod nostris verbis profecto ita dicitur; si attigeris venam illius. Hanc loquendi imperitiam, ² quod venam pro arteria dixisset, cum ¹⁵ in eo docti homines, qui cum Tauro erant, tamquam in minime utili medico offendissent, atque id murmure & vultu ostenderent: tum ibi Taurus, ut mos ejus fuit, satis leniter; Certi, inquit, sumus vir bone, non ignorare te quid vena appelletur, & quid arteria; quod venæ quidem suapte vi immobiles sint, & sanguinis tantum demittendi gratia explorentur; ²⁰ arteriæ autem motu atque pulsu suo habitum & modum febrium demonstrant: sed, ut video, ³ pervolgare magis quam inscite locutus es. Non enim te solum sed alios quoque itidem errantis audivi venam pro arteria dicere. Fac igitur ut experiamur eligantiorum esse te in medendo, quam in dicendo; & cum diis benevolentibus ³ opera tua sistas hunc nobis fa- ²⁵

INTERPRETATIO.

^a Cognoscenda febris. ^b clarissimi viri. ^c profectus fueram. ^d ibi laborans profluvio ventris & accessu febris ardentis decumbebam. ^e me meliuscule habere.

^f magis ex usu quam ex imperitia. ^g tuis remediis hunc reddas nobis saluum & incolumem.

NOTÆ.

1. Herodis.] T. Claudius Atticus Herodes consularum gessit collega T. Bellicio Torquato, anno Christi XLIII. Vide lib. I. cap. II.

2. Quod venam pro arteria dixisset.] Medicum immerito reprehendebat Taurus. Optimi quique scriptores & Græci & Latini venam pro arteria passim di-

xerunt, Tullius, Celsus, & Ovidius: *Saliunt tentata pollice vena.*

Ut reliquorum autoritates omittam, quas in thesauro Stephani abunde reperias. Græcos autem autores antiquiores venam pro arteria indifferenter usurpasse autor est Galenus.

num atque validum quam citissime. Hoc ego postea cum in medico reprehensum esse meminissim; existinavi non medico soli sed omnibus quoque hominibus liberis liberaliterque institutis turpe esse, ne ea quidem cognovisse ad notitiam corporis nostri pertinentia, quæ non altius occultiusque remota sunt; & quæ natura nobis tuendæ valetudinis causa & in promptu esse & in præpatulo voluerit: ac propterea, quantum temporis habui¹ subsicivi, medicinæ quoque libros attigi, quos arbitrabar esse idoneos ad docendum; & ex his, cum alia pleraque² ab isto humanitatis usu non aliena, tum de venis quoque & arteriis didicisse videor ad hunc ferme modum; vena est conceptaculum sanguinis, quod ἀραιον medici vocant, mixti confusique cum spiritu naturali; in quo plus sanguinis est, minus spiritus. Arteria est conceptaculum spiritus naturalis mixti confusique cum sanguine; in quo plus spiritus est, minus sanguinis. Σφύρα³ autem est intentio motus & remissio in corde & in arteria, naturalis non arbitraria; a medicis autem veteribus oratione Græca ita definitus est;

ἡ σφύρα ἐστὶν διαστολὴ καὶ συστολὴ ἀδιαίρετος ἀρτηρίας καὶ καρδίας.

INTERPRETATIO.

It vulgaria & facilia cognita. i superlatio & contractio involuntaria arteriæ & cordis. E pertinentia ad illam eruditionem liberaliorem. I pulsus est di-

NOTA.

3. Adiaίρετος.] Hic legendum censet (id est, nullo modo divisus,) sensus Stephanus ἀποαιίρετος, id est, involuntarius. Et vero ex ista voce ἀδιαίρετος,

CAPUT XI.

Verba ex carminibus Furii Antiatii inscite a Cællio Vindice reprehensa, versusque ipsi, in quibus ea verba sunt subscripti.

Non hercle idem sentio cum Cællio Vindice grammatico, ut mea opinio est, haud quaquam inerudito. Verum^a hoc tamen petulanter insciteque; quod¹ Furium veterem poetam dedecorasse linguam Latinam scripsit huiusmodi vocum fictionibus, ^b quæ mihi quidem neque abhorre a poetica facultate visæ sunt, neque dictu profatuque ipso tætræ aut insuaves esse; sicut sunt quædam alia ab illustribus poetis ficta dure & rancide. Quæ reprehendit autem Cællius^d Furiana; hæc sunt;

INTERPRETATIO.

a In ea re videtur esse insolens & indoctus. b quas credo convenire licentia poetica, neque esse duras aut injucundas in pronunciatione. c pvide. d verba a Furio novata.

NOTA.

1. Furium.] A. Furius Antias Latinus poeta floruit anno ante Christum circiter c. ex cuius operibus non pauca Virgilium exceperisse Crinitus est auctor.

quod terram in lutum versam *lutescere* dixerit, & tenebras in noctis modum factas *noctescere*, & pristinas recipere vires *virescere*; & quod ventus mare cæruleum ^e crispicans nitescit, *purpurat* dixerit, & opulentum fieri *opulescere*. Versus autem ipsos ex poematis Furianis, in quibus hæc verba sunt, subdidi.

^f *Sanguine diluitur tellus. Cava terra lutescit.*

Omnia noctescunt tenebris caliginis atra

Increpant animi. & Virescunt vulnere vires.

^h *Hic fulica levis volitat super aquora classis,*

Spiritus Eurorum viridis cum purpurat undas,

Quo magis in patriis possint opulescere campis.

INTERPRETATIO.

^e commovens leniter subsilientes fluctus, *rantur. h hic turba levis fulicarum supra terra imbuatur cruore, terra depressa pra mare volat, cum venti status ob se lutum. g vires ex vulneribus recuperante modice attollit fluctus.*

NOTÆ.

2. *Hic fulica.*] Numero deficitur hic leumatico. Est autem fulica avis nigra versus. Habetur in editione Ascensiana, & aquatica, Gall. *Foulique, Paille d'eau.* sicut fulica levis, secundo pede proce-

CAPUT XII.

Morem istum veteribus nostris fuisse verba patiendi mutare ac vertere in agendi modum.

Id quoque habitum est in oratione facienda elegantiae genus, ut, pro ¹ verbis habentibus patiendi figuram, agentia ponerent; ac deinde hæc vice inter se mutua verterent. ¹ Juvenius in comædia:

Pallium, inquit, face ut ² splendeat.

Nonne ^b hoc impendio venustius gratiusque est, quam si diceret, *ne maculetur?* Plautus etiam non dissimiliter,

Quid est hoc? ^c rugat pallium. Amictus non sum commode.

Idem Plautus, *pulveret*, dicit quod non pulvere impleat sed quod ipsam pulveris plenam sit:

INTERPRETATIO.

^a Loco verborum passivorum substituent activa. ^b multo elegantius. ^c in *rugas contrahitur pallium. Non bene mihi sedet.*

NOTÆ.

1. *Juvenius.*] Ita reponimus, autore Rutgerio, cum in antiquis editionibus perperam legatur *Terentius*. Porro *Juvenius* poeta comicus a Varrone citatus quo tempore potissimum floruerit, omnino incertum.

2. *Vt splendeat.*] Cum variis auctori-

tatibus hic probet Gellius pro passivis interdum eleganter activa substitui, ex ejus mente quantum fas est conjicere debet hic legi *ut ne maculet*, quod sit elegantius quam *ne maculetur*. Cæterum in hoc versu referendo mira est interpretum dissensio.

^d Exi tu Dave ,

Age , sparge ; mundum esse hoc vestibulum volo .

Venus ventura est nostra . Non hoc pulveret .

In Afinatia quoque contemples dicit , pro contempleris .

^e Mecum caput contemples , si quidem e re consultas tua .

51 Cn. Velleius in annalibus. Postquam tempestas ^f sedavit ; Athribat tan-
rum immolavit. M. Cato in Originibus : & Eodem ^g convene complures ex
agro accessitavere. Eo res eorum auxit. Varro in libris , quos ad Mar-
cellum de lingua Latina fecit. In priore verbo graves prosodia , quæ fuerunt ,
10 manent. Reliquæ mutant. Mutant , inquit elegantissime pro , mutantur.
Potest etiam id quoque ab eodem Varroñe in VII. Divinarum similiter
dictum videri. Inter duas filias regum quid mutet , inter Antigonam &
Tulliam est animum advertere. Verba autem patiendi pro agentibus , in
omnibus ferme veterum scriptis , reperiuntur : ex quibus sunt pauca ista ,
15 quæ nunc meminimus. Muneror te , pro , munero ; & significor , pro ,
significo ; & sacrificor , pro , sacrifico ; & assentior , pro , assentio ; & fe-
neror , pro , fenero ; & pigneror , pro , pignero. Et alia istiusmodi pleraque ,
proinde ut in legendo fuerint obvia , notabuntur.

INTERPRETATIO.

^d Tu Dave egredere. Euge , sparge | considera , si quidem utile tibi consilium
aquam ad verrendum commodias. | expetis. ^f sedata est ^g eundem in locum
Volo hoc atrium sit sine sordibus , | plurimi incola frequentes venire. Hinc
mox venit amica nostra : non hoc sit | opes eorum aucta sunt.
pulvere plenum. ^e mecum rei summam |

NOTA.

3. Convena.] Ii sunt qui ex diversis gentibus in unam urbem conveniunt.

CAPUT XIII.

^a Quali ratione Diogenes philosophus usus sit pertentatus a dialectico
quodam sophismatio impudenti.

20 ^b Saturnalibus Athenis alea quadam festiva & honesta luitabamus
Shujscemodi. Ubi conveneramus ^c complusculi ejusdem studii homi-
nes ; ^d ad lavandi tempus , captiones ; quæ sophismata appellantur , mente

INTERPRETATIO.

^a Qualis fuit questio similis quam | nescium qui talis erat. ^c satis multi. ^d ex-
Diogenes exquisivit a dialectico nescio | cogitabamus argumenta captiosa qua di-
quo sophista petulanti. ^b per festa Saturni | cuntur sophismata , usque dum advenis-
solebamus ludere ludum lepidum & ho- | set tempus lavandi.

NOTA.

1. Ad lavandi tempus.] Romani cum | lis nonam , æstate octavam balneis ad-
usum lini vix haberent , corporis sordes | dictam fuisse ex Plinio Juniore colligit
balneis eluere solebant epulas adituri | Demsterus , & eam in rem affect non-
Perro hieme horam scilicet ab ortu so- | nulla ex Tertulliano, Martiale, & cæteris.
agitabamus.

agrabamus; easque quasi ² talos aut tesserulas in medium vice sua quisque jaciebamus. Captivæ solutæ aut parum intellectæ præmium pœnave erat; nummus sestertius unus. Hoc arte collecto, ⁴ quasi manuario, cœnula curabatur omnibus, qui eum lusum luseramus. Erant autem captiones ad hoc fere exemplum; tametsi Latina oratione non satis scite ac pœne etiam illepide exponuntur. ⁵ *Quod nix est, hoc grandis non est. Nix autem alba est, grandis igitur alba non est.* Item aliud non dissimile: *quod homo est, hoc non est equus. Homo autem animal est. Equus igitur animal non est.* Dicere hoc debebat, qui ad sophisma ^c diluendum ac refellendum ritu aleatorio vocatus erat, in qua parte quoque in verbo captio foret; quid dari concedique non oporteret. Nisi dixerat ²; nummo singulo multabatur. Ea multa cœnam juvabat. Libet autem dicere, quam facete Diogenes sophisma id genus, quod supra dixi, a quodam dialectico ^g ex Platonis diatriba per contumeliam propositum ^h remuneratus sit. Nam cum ita rogasset dialecticus: *quod ego sum, id tu non es*, & Diogenes annuisset: atque ille addidisset; *homo autem ego sum*: cum id quoque assensus esset, & contra dialecticus ita conclusisset; *homo igitur tu non es*: hoc quidem, inquit Diogenes, falsum est. Et, si verum id fieri vis, ⁶ a me incipe.

INTERPRETATIO.

^a solvendum. ^f more ludentium. ^g sectator Platonis. ^h retorsit.

NOTÆ.

². Talos aut tesserulas.] De quibus consule notas in c. XX. lib. I.

³. Sestertius nummus.] Erat quarta pars denarii Romani æquivalens decem denariis nostratibus. Nummus & sestertius idem est: consule notas superiores.

⁴. Manuario.] Æs manuarium dicitur pecunia parva in alea, quod in aleæ usu manus dicantur ipsæ ludendi vices, ut ex Suetonio in Augusti vita colligere licet.

⁵. *Quod nix est, &c.*] Hæc argumen-

ta captiosa facile solvetur si concesseris quoad primum, nivem secundum alias qualitates accidentales non differre a grandine, secundum alias differre: si responderis ad secundum, hominem ratione speciei ab equo discrepare, ratione generis cum equo convenire.

⁶. *A me incipe.*] Sic argumentationem instituit, ut a me Diogenes incipias hoc modo, *Quod tu es, hoc ego non sum, atqui tu es homo, ergo ego non sum homo.*

CAPUT XIV.

Quid sit numerus hemiolios, quid epitritos: & quod vocabula ista non facile nostri ausi sunt vertere in linguam Latinam.

Figuræ quædam numerorum, quas Græci certis nominibus appellant, vocabula in lingua Latina non habent. Sed qui de numeris Latine scripserunt, Græca ipsa dixerunt. Fingere autem nostra, quoniam id absurde futurum erat, noluerunt: quale enim fieri nomen posset hemiolio

NOTÆ.

¹. *Quale fieri nomen posset, &c.*] Hemiolio fecit Cicero, cum dixit Sesqui-

numero aut epitricto? Est autem *hemiolios*, qui numerum aliquem in sese habet, dimidiumque ejus: ut tres ad duo, quindecim ad decem, triginta ad viginti. *Epitritos* est, qui habet totum aliquem numerum & ejusdem partem tertiam: ut quatuor ad tres, duodecim ad novem, quadraginta ad triginta. Hæc autem notare meminisseque non esse abs re visum est: quoniam, vocabula ista numerorum nisi intelliguntur, rationes² quædam subtilissimæ in libris philosophorum scriptæ percipi non queunt.

NOTÆ.

plex, sesquialter, *modus aut sesquiple* | *sesquitertia intervalla.*
aut duplex aut par. In Oratore n. 193. | 2. *Rationes quadam subtilissima.*] Hinc
 Fecit idem Tullius epitricto nomen La- | enim aliquando pendet proportionum in
 tinum, cum scripsit lib. de Univers. | mathematicis cognitio.

CAPUT XV.

*Quod M. Varro in herois versibus observaverit rem nimis anxiam
& curiosa observationis.*

10 **I**N longis versibus, qui hexametri vocantur, item in^a senariis, ani-
 madvertent¹ metrice duos primos pedes, item extremos duo, habere
 posse singulos integras partes orationis; ^b ² medios haud unquam posse;
 sed constare eos semper ex verbis aut diversis aut mixtis atque confusis.
 15 Marcus etiam Varro, in libris disciplinarum, scripsit observasse se in versu
 hexametro; quod omni-modo^c quintus semipes verbum finiret; & quod
 priores quinque semipedes æque magnam vim haberent in efficiendo ver-
 su, atque alii posteriores septem: idque ipsum ratione quadam geome-
 trica fieri differit.

INTERPRETATIO.

a In versibus iambicis sex pedum. b ter- | *habere integras partes orationis.* c prima
 rium & quartum pedem nunquam posse | *syllaba tertiæ pedis sit ultima dictionis.*

NOTÆ.

1. *Metrice.*] Sunt qui metra seu versus faciunt.

2. *Medios haud unquam posse.*] Hanc regulam inanem esse Muretus arguit, & ex ipsis Homerî, aliorumque versibus convincit

*Υδροχάρης δὲ τε πέρφει Πτεροφάγην βασι-
 λῆα.*

Hydrochares autem occidit Pternophagum regem.

In eo versu nonne pes tertius integram habet partem orationis?

3. *Quintus semipes verbum finiret.*] Hanc observationem Virgilius aut ignoravit aut contempsit. Ecce tibi ipso fere in aditu *Æneidos* quot versibus quintus semipes sive prima syllaba tertiæ pedis dictionem non finit:

*Præcipue pius Aeneas nunc acris Oren-
 ti, &c.*

*Despicens mare velivolam terrasque
 jacentes, &c.*

*Æternis regis imperiis & fulmine ter-
 res, &c.*

A. GELLII

NOCTIUM ATTICARUM

COMMENTARIUS.

LIBER UNDEVICESIMUS.

CAPUT I.

Responsio cuiusdam philosophi interrogati quam ob causam maris tempestate palluerat.



AVIGABAMUS¹ Cassiopeia ad Brundisiam, ² mare Ionium³ violentum & vastum & ⁴ jactabundum. Nox deinde, quæ diem primum secuta est: in ea fere rota ventus a latere sæviens navem undis compleverat. Tum postea complorantibus nostris omnibus atque ^b in sentina satis agentibus dies quidem tandem illuxit: sed ^c nihil de periculo neque de sævitia amissum. Quin tur-

bines etiam crebriores, & cælum atrum, & fumigantes globi, & figuræ quædam nubium metuendæ, quas ^d *τυφῶνας* vocabant, impendere imminereque ac depressuræ navem videbantur. In eadem fuit philosophus in disciplina stoica celebratus, quem ego Athenis cognoveram non parva virum auctoritate, satisque attente discipulos juvenes continentem. Eum tunc in tantis periculis inque illo tumultu cæli marisque requirebam oculis; scire cupiens quonam statu animi & an interritus intrepidusque esset.

INTERPRETATIO.

^a Tempestuosum. ^b & in exhaurienda sentina occupatis. ^c verum idem fuit periculum, eadem atrocitas tempestatis. ^d vortices.

NOTÆ.

1. *Cassiopeia.*] Terræ tractus est apud Thesprotios in Epiro ubi est urbs Cassiope, nunc *Ioannina*, cujus ex portu brevior est in Italiam trajetus.

2. *Mare Ionium.*] Est Græciam inter & Italiam ad fauces Adriatici maris: etiamnum dicitur, *mare Ionio*.

3. *Violentum.*] Sane Adriaticum mare quod Ionio coheret, olim fuit naufragis infame: adeo ut navigantium vo-

rago diceretur. Cœpit esse multo tranquillius ex quo sancta Helena, ut refert Gregorius Turonensis, in mare Adriaticum demisit clavum, quo transfixus fuerat Christus.

4. *Τυφῶνας.*] Typho est venti turbo, qui incredibili rapiditate, sed sine igne erumpit e nubibus: magna plerumque navigantium clade foedissimas excitat tempestates.

Atque ibi hominem conspicimus impavidum & extrilidum, ploratus quidem nullos, sicuti ceteri omnes, nec ullas ejusmodi voces ^fcientem, sed coloris & vultus turbatione non multum a ceteris differentem. At ubi cælum erituit, & deferbuit mare, & ardor ille periculi deflagravit: accedit ad stoicum Græcus quispiam dives ex Asia, magno, ut videbamus, cultu paratuque rerum familiaræ, atque ipse erat multis corporis animique deliciis diffluens. Is quasi illudens; Quid hoc est, inquit, o philosopho, quod, cum in periculis essemus, timuisti tu & palluisti? Ego neque timui neque pallui. Et philosophus aliquantum cunctatus an respondere ei conveniret; Si quid ego, inquit, in tanta violentia tempestatum videor paulum ^hpavefactus; non tu istius rei ratione audienda dignus es. Sed tibi sane ^gAristippus ille pro me responderit: qui, in simili tempore a simillimo tui homine interrogatus quare philosophus timeret, cum ille contra nihil metueret; non eandem esse causam sibi atque illi respondit.

15 Quoniam is quidem esset non magno opere sollicitus pro anima nequissimi nebulonis; ipsum autem pro Aristippi anima timere. His tunc verbis stoicus divitem illum Asiaticum a se ^lamolitus est. Sed postea cum Brundisium adventarem, ^kmollitique essent venti maris: percunctatus eum sum, quænam illa ratio esset pavoris sui, quam dicere ei ^lsuperfedisset, a quo fuerat non satis digne compellatus. Atque ille mihi placide & comiter; Quoniam, inquit, audiendi cupidus es, audi quid super isto brevi quidem sed necessario & naturali pavore majores nostri conditores sectæ stoicæ senserint. Vel potius, inquit, lege: & facilius credideris si legas, & memineris magis. Atque ibi coram ex sarcinula sua librum protulit Epicæti philosophi quintum ^m διαλογων; quas ab Arriano digestas congruere scriptis Zenonis & Chryssippi non dubium est. In eo libro Græca scilicet oratione ⁿ scriptum ad hanc sententiam legimus. Vifa animi, quas ^o παρὰ τὴν φύσιν philosophi appellant, quibus mens hominis ^p prima statim specie accidentis animum rei pellitur, non voluntatis sunt neque arbitraria; sed ^{vi} quadam sua inferunt sese hominibus noscanda, ^q Probationes

INTERPRETATIO.

e extra metum. f fundentem. g & ^g timus hoc Græce scriptum tali modo. metus periculi cessavit. h terrore affectus. i repulit. k & subsedisent venti. o imaginationes. p commovetur primo intuitu rei qua offertur animo. q assensus. Inoluisse. m dissertationum quas ordinavit Arrianus, & quas constat convenire autem, quas appellant οὐρανοῦ δόξαι, quibus concedimus res esse tales, quales nobis primo apparuerunt, sunt in nostra cum scriptis Zenonis & Chryssippi. n le-

NOTE.

1. Extrilidum.] Extrilidus vox Celiæ quæ quid significet non omnino constat inter grammaticos, interpretantur alii exalbidum & quasi pallefcentem, alii exprorecta fronte sine tricis & rugis. Nonnulli etiam extra læsionem.

6. Aristippus.] Hic genere Cyrenæus, Socratis sectam philosophus amplexus est: omni loco, tempore ac personæ serviebat, unde Dionysio charus, & Diogene regius canis dictus est. Floruit circa Olympiadem xc. ante Christum circiter ccccxx. Laert.

antem, quas ⁷ συγκαταδίσεις vocant, quibus eadem visa noscuntur ac di-
 judicantur, voluntariae sunt fiuntque hominum arbitratu. Propterea cum
 sonus aliquis formidabilis aut caelo aut ex ruina, aut ^r repentinus nescius
 periculi nuntius vel quid aliud ejusmodi factum; sapientis quoque ani-
 mum paulisper moveri, & contrahi, & pallefcere necessum est, non opi-
 nione alicujus mali praecipra; sed quibusdam motibus rapidis & incon-
 sultis officium mentis atque rationis praevententibus. Mox tamen ille sa-
 piens ibidem ^r τῶν τιμῶν φαντασίαις, visa isthaec animi sui terrificata non
 approbat; hoc est, ^r οὐ συγκατατίθεται, οὐδέ προσεπιδοξάζει, sed abjicit re-
 spuitque: nec ei metuendum esse in his quicquam videtur. Atque hoc in-
 ter insipientis sapientisque animum differre dicunt, quod insipiens, ^u qualia
 sibi esse primo animi sui pulsu visa sunt saeva & aspera, talia esse vero
 putat; & eadem incepta, quae quasi iure metuenda sint, sua quoque as-
 sensione approbat, ^u προσεπιδοξάζει. Hoc enim verbo Stoici, cum super
 illa re differunt, utuntur. Sapiens autem, cum breviter & strictim co-
 lore atque vultu motus est, οὐ συγκατατίθεται; sed statum vigoremque sen-
 tentiae suae retinet, quam de hujuscemodi visis semper habuit ut de mi-
 nime metuendis, sed fronte falsa & formidine inani territantibus. Haec
 Epictetum philosophum ex decretis Stoicorum sensisse atque dixisse in eo
 quo dixi libro legimus: annotandaque esse idcirco existimavimus, ut re-
 bus forte id genus, quibus dixi, obortis; pavescere sensim & quasi al-
 bescere, non insipientis esse hominis neque ignavi putemus; & in eo ta-
 men brevi motu naturali magis infirmitati cedamus, quam, quod esse ea
 qualia visa sunt, censeamus.

INTERPRETATIO.

prestate & dependent a nobis, & cum ali-
 quis repente nuntiat periculum de quo
 non est omnino certus. In hac qua ipsi vi-
 dentur, & non approbat, non iis assensitur.
 u res qua primo mentis intuitu videban-

tur atroces & horrenda, vere tales esse
 putet, & res primo objectas quasi vere
 terribiles opinione sua judicet, & iis as-
 sentiat.

NOTA.

7. Συγκαταδίσεις.] Ex opinione Sto-
 corum cum animo objicitur aliquid vi-
 sum, φαντασίαι vocant: illud quidem
 praeter hominis voluntatem vim quan-
 dam infert, & turbat motibus rationis
 officium praevententibus, Sapienti tamen
 integrum est illud respicere. At si quis
 assentiat imbecillior, tum fit συγκατα-
 τίθει dum suum commodat assensum, ac
 deinde προσεπιδοξάζει, & id sibi persua-
 det esse verum cujus primo intuitu per-
 cussus est. Porro συγκαταδίσεις non de
 quolibet assensu Stoici usurpabant, sed
 de eo tantum qui vel rebus falsis, vel
 non omnino certis, vel non recte perce-
 ptis tribuere.

CAPUT II.

Ex quinque corporis sensibus duos esse cum belluis maxime communes.

Quinque sunt hominum sensus, quos Graeci αἰσθήσεις appellant, per
 quos voluptas animo aut corpori quaeri videtur; gustus, tactus,
 Sff iij

- odoratus, visus, auditus. Ex his omnibus quæ immodice voluptas capi-
 tur, ea turpis atque improba existimatur. Sed enim quæ nimia ex gustu
 atque tactu est, ea voluptas, sicuti sapientes viri censuerunt, omnium
 rerum foedissima est; eosque maxime, qui duabus istis ^a belluinis volu-
 5 ptatibus sese dediderunt, gravissimi vitii vocabulis Græci appellant, ^b vel
 ἀκολάσεις, vel ἀκρατεῖς. Nos eos vel incontinentes dicimus vel intemperan-
 tes. Ακολάσεις enim, si interpretari coactius velis, ^c nimis id verbum in-
 solens erit. Istæ autem voluptates duæ, gustus atque tactus; id est, libi-
 10 dines in cibos atque in venerem prodigæ, solæ sunt hominibus communes
 cum bestiis: & idcirco in pecudum ferorumque animalium numero habetur,
 tur, ^c quisquis est is ferinis voluptatibus prævinctus. Ceteræ ex tribus
 aliis sensibus proficiscentes hominum esse tantum propriæ videntur. Verba
 super hac re Aristotelis philolophi adscripti; ut vel auctoritas clari atque
 15 incluti viri tam infamibus nos voluptatibus deterreret. ^d Διὰ τὴν οἰκτιρῆσιν
 ἀφ᾽ ἧς ἢ γούσας ἢ δονῶν γιγνομένην αὐτῶν ὑπερβύλλωσιν, ἀκρατεῖς λέγονται. οἱ τε
 γὰρ περὶ τὰ ἀφροδίσια, ἀκόλαστοι· οἱ τε περὶ τὰς πῆς τριφῆς ἀπολαύσεις, ἧς ὅτι
 τῶν προσώτων, ἀπ᾽ ἐνίων μὲν ἐν τῇ γλώττῃ τὸ ἡδύ· ἀπ᾽ ἐνίων δ᾽, ἐν τῷ κάρυγι.
 διὸ καὶ φιλοξένου γαστρίου κάρυγμα δ᾽ ἔχειν. οἱ δ᾽ ὅτι καὶ τῶν ὕψι καὶ τῶν ἀκωῶν,
 οὐκ ἔπ. ἢ διὰ τὸ τὰς ὑπὸ τούτων γινομένης ἕδονας, κοινὰς εἶναι ἡμῖν καὶ τοῖς ἄλλοις
 20 ζώοις; ἅτε οὐδ᾽ οὐσαι κινῶν, ἀπρόσταται εἶσι· διὸ καὶ μάλιστα ἢ μόνον ἐπιπέδοι.
 ἅς τε πὺν ὑπὸ τούτων ἡπώμενον φέρονται, καὶ ἀκρατεῖς καὶ ἀκόλαστοι λέγονται, διὰ τὸ
 ὑπὸ ἧς χειρίσων ἡδονῶν ἡπείσθη. οὐσῶν δ᾽ ἧς ἀδύστων πέντε, τὰ ἄλλα ζῶα δὲ
 δύο μόνον ἧς ἀφροδισίων ἡδέται, καὶ ὅτι τὰς ἄλλας ἢ ὄλας οὐχ ἡδέται, ἢ καὶ συμβε-
 βηκός τῆς το πάχης. &c. Quis igitur habens aliquid humani pudoris, volupta-
 25 tibus istis duabus coeundi atque comedendi, quæ sunt homini cum sue atque
 affino communes, gaudeat? Socrates quidem dicebat multos homines pro-
 pterea velle vivere ut ederent & biberent; se bibere atque esse ut vive-
 ret. Hippocrates autem, divina vir scientia, de coitu Venereo ita exi-
 stimabat, partem esse quamdam morbi tæterrimi, quem nostri comitia-
 30 lem dixerunt. Namque ipsius verba hæc traduntur, ^e τὸ συνύσταν εἶναι μὲν
 ἐπιληψίαν.

INTERPRETATIO.

a Pertinentibus ad brutas animantes
 b aut lascivos, aut intemperantes. c qui-
 cunque additus est his voluptatibus bel-
 luis. d cur qui in voluptate exitu aut
 gustu percepta excefferint, impotentes di-
 cuntur; ut qui in rebus venereis, lascivi,
 & qui deliciosis epulis inhiant. E gulo-
 sis alii quidem in lingua delectationem
 capiunt, alii vero in faucibus. Quapropter
 & Philoxenus gruis guttur optabat habere.
 Qui autem in visu & auditu modum
 non tenent non ita vocantur. An quod

ex illis sensibus capta voluptates com-
 munes sunt nobis & aliis animantibus.
 Quippe cum sint communes belluis, tur-
 pissima sunt. Unde & maxime aut sole
 vituperanda sunt. Itaque hominem ab
 iis vitium reprehendimus, propterea quod
 pessimis voluptatibus vincatur. Cum au-
 tem sensus quinque sint, cetera animan-
 tia duobus solis prius dictis delectantur;
 aliis autem vel omnino non delectantur
 vel ex accidente hoc patiuntur, &c. c. coi-
 tum esse parvam epilepsiam.

NOTA.

x. Nimis id verbum insolens.] Expres-
 sum enim e Græco Latine dicitur inca-
 stigatus aut incastigabilis, a verbo κατέ-
 castigo, & à privante,

CAPUT III.

Quod turpius est frigide laudari, quam acerbius vituperari.

Turpius esse dicebat Favorinus philosophus exigue atque frigide laudari, quam ^a insectanter & graviter vituperari. Quoniam, inquit, qui maledicit & vituperat, quanto id acerbius facit, tum maxime ille pro iniquo & inimico ducitur, & plerumque propterea ^b fidem non capit. Sed qui ^c infecunde atque jejune laudat; destitui a causa videtur: & amicus quidem creditur ei quem laudare vult, sed nihil posse reperire quod jure laudet.

INTERPRETATIO.

^a Vehementer. ^b non creditur. ^c sterilitate & frigide laudat, videtur careere argumento laudabili.

CAPUT IV.

Quamobrem venter repentino timore effluat; quare etiam ignis urinam laceffat.

Aristotelis libri sunt, qui problemata physica inscribuntur, lepidissimi & ^a elegantiarum omne genus referti. In his quærit, quam ob causam eveniat, ^b ut quibus invalit repentinus rei magnæ timor, plerumque alvo statim cita fiant. Item quærit, cur accidat, ut eum, qui propter ignem diutius stetit, ^d libido urinæ laceffat. Ac ^c de alvo quidem inter timendum prona atque præcipiti causam esse dicit, quod timor omnis sit ^f algificus, quem ille appellat *ψυχοποιπικώ*; qui vi frigoris sanguinem & calidoremque omnem de summa corporis cute ^h cogat penitus & depellat: faciatque simul uti, qui timent, sanguine ex ore decedente pallefcant. Is autem, inquit, sanguis & calor in ultima coactus movet plerumque alvum & incitat. De urina crebra ex igni proximo facta, verba hæc posuit, ⁱ τὸ δὲ πῦρ διαχλά τὸ πεπρωτὸς, ἀσπορὸν ὁ ἥλιος τὴν χύμα.

INTERPRETATIO.

^a Pleni omni genere questionum elegantiorum. ^b ut qui repente magnum aliquid metuunt, soleant laborare pro fluxu ventris. ^c prope. ^d cupiat mingere. ^e de alvo soluta & commota per timorem. ^f frigidificus. ^g calidorem. ^h contrahat. ⁱ ignis autem resolvit concretum, sicut sol nivem.

NOTÆ.

1. Qui timent sanguine ex ore decedente pallefcant. Cum in metu cor deficiat, natura ut nobilissimæ parti laboranti succurrat, colligit sanguinem, quo fo-

CAPUT V.

*Ex Aristotelis libris sumtum, quod nivis aqua potui pessima sit,
& quod ex nive crystallus^a concreatur.*

IN¹ Tiburte rus concesseramus hominis amici divitis, ætate anni flagrantissima, ego & quidam alii æquales & familiares mei, eloquentiæ aut philosophiæ sectatores. Erat nobiscum vir bonus ex peripatetica disciplina, bene doctus, & Aristotelis unice studiosissimus. Is nos² aquam multam ex diluta nive bibentis^b coercerat severiusque increpabat. Adhibebat nobis auctoritates nobilium medicorum & cumprimis Aristotelis philosophi rei omnis humanæ peritissimi; qui aquam nivalem frugibus sane & arboribus secundam diceret, sed³ hominibus^c potu nimio insalubrem esse; ^d + tabemque & morbos sensim atque in diem longam visceribus inseminare. Hæc quidem ille ad nos prudenter & benivole & assidue dictabat. Sed cum bibendæ nivis pausa fieret nulla: promittit e bibliotheca Tiburti, quæ tunc in Herculis templo satis commode instructa libris erat, Aristotelis librum; eunque ad nos adfert. Et, hujus saltem, inquit, viri sapientissimi verbis credite; ac desinite valetudinem vestram^e profigare. In eo libro scriptum fuit deterrimam esse potu aquam

INTERPRETATIO.

a Concrestat. b impediabat. c si nimium bibatur. d producere in visceribus | malam affectionem paulatim & morbo diuturnos. e corrumpere.

NOTÆ.

1. Tiburte.] Villa erat ad Tibur urbem Latii quo se Romani nobiles ad defendendos æstus urbis immodicos recipere solebant. Nunc Tivoli.

2. Aquam ex diluta nive.] Aquam veteres vel ex nive solutam vel nive circumjecta refrigeratam bibebant, ut indicat Martialis l. XIV. epigr. CXVII.

Non potare nivem, sed aquam potare rigentem

De nive, commenta est ingeniosa sitis.

Et lib. V. epigr. LXV.

Sextantes, Calliste, duos infunde Faleri:

Tu super æstivas, Alcime, funde nives.

Præterea id ex Seneca epist. LXXVIII colligitur: O infelicem agrum! inquit, quare? quia non vino nivem diluit, quia non rigorem portionis sua quem ca-

paci scypha miscuit, remorat fracta insuper glacie. Et is quidem mos æstare invaluit; nam hyeme crediderim Romanos aqua calida temperasse vinum. Quod innuit idem Martialis lib. I. ep. XII.

Iam defecisset portantes calida ministros, Si non potares Sextiliane merum.

Unde Tiberius Claudius Nero qui vino nimium indulgebat, per jocum dicebatur Biberius Caldius Mero.

3. Hominibus insalubrem.] Aquam tamen nivatam decoctam, & refrigeratam Plinius ait lib. XXXI. cap. III. esse innoxiam, sed de ea non loquitur Aristoteles.

4. Tabem.] Tabes plura significat. Hic videtur eadem esse quod *κακία* malus corporis habitus alimenta omnia corrumpens.

e nive; itemque solidius latiusque concretam esse eam, quam ζ κρύσταλλον Græci appellant: causaque ibi adscripta est hujuscemodi. Quoniam, cum aqua frigore aeris duratur & coit, necesse est fieri ξ vaporationem, & quamdam quasi auram tenuissimam ζ exprimi ex ea & emanare. Id autem, inquit, in ea levissimum est, quod evaporatur. Manet autem, quod est gravius & fordidius & insalubrius: η atque id pulsu aeris verberatum in modum coloremque spumæ candidæ oritur. Sed θ aliquantum, quod est salubrius, diffilari atque evaporari ex nive, indicium illud est, quod minor sit illa, quæ ante fuerat, quam concreveret. Verba ipsa Aristotelis ex eo libro pauca sumsi & adscripsi: κ Διὰ τὴν ἀπὸ χύνης ἢ κρυστάλλων ὑδατῶν φαιλά ἐστίν; ὅτι παντὸς ὑδατος πηρομενῆς τὸ λεπτότατον διαπνέεται, ἢ κουφότατον ἐξέρχεται. σημεῖον δ', ὅτι ἔλαττον γίνεται ἢ πρῶτερον ὅταν ταχὺ παρῆν' ἐπιπληλυθότος οὐκ ἔτι ὑγενοτάτη ἀνάσκη τὸ καταλεπτόμενον χεῖρον ἔσθ'. Hoc ubi legimus; placuit honorem doctissimo viro haberi Aristoteli: atque ita ι postea ego bellum & odium nivi indixi; alii inducias cum ea varie factitabant.

INTERPRETATIO.

Exhalationem. g extrahi ex ea & egredi. h agitatedum ab aere impellente accipit figuram & colorem spuma candida i verum id quod est salubrius extenuari & expritari, potest quodammodo significari ex eo quod aqua fit: minor quam fuerat priusquam coalesceret. k cur ex nive & glacie aqua nociva sunt? Nimirum quod omni aqua concreta glacie, partes tenuissima ex-

pirantur, & levissima evaporantur. Signum vero hujus rei illud est quod minor sit quam prius quando liquefacta fuerit aqua concreta. Deficiente igitur re saluberrima, necesse est residuum pejus esse. I ego deinde nunquam bibi aquas e nivibus expressas, alii postea pro sua cupiditate modo bibebant, modo abstinebant.

NOTA.

ζ . Κρύσταλλον.] κρύσταλλος glacies. Unde gemma candida & pellucida quæ gelu vehementiore concrevit, dicitur crystallus.

CAPUT VI.

Quod pudor^a sanguinem ad extra diffundit, timor vero contrahit.

IN problematis Aristotelis philosophi ita scriptum est: β Διὰ τὴν οἱ μὲν αἰχνομέωσι ἐρυθειῶσιν, οἱ δ' φοβέμενοι, ὠχρεῶσιν, παραπλησίον ἔσθ' ἀπὸ τῶν ὀνότων; ι ὅτι ἔσθ' μὲν αἰχνομέωσιν διαχέεται τὸ αἷμα ἐκ τῆς καρδίας εἰς ἅπαντα τὰ

INTERPRETATIO.

^a Emittit sanguinem ad partes exteriores, timor autem cogit ad interiores. b cur qui pudore afficiuntur, erubescunt: qui

vero timent, pallent; cum proximi sint hi affectis? Nimirum quod pudore affectis diffunditur sanguis ex corde ad omnes

NOTA.

ι . Οἱ τῶν μὲν αἰχνομέωσιν, &c.] Ruboris in iis qui pudore suffunduntur proximam quidem causam affert Aristoteles. Verum præterea inquiritur, cur san-

guis ex corde ad extimas partes pudore affectis diffundatur. Difarius apud Marcrobium Sat. lib. VII. cap. XI. hanc rationem affert. Natura cum quid ei oc-

μέρη τῶ σώματος, ὥστε ἐπιπολάζειν· πῶς ἢ φοβηθεῖσιν συντρέχει εἰς τὴν καρδίαν, ὥστε ἐκλείπειν ἐν τῷ ἄλλω μερῶν. Hoc ego Athenis cum Tauro nostro legissem; percunctatusque essem quid de ratione ista reddita sentiret; Dixit quidem, inquit, probe & vere quid accideret diffuso sanguine aut contracto; sed cur ita fieret non dixit. Adhuc enim quæri potest, quam ob causam pudor sanguinem diffundat, timor contrahat; cum sit pudor species timoris; atque ita definiatur, timor justæ reprehensionis. Ita enim philosophi definiunt. ^c ἀρχὴν ἐστὶν φόβου δικαίαν ψόγου.

INTERPRETATIO.

partes corporis, ita ut sit in summa cute: | cor, ita ut destituat alias partes. c pudor
timentibus autem sanguis concurrat ad | est metus justa reprehensionis.

NOTA.

currit honesto pudore dignum, imum penetrando penetrat sanguinem: quo commoto atque diffuso cutis tinguitur, & inde nascitur rubor. Dicunt etiam physici quod natura pudore tacta ita sanguinem ante se pro velamento tendat, ut videmus quemque erubescens manum sibi ante faciem frequenter opponere. Nec aubitate de his poteris, cum nihil aliud sit rubor, nisi color sanguinis.

CAPUT VII.

Quid sit obesum; nonnullaque alia prisca vocabula.

10 **I**N agro Vaticano Julius Paulus, poeta, vir bonus & rerum literarumque veterum impense doctus, ^a hærediolum tenue possidebat. Eo sæpe nos ad sese vocabat; & olusculis pomisque ^b satis comiter copioseque invitabat. Atque ita ^c molli quodam tempestatibus autumnæ die ego & Julius Celsinus, cum ^d ad eum cœnassemus, & apud mensam ejus audissemus
15 legi ^e Levii Alcestin, rediremusque in urbem, ^e sole jam fere occiduo: figuras habitusque verborum nove aut insigniter dictorum in Leviano illo carmine ^f ruminabamur; &, ut quæque vox ^g indidem digna animadverti subvenerat, qua nos quoque possemus uti, memoriæ mandabamus. Erant autem verba, quæ tunc suppetebant, hujuscemodi;

20 Corpore, inquit, pectoreque undique obeso,

^h ac mente exfensa, tardigenulo senio oppressum.

Obesum hic notavimus proprie magis, quam usitate dictum, pro exili atque gracilento. Vulgus enim ⁱ ἀκίρωτος vel ^{κτ} ἀντίφρασιν obesum pro pin-

INTERPRETATIO.

a Parvulum pradium. b ad cœnam ap- | carmine. h mente insana, afflictum senes-
positis. c jucundo. d apud eum. e sub oc- | citate, qua reddit tarda genua. i impro-
casum solis. f revoluebamur. g ex eodem | prie aut per antiphrasim.

NOTA.

I. Levii Alcestin.] Quo tempore Levius claruerit, quale fuerit ejus carmen Alcestis non omnino compertum est.

qui atque uberi dicit. Item notavimus, quod *obliteram* gentem, pro, *obliterata* dixit. Item quod hostes qui fœdera frangerent, *fœdifragos*, non, ² *fœdifragos*, dixit. Item quod *rubentem auroram*, *puddoricolorem* appellavit, & *Memnonem nocticolorem*. Item quod *forte*, dubitanter; & ab eo quod est *sileo*, *silenta* loca dixit; & ³ *pulverulenta*; & *pestilentia*; & *carendum tui est*, pro *te*; quodque ⁴ *magno impete*, pro *impetu*; item quod, *fortescere*, posuit, pro *fortem fieri*; quodque *dolentiam pro dolore*, et *avens pro libens*, item *curis intolerantibus*, pro *intolerandis*; quodque *manciolis*, inquit, *tenellis*, pro *manibus*: & *quis tam siliceo?* Item, *fuere*, inquit, *impendio insit*, id est, *impense fieri incipit*; quodque *accipitret*, posuit pro *saceret*. His nos inter viam verborum Levianorum annotatiunculis oblectabamur. Cetera enim, quæ videbantur nimium poetica & prosæ orationis usu alieniora, prætermisimus: veluti fuit, quod de Nestore ait ^k *trifœclisenex*, & *dulcioreloquus*: item quod de tumidis magnisque fluctibus inquit, ⁶ *multigrumis*; & flumina gelu concreta ⁷ *tegmine esse onychino* dixit; & quæ ^l multiplicia ludens composuit: quale illud est quod *vituperones suos subducti supercilii carptores* appellavit.

INTERPRETATIO.

k tres ætates numerans. l plurima.

NOTÆ.

2. *Fœdifragos*.] Ita Cicero dixit i. offic. Pœni fœdifragi, crudelis Hannibal.

3. *Pulverulenta*.] Trita satis videtur ea vox Cic. ad Attic. Iter faciem æstuo. sicut pulverulenta via. Virg. XII. Æn.

Pulverulenta fuga Rutuli dant terga per agros.

4. *Magno impete*.] Impete pro impetu Plautus, Stadius, & alii usurpant.

5. *Siliceo*.] Fortasse idem est quod

durus instar silicis & saxi.

6. *Multigrumis*.] Grumus est minor terræ cumulus: unde fluctus appellat Levius multigrumos, quod sæpius attollantur.

7. *Tegmine onychino*.] Id est, superficie maxime æquabili instar marmoris. Onyx enim, teste Plinio, genus est marmoris pretiosissimi.

CAPUT VIII.

Quæstio an harena, cælum, triticum pluralia inveniantur: atque inibi de quadrigis, inimicitiiis, nonnullis præterea vocabulis; an singulari numero comperiantur.

20

Adollescentulus Romæ, prius quam Athenas concederem, a quando erat a magistris auditionibusque obeundis otium, ad ¹ Frontonem

INTERPRETATIO.

a Quando non eram occupatus magistris & lectionibus audiendis.

NOTÆ.

1. *Frontonem Cornelium*.] Hic Domitiano imperante floruit vir in bello,

in pace clarus. De quo sic Martialis:

Clarum militia Fronto rogaque decus.

Cornelium visendi gratia pergebam; sermonibusque ejus purissimis bonarumque doctrinarum plenis fruebar: nec umquam factum est, quotiens eum vidimus loquentemque audivimus, quin rediremus fere cultiores doctioresque. Veluti fuit illa quodam die sermocinatio illius, levi quidem de re sed a Latinæ tamen linguæ studio non abhorrens. Nam cum quispiam familiaris ejus bene eruditus homo, & tum poeta illustris liberatum esse se² aquæ intercutis morbo diceret, quod³ harenis calentibus esset usus: tum illudens Fronto; Morbo quidem, inquit, cares; sed verbi vitio non cares. Caius enim Cæsar ille perpetuus dictator Cn. Pompeii socer, a quo familia & appellatio Cæsarum deinceps propagata est, vir ingenii præcellentis, sermonis præter alios suæ ætatis^b castissimi, in libris, quos ad M. Ciceronem de analogia conscripsit, harenas vitiose dici existimat; quod *harena* nunquam multitudinis numero appellanda sit, sicuti neque *calum* neque *triticum*: contra autem *quadrigas*, etiam si currus unus equorum quatuor junctorum agmen unum sit, plurativo semper numero dicendas putat; sicut *arma* & *mœnia* & *comitia* & *inimicitias*; ni quid contra ea dicis poetarum pulcherrime, quo & te purges & non esse id vitium demonstras? De *calo*, inquit ille, & *tritico* non inficias eo, quin^c singulo semper numero dicenda sint: neque de *armis* & *mœnibus* & *comitiis* quin^d figura multitudinis perpetua censeantur: videbimus autem post de *inimicitias* & *quadrigis*, ac fortassean de *quadrigis* veterum auctoritati concessero. *Inimicitiam* tamen, sicut *inscientiam* & *impotentiam* & *injuriam*, quæ ratio est quamobrem C. Cæsar vel dictam esse a veteribus vel dicendam a nobis non putat? Quando Plautus linguæ Latinæ decus delicias quoque^e *ἐπιχρῶς* dixerit, pro deliciis?

Mea, inquit, *voluptas*, *mea delicia*.

Inimicitiam autem Q. Ennius in illo memoratissimo libro dixit:

^f *Eo*, inquit, *ingenio natus sum: amicitiam*

Atque inimicitiam in fronte promptam gero.

30 Sed enim *harenas* parum Latine dici, quis, oro te, alius aut scripsit aut dixit? Ac propterea peto, ut, si C. Cæsar liber præ manibus est, promi jubeas: ut, quam confidenter hoc dicat, æstimari a te possit: tunc, prolato libro de analogia primo, verba hæc ex eo pauca memoriæ mandavi. Nam cum^g prædixisset neque *calum triticum* neque *harenam* multitudinis significationem pati; Num tu, inquit, *harum rerum natura accidere arbitraris, quod unam terram & plures terras, & urbem & urbes,*

INTERPRETATIO.

b purissimi. c singulari. d semper sint pluralis numeri. e in singulari. f sic inquit sum factus a natura: ostendo vultu manifestam amicitiam & inimicitiam. g prius dixisset.

NOTÆ.

2. *Aqua intercutis.*] Hydropisis morbus dicitur aqua intercus, quod aqua sub cute nascente corpus intumescat. manos adversus hydropisim remedium: ægrum obruebant ferventibus arenis, quibus cum ingenti sudore maligni humores elicerentur.

3. *Arenis calentibus.*] Id fuit apud Ro-

& imperium & imperia dicamus ; neque quadrigas ^h in unam nominis figuram redigere, neque harenam in ^l multitudinis appellationem convertere possimus ? His deinde verbis lectis sibi Fronto ad illum poetam, Videturne tibi, inquit, C. Cæsar de statu verbi contra te satisque constanter pronuntiasse : Tum permotus auctoritate libri poeta ; Si a Cæsare, inquit, 5
 jus ^k provocandi foret, ego nunc ab hoc Cæsaris libro provocassem : sed quoniam ipse rationem sententiæ suæ ^l reddere superfedid ; nos te nunc rogamus, ut dicas quam esse causam vitii putes ; & in quadriga dicenda & in harenis. Tum Fronto ita respondit. Quadriga semper, etsi multijugæ non sunt, multitudinis tamen numero tenentur : quoniam quatuor 10
 simul equi juncti quadrigæ quasi quadrijugæ vocantur. Neque debet prorsus appellatio equorum plurium includi in singularis numeri unitatem ; eandemque ibi rationem habendam, sed in specie dispari. Nam cum harena singulari numero dicta multitudinem tamen & copiam significet minimarum, ex quibus constat, partium, indocte & inscite harena dici videntur ; tamquam id vocabulum indigeat numeri amplitudine, cum ei singulariter dici ingenita sit naturalis sui multitudo. Sed hæc ego, inquit, dixi, ^m non ut hujus sententiæ legisque ⁿ fundus subscriptorque fierem ; sed ut ne Cæsaris viri docti opinionem ^o ἀπορριψάντων destituerem. Nam cum ^p calum semper ἐνικῶς dicatur ; mare & terra non semper ; & pulvis, 15
 ventus, & fumus, non semper : cur inducias & ceremonias scriptores veteres non numquam singulari numero appellaverunt ; ferias & nundinas & inferias & exsequias numquam ? Cur mel & vinum atque id genus cetera, numerum multitudinis capiunt ; lac non capiat ? Quæri, inquam, ista omnia & ^o enucleari & excuti ab hominibus negotiosis in civitate tam occupata non queunt : Quin his quoque ipsis, quæ jam dixi, demoratos vos esse video, alicui, opinor, negotio destinatos. Ite ergo nunc ; & , quando forte erit otium, quærite an quadrigam & harenas dixerit e cohorte illa dumtaxat antiquiore vel oratorum aliquis vel poetarum, id est, ^p ⁶ classicus 20
25

INTERPRETATIO.

h ad singularem numerum. i in pluralem numerum. k appellandi. l non reddidit. m non ut propria auctoritate ac sententia pondus adderem legi ac regula Cæsaris.

ris, n sine confirmatione relinquerem. o diligentius explicari & evolvi. p probatus & eruditus aliquis auctor, non vulgaris.

NOTÆ.

4. Fundus subscriptorque fierem.] Fundus dicebatur aliquando sponsor, Gall. Garant. Subscriptor autem qui aliquam opinionem, aut quidvis aliud scripto confirmabat.

5. Calum semper ἐνικῶς dicatur.] Plurali tamen numero usurpavit Lucretius lib. II.

Quis regere immensi summam, quis habere profundi

Indu manu validas potis est moderanter habenas ?

Quis pariter cælos omnes convertere ?

Usurpavit Varro lib. IV. de lingua Latina. Cali dicuntur loca supera, ut ea deorum. Verum religiosior Cicero, cum ultro se offerret occasio, abstinuit lib. IX. epist. XXVI. ad Pætum. Ille baro te putabat quasiurum, num unum calum esset, an innumerabilia.

6. Classicus assiduusque aliquis.] Probatus & excellens : metaphora ducta a civibus Romanis viris clarissimis, qui in classes redigebantur, & quorum ditissimi olim dicebantur assidui.

affiduusque aliquis scriptor, non 7 proletarius. Hæc quidem Fronto requirere nos iussit vocabula: non ea re, opinor, quod scripta esse in nullis veterum libris existimaret; sed ut nobis studium lectitandi in quærendis rarioribus verbis exereret. Quod unum ergo rarissimum videbatur, invenimus *quadrigam* numero singulari dictam in libro satyrarum M. Varonis, qui inscriptus est, *Exdemetricus*. *Harenas* autem ἡ ἀνδροπικῆς dictas minore studio quærimus; quia præter C. Cæsarem, quod equidem meminerim, 8 nemo id doctorum hominum dedit.

INTERPRETATIO.

q plurali numero.

NOTÆ.

7. *Proletarius*.] Id est, ignobilis autor: translatio sumitur ex plebis Romanæ pauperimis, qui propter census inopiam cum ære quo carebant non censentur, non referebantur in classes. Unde proletarii dicti sint supra Gellius explicuit.

8. *Nemo id doctorum hominum dedit*.] Imo Arenas poetarum optimus quisque

videtur dixisse. Virgilius sæpius usurpat *Æncid. I.*

furit astus arenis.

Georg. II.

pedibus summas æquabis arenas.

Horat. ode IV. lib. III. carminum

Tentabo & arentes arenas.

Omitto Ovidii, Lucani & aliorum autoritates.

CAPUT IX.

Antonii Iuliani in convivio ad quosdam Græcos lepidissima responsio.

10 **A**dolescens e terra Asia, de equestri loco, lætæ indolis, a moribusque & fortuna bene ornatus, & ad rem musicam facili ingenio ac libenti, cœnam dabat amicis ac magistris, b sub urbe in rusculo, celebrandæ lucis annuæ, quam principem sui vitæ habuerat. Venerat tum nobiscum ad eandem cœnam Antonius Julianus rhetor, docendis publice juveni-
15 bus magister, c Hispano ore, florentisque homo facundiæ, & rerum literarumque veterum peritus. Is, d ubi eduliis finis, & poculis, mox sermonibus tempus fuit, desideravit exhiberi, quos habere eum adolescentem sciebat, e scitissimos utriusque sexus, qui canerent voce & qui f psallerent: ac, postea quam introducti pueri puellæque sunt, jucundum in modum 2 Anacreontica pleraque, & 3 Sapphica, & poetarum quo-
20

INTERPRETATIO.

a Bona indole & opibus abunde instructus. b prope urbem in parvo prædio ad celebrandum diem natiuitatis sua qui tum recurrebat. c Hispana eloquentia.

d cum cessarunt manducare & bibere, & statim tempus adfuit loquendi. e elegantissimos. f pulsarent instrumenta musica. g cecinerunt cantica nonnulla ama-

NOTÆ.

1. *Psallerent*.] Psallere est non tantum voce, sed etiam aliquando fidibus canere.

2. *Anacreontica*.] Anacreon poeta, Po-

lycratis Samiorum tyranni cui carissimus fuit, temporibus floruit circa Olymp. LXXI. anno ante Christum IOLXXII. Ex

que recentium ἐλεγία quædam erotica dulcia & venusta cecinerunt. Oblectari autem sumus, præter multa alia, versiculis lepidissimis Anacreontis senis: quos equidem scripsi; ut^h interea labor hic vigiliarum & iniquies suavitate paulisper vocum atque modulorum acquiesceret.

Ἰ Τὸν ἀργυρὸν παράσας
 Ἡφαίστῳ μοι ποίησον
 Πανοπλίαν μὴ οὐχί
 (Τί γὰρ μάχαισιν κἀμοί;)
 Ποτῆριον δὲ κοῖλον
 Ὅσον δαίη βάθυνον.
 Ποίη δέ μοι κατ' αὐτὸ
 Μῆτ' ἄστρα μὴδ' ἄμαξας,
 Μὴ συγνὸν Ωείωνα.
 (Τί Πληιάδεσσιν κἀμοί,
 Τί δ' ἄστρασι⁴ βοώτεω;)
 Ποίησον ἀμπέλους μοι,
 Καὶ βότρυας κατ' αὐτὸ
 Καὶ χρυσέους πατωῦτας
 Ομοῦ καλῶ Λυαίῳ
 Ἐρεθτα κὶ⁶ Βάθυλλον.

5

10

15

Tum Græci plusculi, qui in eo convivio erant, homines amœni & ^kno-
 stras quoque literas haud incuriose docti, Julianum rhetorem laceffere
 infectarique adorti sunt tanquam profusus barbarum & agrestem; qui or-
 tus terra Hispania foret, clamatorque tantum & ^lfacundia rabida jurgio-
 saque esset; ejusque linguæ exercitationes doceret, quæ nullas voluptates

20

25

INTERPRETATIO.

twia suaavia & elegantia, pleraque ex
 Anacreonte & Sappho, & quadam ele-
 giaca ex poetis recentioribus. h ut hic
 molestus labor noctium Atticarum recreet-
 tur aliquantulum vocum ac numerorum
 dulcedine.

i argentum sculpens

Vulcani mihi fac

non quidem armaturam,

(quid enim cum praeliis mihi est?)

sed poculum carum

quantum potes profundum.

Fac autem mihi circum illud

neque astra neque plaustrum,
 non tristem Orionem;

(quid cum Pleiadibus mihi est
 quid cum constellatione Bootæ?)

Fac vites mihi

& racemos circum illud

& homines ex auro calcantes

cum pulchro Lyæo

Amorem & Bathyllum.

k [satis diligenter versati in nostris literis
 Latinis. l præditus esset eloquentia furente
 & rixosa.

NOTÆ.

Teio in Ionia oriundus, ejectus in exi-
 lium Abderam Urbem Thraciæ se rece-
 pit; ibique in scedissimis libidinibus
 consenuit. Eum tradit Plinius lib. VII.
 cap. XIII. acino uvæ passæ stragulatam
 fuisse.

3. Sapphica.] Carmina Sapphica in-
 venta a Sappho puella Lesbia, quæ flo-

rebat Olymp. XLII. anno ante Christi
 ortum circiter 10CXII.

4. Ἀμάξας, Ωείωνα.] Plaustrum, Orion
 sidera sunt cœlestia ad septentrionem.

5. Βοώτεω.] Bootes sive Arctophylax
 sidus septentrionale.

6. Βάθυλλον.] Bathyllus puer, cujus
 amore flagrabat Anacreon.

nullamque mulcedinem Veneris atque Musæ haberet : sæpeque eum
 percunctabantur , quid de Anacreonte ceterisque id genus poetis senti-
 ret , & ecquis nostrorum poetarum tam fluentes carminum delicias fecis-
 set , nisi Catullus , inquit , forte pauca & Calvus itidem pauca. Nam
 5 Levius ⁿ implicata , & Hortensius inuenta , & Cinna illepada , & 7 Mem-
 mius dura , ac deinceps omnes rudia fecerunt atque absona. Tum ille pro
 lingua patria , ⁸ tamquam pro aris & focis , animo irritato indignabundus ;
 Cedere equidem , inquit , vobis debui ut in tali ^o afortia atque nequitia
 artium vinceretis ; & , ^p sicut in voluptatibus cultus atque victus , ita in
 10 cantilenarum quoque multis anteiretis. Sed ^q ne nos , id est , nomen La-
 tinum , tamquam profecto ⁹ vastos quosdam & insubidos *ἀναπεδῖος* con-
 demnetis ; permittite mihi , quæso , operire pallio caput , quod in qua-
 dam parum pudica oratione Socratem fecisse aiunt ; & audite ac discite no-
 stros quoque antiquiores ante eos , quos nominastis , poetas ^r amafios ac
 15 Venerios fuisse. Tum resupinus , capite convelato , voce admodum quam
 suavi versus cecinit Valerii Æditui veteris poetæ , item Porcii Licinii , &
 10 ¹⁰ Quinti Catuli ; quibus ^r mundius , venustius , limatius , pressius , Græ-
 cum Latinumve nihil quicquam reperiri puto. Versus Æditui :

Dicere cum conor curam tibi , Pamphila , cordis :

20 ^t *Quid mi abs te quæram ? Verba labris abeunt.*

Per pectus miserum manat ¹¹ subido mihi sudor.

Sic tacitus , subidus ; duplo ideo pereo.

INTERPRETATIO.

m non haberet ulla elegantias amatorias
 versibus scriptas. n obscura. o libidine. p &
 multos superaretis voluptatibus cantico-
 rum. quemadmodum superatis deliciis ve-
 stium & epularum. q verum ut non con-
 demnetis inelegantia nos, hoc est, omnes
 Latinos quasi omnino agrestes & imperi-

tos. r amatorios & libidinosos. [nihil pu-
 rior elegantius, politius, & magis conci-
 sum. t Quid ego petam abs te? Vox me desi-
 cit. Toto corpore sudore diffuso ardens li-
 bidine. Vnde bis pereo, primo quod amo-
 re flagrem, deinde quod illum amorem
 aperire non audeam.

NOTÆ.

7. Memmius.] Vir eruditus post male
 gestam in Bithynia præturam a C. Cæ-
 sare accusatus , fuit , ut videtur , abso-
 lutus ; subinde cum in crimen ambitus
 esset vocatus , licet Tullio causam
 ejus agente , in Græciam exul cedere
 iussus est.

8. *Tanquam pro aris & focis.*] Id est
 tanquam pro re sibi carissima ; nihil enim
 nobis antiquius esse solet religione quæ
 per aras , & propriis bonis , quæ per fo-
 cos designantur.

9. *Vastos.*] Vastus hic significat agre-
 stem & rusticum vel insuavem ; quo sen-
 su autor ad Herennium eam vocem usur-
 pavit, crebra vocalium concursiones quæ

vastam & hiantem orationem reddunt.

10. *Q. Catuli.*] Q. Catulus Lutacius
 vir in Rep. Rom. clarissimus , consula-
 tum gessit cum Mario quartum consule.
 An. U. C. DCCLII. ante Christum cxi.
 Eloquentiæ & historiæ scribendæ studio
 claruit. Animum subinde ad poeticos
 lusus appulit. *Summa* in eo, inquit Tul-
 lius in Bruto , *non vita solum atque
 natura, sed orationis etiam comitas, &
 incorrupta quadam Latini sermonis inte-
 gritas.*

11. *Subido.*] Subidus idem significat
 quod turpis. A sue derivatum nonnulli
 volunt. Insubidus eandem habet notio-
 nem.

Atque

Atque item alios versus ejusdem addidit, non hercle minus dulces quam priores:

¹⁰ *Quid faculam praefers Phileros, qua nil opus nobis?
Ibimus. Hoc lucet pectore flamma satis.*

¹¹ *Istam non potis est vis seava extinguere venti,
Aut imber calo candidus precipitans.*

*At contra hunc ignem Veneris, nisi si Venus ipsa,
Nulla sit qua possit vis alia opprimere.*

Item dixit versus Porcii Licinii hosce;

¹² *Custodes ovium teneraque propaginis agnum
Quaritis ignem? Ite huc. Quaritis? Ignis homo-st.
Si digito attigero: incendam silvam simul omnem;
Omne pecus: y flamma-st, omnia qua video.*

Q. Catuli versus illi fuerunt;

¹³ *Aufugit mi animus: credo, ut solet, ad Theotimum
Devenit. Sic est. Perfugium illud habet.*

*Quid si non interdixem: ne illunc fugitivum
Mitteret ad se intro, sed magis ejiceret?*

Ibimus quaesitum: verum ne ipsi teneamur

Formido. Quid ago? da Venus consilium.

INTERPRETATIO.

u cur o Phileros praefers parvam facem, qua non indigemus. Ibimus sine tua face. In hoc meo corde flamma satis resplendet. Magnus venti turbo non potest extinguere hanc meam flammam neque imber niveus e caelo ruens. Imo vero nulla vis potest extinguere istam amoris flammam, nisi amor ipse. x o pastores qui custoditis oves, & teneram prolem agnorum, an quaritis ignem? Venite huc

ad me. An quaritis? Homo est ignis, y omnia qua video ignis est. z animus meus excessit ex me; abiit credo ad Theotimum, quemadmodum solet. Hoc verum est, habet illud refugium. Quid fieret si non prohibuissem ne reciperet ad se illum fugitivum sed potius expelleret? Ibo quaesitum. Sed timeo ne ipsi fallamur. Quid facio? O amor suggere mihi consilium.

NOTÆ.

12. *Istam non potis est.*] Quid si cum Turnebo legas *istam nam potis est*, &c. videbitur etiam aliquanto elegantior sententia: cui sequens distichon venustius opponetur *At contra*, &c.

13. *Aufugit.*] Id totum ex Callimacho expressum est *ἤμισον μὲν Ἰουχῆς ἐστὶ τὸ πῆγρον*. Tantum nomen pueri notavit qui in Græco est *Κηφισῶς*, οὐκ εἶσ' *Κηφισῶν*; si

Antonius Julianus qui opponit elegantiam Latinorum Græcis Poetis, illud epigramma ad verbum ex Græco imitatum scivisset, profecto nunquam illi in mentem venisset, ut, cum ingenia Latina extollere vellet, & Græcorum lepore opponere, poemation in medium produceret, quod non Latini sed Græsi argumenti est. *Scaliger.*

CAPUT X.

Verba hæc, præter propter, in usu vulgi prodita, etiam Ennii fuisse.

MEmini me quondam & Celsinum Julianum Numidam ad Frontonem Cornelium, ^apedes tunc graviter ægrum, ire & visere. Atque ibi, qui introducti sumus, offendimus eum cubantem in ¹scimpodio Græciensi, circum undique sedentibus multis doctrina aut genere aut fortuna nobilibus viris: assistebant fabri ædium complures ^bbalneis novis molientibus adhibiti: ostendebantque depictas in ²membranulis varias species balnearum. Ex quibus cum elegisset unam formam speciemque operis; interrogavit ^cquantus esset pecuniæ ³conspæctus, ad id totum opus absolvendum. Cumque architectus dixisset necessaria videri esse ⁴sestertia ferme trecenta: unus ex amicis Frontonis, & ^dpræter propter, inquit, alia quinquaginta. Tum Fronto dilatis sermonibus, quos habere de balnearum sumtu institerat, adspiciens ad eum amicum, qui dixerat quinquaginta esse alia opus præter propter; quid hoc verbi esset, *præter propter*, ¹⁵interrogavit. Atque ille amicus; Non meum, inquit, hoc verbum est; sed multorum hominum quos loquentis id audias. Quid autem id verbum significet, non ex me sed ex grammatico quærendum est. Ac simul digito demonstrat grammaticum, haud incelebri nomine Romæ docentem, sedentem: tum grammaticus vilitati pervulgatique verbi obscuritate motus; ²⁰Quærimus, inquit, ^equod honore quæstionis minime dignum est; Nam nescio quid hoc ^fprænimis plebeium est, & in opificum sermonibus, quam in hominum doctorum notius. At enim Fronto, jam voce atque vultu ^gintentiore; Itane, inquit, magister ^hdehonestum tibi de culpatumque hoc verbum viderur, quo & M. Cato & M. Varro & ple- ²⁵raque ætas superior ut necessario & Latino usi sunt? Atque ibi Julius Celsinus admonuit in tragædia quoque Ennii, quæ Iphigenia inscripta est.

INTERPRETATIO.

^a Maxime laborantem pedibus ^b Advocati ad edificandus novas balneas. ^c quanta pecunia summa requireretur. ^d ferme, circiter. ^e quod non est dignum dissertatione. Enimium vulgare. ^f acriore. ^g plebeium & vitiosum.

NOTÆ.

1. *Scimpodio Græciensi.*] Humilior est Ictulus Scimpodium, in quo de die solebant quiescere. Apud Græcos maxime fuit in usu, unde dicitur Græciensis. *Σκιμπίδιον* & *σκιμπίδιον* grabatus, ἀπὸ τῆς σκιμπίδος, quod eo innitamur.
2. *Membranulis.*] Membranæ sive membranulæ chartæ sunt ex pellibus animalium factæ: pergamenæ dicuntur quod Pergami in Phrygia primum in-
- ventæ fuerint. Vulgo *parchemin*.
3. *Conspæctus.*] Respondet ea vox Græcorum *συνέψης*, quam interpretantur *Glossæ taxationem*, ut observavit Salmastius.
4. *Sestercia trecenta.*] Singula sestercia mille sestertios valent, & nostris calculis subducta revocantur ad 43. libras, & 15. asses Gallicos. Unde hæc ccc. sesterciorum summa conficiet libras nostrates 13125.

idipsum de quo quærebatur scriptum esse, & a grammaticis contaminari magis solitum, quam enarrari. Quocirca statim proferri Iphigeniam Q. Ennii jubet; in ejus tragædiæ choro inscriptos esse hos versus legimus;

Otio qui nescit uti; plus negotj habet

ⁱ Quam cum est negotium in negotio.

Nam cui quod agat institutum est; nullo negotio

Id agit. Studet ibi. Mentem atque animum delectat suum.

^k Otioso in otio animus nescit quid velit.

^l Hoc idem est: neque domi nunc nos nec militia sumus.

Imus huc; hinc illuc; cum illuc ventum est, ire illinc lubet,

Incerte errat animus. ⁵ Præter propter vita vivitur.

Hoc ubi lectum est: tum deinde Fronto ad grammaticum jam ^m labentem; Audistine, inquit, magister optime, Ennium tuum dixisse, præter propter, & cum ⁿ sententia quidem tali, quali severissimæ philosophorum esse objurgationes solent; Petimus igitur dicas, quoniam de Enniano jam verbo quæritur, qui sit notus hujusce versus sensus:

Incerte errat animus. Præter propter vita vivitur.

Et grammaticus sudans multum ac rubens multum, cum id plerique prolixius riderent, exsurgit: & abiens; Tibi, inquit, Fronto postea unicam, ne incitiores audiant ac discant: atque ita omnes relicta ibi quæstione verbi confurreximus.

INTERPRETATIO.

i quam cum est occupatus in aliquo negotio. Nam qui sibi proposuit aliquid agendum, sine difficultate id facere solet. Ad illud applicat animum, & delectatur.

k in otio inertissimo. l illud idem experimur. m cadentem animo. n & in ea sententia qua similis est acerrima reprehensioni philosophorum.

NOTA.

4. Præter propter vita vivitur.] Ita legendum contendit Salmastius: in omnibus fere editionibus, præter propter vitam vivitur, id est, vivitur modo hac

modo illa ratione; modo propter vitam dum ea conquiruntur quæ vitæ conducunt, modo præter vitam, dum quæ vitæ sunt inutilia parantur.

CAPUT XI.

Venit versus Platonis amatorios, quos admodum juvenis ^a lusit, dum tragædiis contendit.

^b Celebrantur duo isti Græci versiculi, multorumque doctorum hominum memoria dignantur, quod sint lepidissimi & venustissimæ brevitas. Neque adeo pauci sunt veteres scriptores, qui eos Platonis esse philosophi affirmant; quibus ille adolescens lusit: cum tragædiis quoque eodem tempore faciendis ^c pæluderet.

NOTA.

^a Scripsit. ^b hi duo versus Græci laudantur, & ediscuntur a multis viris eruditis. ^c se se exerceret antequam opera graviora componeret.

ἄ τὴν ψυχὴν, ἀγάθωνα φίλων, ἐπὶ χείλεσσι ἔσθην.
ἢ λδε δ' ἢ τλήμων ὡς διαβουσιμῶν.

° Hoc distichon amicus meus οὐκ ἄμουσος adolescens in pluris versiculos licentius liberiusque vertit : qui quoniam mihi quidem visi sunt non esse memoratu indigni ; subdidi.

f Dum semihulco savio
Meum puellum savior ;
Dulcemque florem spiritus
Duco ex aperto tramite :
10 Animula agra & saucia
Cucurrit ad labias mihi ,
Rictumque in oris pervium ,
Et labra pueri mollia ,
Rimata itinere transitus ,
15 Ut transiliret nititur .
Tum si more quid pluscula
Fuisset in cœtu osculi ;
Amoris igni percita
Transisset , & me liqueret :
20 Et mira prorsum res foret ,
Ut ad me fierem mortuus ;
Ad puerum at intus viverem .

INTERPRETATIO.

<p>d animam , Agathonem osculans , in labris habebam venit enim misera ad labra tamquam abitura . e hos duos versus unus ex meis familiaribus , juvenis non indoctus transtulit in plures versiculos , &c. f dum osculor meum puellum labris semihiantibus , & ex ore ipsius aperto attraho suavissimum ejus spiritum : anima mea languens & vul-</p>	<p>nerata accurrit ad mea labra , & quarens transtium via nititur transferri in os apertum & labella tenera pueri . Tunc si mutuum illud osculum fuisset diuturnioris mora , anima mea flammis amoris incitata transisset in puerum & me deseruisset ; idque omnino admirabile accidisset , ut mihi quidem essem mortuus , sed in pueri anima viverem .</p>
---	---

CAPUT XII.

25 *Dissertatio Herodis Attici super vi & natura doloris , sueque opinionis affirmatio per exemplum indocti rustici , qui cum rubis fructiferas arbores præcidit .*

Herodem Atticum consularem virum Athenis differentem audivi Græca oratione : in qua fere omnis memoriæ nostræ universos gravitate atque copia & elegantia vocum longe præstitit . Disseruit autem contra

stoicorum, laceffitus a quodam stoico, tamquam minus sapi-
 enter & parum viriliter dolorem ferret ex morte pueri, quem amave-
 rat. In ea differtione, quantulum memini, hujuscemodi sensus est: quod
 nullus usquam homo, ^b qui secundum naturam sentiret & saperet, affe-
 ctionibus istis animi, quas ^c *πάθη* appellabat, ægritudinis, cupiditatis, timor-
 5
 10
 15
 20
 25
 30
 35
 40
 45
 50
 55
 60
 65
 70
 75
 80
 85
 90
 95
 100
 105
 110
 115
 120
 125
 130
 135
 140
 145
 150
 155
 160
 165
 170
 175
 180
 185
 190
 195
 200
 205
 210
 215
 220
 225
 230
 235
 240
 245
 250
 255
 260
 265
 270
 275
 280
 285
 290
 295
 300
 305
 310
 315
 320
 325
 330
 335
 340
 345
 350
 355
 360
 365
 370
 375
 380
 385
 390
 395
 400
 405
 410
 415
 420
 425
 430
 435
 440
 445
 450
 455
 460
 465
 470
 475
 480
 485
 490
 495
 500
 505
 510
 515
 520
 525
 530
 535
 540
 545
 550
 555
 560
 565
 570
 575
 580
 585
 590
 595
 600
 605
 610
 615
 620
 625
 630
 635
 640
 645
 650
 655
 660
 665
 670
 675
 680
 685
 690
 695
 700
 705
 710
 715
 720
 725
 730
 735
 740
 745
 750
 755
 760
 765
 770
 775
 780
 785
 790
 795
 800
 805
 810
 815
 820
 825
 830
 835
 840
 845
 850
 855
 860
 865
 870
 875
 880
 885
 890
 895
 900
 905
 910
 915
 920
 925
 930
 935
 940
 945
 950
 955
 960
 965
 970
 975
 980
 985
 990
 995

INTERPRETATIO.

a Indolentiam. b qui haberet sensum & opinioniones convenientes natura. c passiones. d & si posset id consequi ut omnibus illis affectibus esset vacuus, id non futurum melius. e spoliatus quibusdam animi motibus, quorum subsidium saepe necessarium est ad imperandum. f nam dicebat ex illis affectibus & motibus animi, qui sunt vitia quando modum excedunt, pendere & aptum esse robur quoddam & vigorem animi. g si omnes affectus temere excuimus, timendum esse, ne exuamus quoque bonas & utiles ani-
 mi dotes, qua conjuncta sunt cum affectibus animi. h nobis innata sunt. i dicunt. k homo maxime barbarus, ignorans artem agri curandi. l emittendum terra constitum olivis & vitibus. m ille Thracus qui nesciebat, &c. n qua undequaque excreverant. o amputantem. p avellentem e radicibus truncorum surculos vitium extensos supra terram. Præcidendam inutiles surculos magnos & excrecentes ad pomos & oleas arbores. q inquisivit cur amputaret tot ligna & tot frondes.

NOTÆ.

1. *Ἀπάθεια*] Apathia non tantum indolentia, sed est proprie vacuitas ab omni affectu; in qua positam esse sapientiam aiebant stoici. Negabant enim sa-
 2. *Stolones.*] Stolo in arboribus ap-
 pientis esse vel amore vel odio, vel metu vel cupiditate commoveri.
 pectatur fructificatio inutilis.

agens, & lætus tamquam adeptus rei rusticæ disciplinam. Tum falcem
 ibi ac securim capit; atque ibi homo miser imperitus vites suas sibi om-
 nes & oleas detruccat; comasque arborum latissimas, uberrimosque vi-
 titum palmites decidit; & ^r fructecta atque virgulta simul omnia, pomis
 5 frugibusque gignendis felicia, cum sentibus & rubis purificandi agri gra-
 tia convellit; ^s mala mercede doctus audaciam, fiduciamque peccandi imi-
 tatione falsa eruditus. Sic, (inquit) ^t isti apathiaæ sectatores, qui videri
 se esse tranquillos & intrepidus & immobiles volunt; dum nihil cupiunt,
 nihil dolent, nihil irascuntur, nihil gaudent; omnibus vehementioris
 10 animi officiis amputatis, in corpore ignava & quasi enervata vitæ con-
 senescunt.

INTERPRETATIO.

^r fructes & arbusculas omnes aptissimas | confidentiam in male agendo. & qui volunt
 ferendis fructibus. | suis damnis didicit | vacare omni affectu.
 esse audacior, & mala imitatione didicit

CAPUT XIII.

Quos pumiliones dicimus Græce *νάνους* appellari.

STabant forte una in vestibulo palatii ^a fabulantes Fronto Cornelius &
 15 Festus Postumius & Apollinaris Sulpicius. Atque ego ibi assistens, cum
 quibusdam aliis, sermones eorum, quos de literarum disciplinis habe-
 bant, ^b curiosius captabam. Tum Fronto Apollinari, Fac me, inquit,
 oro magister, ut sim certus, an recte ^c superfederim *nanos* dicere parva
 nimis statura homines, maluerimque eos *pumiliones* appellare: quoniam
 20 hoc scriptum esse in libris veterum memineram; *nanos* autem sordidum
 esse verbum & barbarum credebam. Est quidem hoc, inquit Apollinaris,
 in consuetudine imperiti vulgi frequens, sed barbarum non est, censetur-
 que linguæ Græcæ origine. *Névos* enim Græci vocaverunt brevi atque hu-
 mili corpore homines paulum supra terram exstantes. Idque ita dixerunt,
 adhibita quadam ratione etymologiæ cum sententia vocabuli competente.
 25 Et, ^d si memoria, inquit, mihi non labat, scriptum hoc est in comœdia
 Aristophanis, cui nomen est, ^e *ἄκαλις*. ^f Fuisset autem ^a verbum hoc a te
 civitate donatum aut in Latinam coloniam deductum, si tu eo uti dignatus
 fores; essetque ^f id impendio probabilius, quam quæ a Laberio ignobilia

INTERPRETATIO.

^a Sermocinantes. ^b diligentius attende- | ses magis Latinum si voluisses illud adhi-
 bam. ^c noluerim. ^d si bene memini. ^e red- | bere. ^f multo laudabilius.
 didisses celebrius hoc vocabulum & facis-

NOTÆ.

1. *ἄκαλις*.] Legunt alii *ἀκαλις*: Quæ redditum illustrius & usitatus: meta-
 comœdia temporum injuria perit. | phora ducitur a Romanis, qui jure ci-
 2. Verbum civitate donatum.] Id est, | vium donati celebriores erant.

nimis & sordentia in usum linguæ Latinæ intromissa sunt. Tum Festus Postumius grammatico cuiusdam Latino, Frontonis familiari; Docuit, inquit, nos Apollinaris *nanos* verbum Græcum esse. Tu nos doce, & in quo de mulis aut equuleis humilioribus vulgo dicitur, anne Latinum sit; & apud quem scriptum reperiatur. Atque ille grammaticus, homo sane perquam in noscendis veteribus scriptis exercitûs, ^h si piaculum, inquit, non committitur præsentem Apollinare quid de voce ulla Græca Latinave sentiam dicere; audeo tibi, Feste, quærenti respondere; esse hoc verbum Latinum; scriptumque inveniri in poematis Helvii Cinnæ non ignobilis neque indocti poetæ. Versusque ejus ipsos dixit. Quos, ¹ quoniam memoriæ mihi forte aderant, adscripsi.

^k *At nunc me ³ geniana per salicta
Binis ⁴ rheda rapit citata nanis.*

INTERPRETATIO.

gen Latinum sit cum usurpatur de parvis memorem ^k sed jam velox currus tractus
mulis & equuleis. ^h si crimen inquit non a binis equis humilioribus me abripit per
perpetratur. i quia casu mihi venerunt in salicta jucundissima.

NOTÆ.

³ *Geniana.*] Super hoc verbo alii alia sentiunt. Ego crediderim hinc ea salicta fortasse dicta geniana, quod oblectando genio prodesse.

⁴ *Rheda.*] Teste Quintiliano vocabulum est Gallicum. Currus id genus quatuor habebat rotas.

CAPUT XIV.

¹ *Contemporaneos fuisse Casari & Ciceroni M. Varronem & P. Nigidium ætatis suæ doctissimos Romanos; & quod Nigidii commentationes propter earum obscuritatem subtilitatemque ^a in vulgus non exeunt.*

Atas M. Ciceronis & C. Cæsaris præstanti facundia viros paucos habuit; doctrinarum autem multiformium variarumque artium, quibus humanitas erudita est, columnina habuit M. Varronem & P. Nigidium. Sed Varronis quidem monumenta rerum ac disciplinarum, quæ

INTERPRETATIO.

^a *Non prodeunt in publicum.* b per quas crevit eruditio.

NOTÆ.

¹ *Contemporaneos fuisse, &c.]* Cicero enim natus est an. U. C. **106**XLVIII. ut jam supra diximus, & anno post **10**LXIII. qui est urbis conditæ **10**CCXXI. a triumviris proscriptus occisus est M. autem Terentius Varro Olymp. **10**CLXXXVIII. anno **10** qui est U. C. **10**CCXXVI. decessit prope nonagenarius, ut refert Eusebius in Chronico; unde cum natum esse oportet anno IV. Olymp. **10**CLXV. qui est ab U. C. **10**CCXXXVII. Ideoque Varro Cicerone major annis fere tredecim, ipsi mortuo tantumdem temporis superstes fuerit. Cæsar autem ortus anno U. C. **10**CLIV. occisus est in senatu idibus Martiis anno ætatis **10**LVI. qui fuit ab urbe condita **10**CCXX.

per literas condidit, ^c in propatulo frequentique usu feruntur. Nigidianæ autem commentationes non proinde in vulgus exeunt: & obscuritas subtilitasque earum tandem parum utilis derelicta est: sicuti sunt quæ paulo ante legimus in commentariis ejus quos grammaticos inscripsit. Ex quibus
 5 quædam ad demonstrandum scripturæ genus exempli gratia sumsi. Nam cum de natura atque ordine literarum differeret, quas grammatici vocales appellant; verba hæc scripsit, quæ reliquimus ^d inenarrata ad exercendam legentium intentionem. ^e *A & O semper principes sunt. I & V semper subdita. E & subit & præit. In Euripo præit; subit in Emilio. Si quis*
 10 *putat præire V, in his verbis, Valerius, Vennonius, Volustus; aut I in his, jampridem, jecur, jocum, jucundum; errabit: quod hæc literæ cum præeunt ne vocales quidem sunt. Item ex eodem libro verba hæc sunt: Inter literam N & G est alia vis; ut in nomine anguis & ¹ angaria & an-*
 15 *cora & increpat & incurrit & ingenuus. In omnibus enim his non verum, N, sed adulterinum ponitur. Nam, N, non esse lingua indicio est. ² Nam si ea litera esset; lingua palatum tangeret. Alio deinde in loco ita scriptum. Græcos ³ non tanta inscitia arcesso, qui Ou, ex O & Y scripserunt, quante, qui Ei, ex E & I. Illud enim inopia fecerunt; hoc nulla re ⁴ subacti.*

INTERPRETATIO.

<p>^c sunt passim in usu communi. ^d sine explanatione ad excitandam solertiam lecto- rum. ^e A & O in diphthongis semper præcedunt; I & V semper sequuntur. E &</p>	<p>præcedit & sequitur. Præcedit in hac voce Euripo, sequitur in ista voce Emilio, ^f nam si pronuntiaretur ea litera, ^g non condemno tantæ ignorantia. ^h coacti.</p>
--	---

NOTA.

<p>² Angaria.] Ministerium est quod quis coactus obiit. ἀναγίον enim est cogere. Vox deducta a regiis Persarum</p>	<p>nuntiis quibus jus erat cujusvis etiam repugnantis equos aut naves, adeoque homines ipsos ad cursum rapiendi.</p>
--	--

A. GELLII

NOCTIUM ATTICARUM

COMMENTARIUS.

LIBER VICESIMUS.

CAPUT I.

Disceptatio Sex. Cæcili jureconsulti & Favorini philosophi de legibus duodecim tabularum.



EXTUS Cæcilius, in disciplina juris atque legibus populi Romani noscendis interpretandisque, scientia, usu, auctoritateque illustri fuit. Ad eum forte in area Palatina^a cum salutationem Cæsaris opperiremur, philosophus Favorinus accessit; collocutusque est, nobis multisque aliis præsentibus. In illis tunc eorum sermonibus orta mentio est legum¹ decemviralium; quas decemviri ejus rei gratia a populo creati composuerunt in duodecim tabulas. Eas leges cum Sex. Cæcilius,^b inquisitis exploratisque multarum urbium legibus, eleganti atque absoluta brevitate verborum scriptas diceret; Sit hoc, inquit Favorinus, in pleraque earum legum parte, ita uti dicis. Non enim minus cupide tabulas istas XII. legi, quam illos decem libros Platonis de legibus. Sed quædam istic esse animadvertuntur aut obscurissima, aut dura, aut lenia contra nimis & remissa,^c aut nequaquam ita, ut scriptum est, consistentia. Obscuritates, inquit Sex. Cæcilius, non assignemus culpæ scribentium,^d sed inscientiæ non assequentium. Quamquam hi quoque ipsi, qui quæ scripta sunt minus percipiunt, culpa vacant. Nam longa ætas verba atque mores veteres^e obliteravit, quibus verbis moribusque sententia legum comprehensa est.² Trecentesimo quoque an-

INTERPRETATIO.

^a Quum expectavemus tempus salutationis Cæsaris. ^b Sancitas juxta instituta multarum urbium qua inquisiverant & examinaverant. ^c qua non licet exequi, quemadmodum habetur in illis tabulis. ^d sed ignorantia eorum qui eas non intellegunt. ^e obscuravit.

NOTÆ.

1. Decemviralium legum.] De istis legibus duodecim tabularum quos decemviri e Græciæ, & Italiæ civitatibus optime moratis petierunt, dictum jam supra.

2. Trecentesimo anno.] Nempe tre-

no post Romam conditam tabulæ compositæ scriptæque sunt : A quo tempore , ad hunc diem , 3 anni esse non longe minus septingenti videntur. Dure autem scriptum esse in istis legibus quid existimari potest ? Nisi duram esse legem putas , 4 quæ judicem arbitrumve jure datum , qui ob rem dicendam pecuniam accepisse convictus est , capite 4 pœnitur : aut quæ furem manifestum , ei cui furtum factum est , in servitutem tradit ; nocturnum autem furem jus occidendi tribuit. Dic enim , quæso , dic vir sapientiæ studiosissime ; an aut judicis illius perfidiam contra omnia jura divina atque humana jusjurandum suum pecunia vendentis , aut furis manifesti intolerandam audaciam , aut nocturni 5 grassatoris insidiosam violentiam non dignam esse capitis pœna existimes ? Noli , inquit Favorinus , ex me quærere , quid ego existimem. Scis enim solitum esse me pro disciplina sectæ , quam colo , inquirere potius quam decernere. 6 Sed non levis existimator neque aspernabilis est populus Romanus ; cui delicta 10 quidem isthæc vindicanda ; pœnæ tamen hujusmodi nimis duræ esse visæ sunt. Passus enim est leges istas de tam immodico supplicio 7 situ atque senio emori. Sicut illud quoque , non humaniter scriptum , improbavit ; 8 quod si homo in jus vocatus morbo aut ætate æger ad ingrediendum invalidus est , 9 arcera non sternitur : sed ipse aufertur & jumento imponitur , atque ex domo sua ad prætorem in comitium 1 nova funeris facie effertur. Quam enim ob causam morbo affectus , & ad respondendum profese non idoneus , jumento adhærens in jus adversario deportatur ? Quod vero dixi videri quædam esse 11 impendio molliora ; nonne tibi quoque vi-

INTERPRETATIO.

*f*qua morte damnat judicem aut arbitrum qui convictus est accepisse pecuniam ad pronuntiandum in gratiam alterius. *g* prædonis. *h* sed grave est nec contemnendum populi Romani judicium qui putat hujusmodi crimina esse punienda , sed tales pœnas esse severiores. *i* longinquitate temporis aboleri. *k* quod si quis appellatus in judicium cum agrotat vel morbo vel senectute , non potest incedere , non datur illi plaustrum. *l* novo quasi funebri spectaculo. *m* aquo leniora.

NOTÆ.

centesimo circiter anno , nam revera juxta veriore computandi rationem legati Athenis & ab Italicis Græcorum urbibus leges Romam non attulere nisi anno U. C. cccii.

3. Anni non longe minus septingenti] Certo certius mendum aliquod huc irrepfit. Gellius post Herodis Attici consulatum qui cadit in annum Christi cxxliii. Antonini Pii temporibus scripsit circa annum Christi cxi. qui est U. C. lccccliii. quo ex numero si demas annos cccii. residuerunt lccr. anni , quot a legibus Romam allatis ad ætatem Gellii numerari debent. Sane Gellium hæc scripsisse crediderim. A librariis autem facile fuerit vel incuria vel incitia al-

terum c addidisse.

4. Pœnitur.] Id est , punitur , quæ vox præcipue apud Ciceronem activam vim habet , VII. Philipp. *vt clarissimorum hominum puniretur necem.* Aliis pœniretur.

5. Arcera] Ut ipse Gellius infra explicat , vocabatur plaustrum tectum undique & munitum quasi arca quadam magna. Plaustrum proprie non erat tectum sed apertum. Varro etiam lib. IV. de Lingua Latina inde dictum putat quod in eo cuncta sint palam , atque cerni possint quæ vehuntur. Arcera igitur quanquam proprie non esset plaustrum , dicta est tamen plaustrum quia plaustro fuit imposita.

denur nimis esse ^a dilutum, quod ita de injuria pœnienda scriptum est: ⁶ SI INJURIAM FAXIT. ALTERI. ⁷ VIGINTI. QUINQUE. ASSIS. POENÆ SUNTO. Quis enim erit tam inops, quem ab injuriæ faciendæ ⁸ lubricine viginti quinque asses deterreant? Itaque cum eam legem Q. Labeo quoque vester in libris, quos ad duodecim tabulas conscripsit, non probaret; Quidam, inquit, Lucius Veratius fuit, egregie homo improbus atque immani vecordia. Is pro delectamento habebat os hominis liberi manus suæ palma verberare. Eum servus sequebatur crumenam plenam assium ^p portitans: & ⁹ quemcumque depalmaverat, numerari statim secundum duodecim tabulas viginti & quinque asses jubebat. Propterea, inquit, prætores postea hanc abolescere & relinqui censuerunt; injuriisque æstimandis ^r ⁸ recuperatores se daturos edixerunt. Nonnulla autem in istis legibus nec consistere quidem, sicuti dixi, visa sunt. Velut illa lex talionis: cujus verba, nisi memoria me fallit, hæc sunt. SI MEMBRUM. RUPIT. ¹ NI. CUM. EO. PACIT. TALIO. ESTO. ² Præter enim ulciscendi acerbitatem; ne procedere quoque exsecutio justæ talionis potest. Nam cui membrum ab alio ruptum est; si ipsi itidem rumpere per talionem velit: quæro ^u ⁹ an efficere possit rumpendi pariter membri æquilibrium. In qua re primum ea difficultas est inexplicabilis. Quid si quis membrum, inquit, alteri ^x imprudens ruperit? Quod enim per imprudentiam factum est, ^y retaliari per imprudentiam debet. ^z Ictus quippe fortuitus & consultus non cadunt sub ejusdem talionis similitudinem. Quoniam igitur modo imprudentem poterit imitari, qui in exsequenda talione ^a non licentiæ jus habet, sed imprudentiæ? Sed & si prudens ruperit; nequaquam patietur aut altius se lædi, aut latius. Quod cujus modi libra atque mensura ^b caveri possit, non reperio. Quin etiam si quid plus exit aliterve commissum; res fiet ridiculæ atrocitatis: ^c ut contraria actio mutuæ talionis oriatur; & adolescat infinita quædam reciprocatio

INTERPRETATIO.

n indulgens ac remissum. o cupiditate. p ferens. q cujuscumque faciem manus palma verberaverat ipsi numerari. &c. r arbitros. s nisi paciscatur cum illo, ea patietur qua fecit. t præterquam quod enim est crudelitas in tali ultione, exsecutio justæ talionis fieri non potest. u an facere possit aquam compensationem rumpendo pariter membrum. x non advertens.

y referri. z ictus qui impingitur casu & de industria non sunt similes in ratione talionis. a non habet jus inferendi ictus de industria, sed tantum casu. b observari. c ut qui talionis pœnam passus fuerit, ipse rursus agat jure nova talionis adversus alterum, qui in repetenda pœna aut plus aut aliter læserit.

NOTÆ.

6. Si injuriam faxit, &c.] De hac lege jam supra diximus.

7. Viginti quinque assis.] Sive viginti quinque asses, respondent Gallicis assibus circiter novem.

8. Recuperatores.] Cum aliqua inter privatos oriebatur controversia, ad eam tollendam designabantur a prætore judi-

ces, qui recuperatores dicti sunt, propterea quod per eos suum quisque jus recuperare poterat.

9. An efficere possit, &c.] Eam in rem apud Plautum lepide nescio quis aiebat: Ego certe nolim excuti mihi dentem unum, ut excutienti excutiam omnes.

talionum. Nam de immanitate illa secandi partiendique humani corporis, si unus ob pecuniam debitam iudicatus addictusque sit pluribus; non libet meminisse, & piger dicere. Quid enim videri potest efferatius? quid ab hominis ingenio diversius. quam quod membra & artus inopis debitoris brevissimo laniatu distrahebantur, sicut nunc bona ^d venu distrahantur? Tum Sex. Cæcilius amplexus utraque manu Favorinum; Tu es, inquit, unus profecto in nostra memoria non Graiæ modo sed Romanæ rei peritissimus. Quis enim philosophorum disciplinæ suæ leges tam scite atque docte callet, quam leges tu nostras decemvirales percalluisti? Sed, ¹⁰ quæso tecum, tamen ^e degrediate paulisper e curriculis istis disputationum vestrarum academicis: omissoque studio, quicquid lubitum est, arguendi tuendique, consideres gravius cuimodi sint ea, quæ reprehendisti. Nec ideo contempnas legum istarum antiquitates, quod plerisque ipsis jam populus Romanus uti desiverit. Non enim profecto ignoras legum oportunitates & medelas, pro temporum moribus & pro rerum publicarum generibus ac pro utilitatum præsentium rationibus, proque vitiorum, quibus ¹⁵ medendum est, ^f fervoribus mutati atque flexi: neque uno statu consistere, quin, ut facies cæli & maris, ita rerum atque fortunæ tempestatibus varientur. Quid salubrius visum est ¹⁰ rogatione illa Stolonis jugerum de numero præfinito? Quid utilius ¹¹ plebiscito Voconio, de coercendis mulierum hereditatibus? Quid tam necessarium existimatum est propulsandæ civium luxuriæ, quam lex Licinia & Fannia, aliæque item ¹⁸ leges sumptuariæ? ^h Omnia tamen hæc obliterata & operta sunt civitatis opulencia quasi quibusdam fluctibus exæstantis. Sed cur tibi esse visa est humana lex omnium, mea quidem sententia, humanissima quæ jumentum dari jubet ægro aut seni in jus vocato? ¹ verba sunt hæc de lege ¹² SI. IN. IUS. VOCAT. SI. MORBUS. ÆVITAS. VE. VITIUM.

INTERPRETATIO.

^d vendenda dividuntur. ^e omitte tantisper rationem illam disputandi quam vos academici servatis in vestris disputationibus: ^f discedens a cupiditate refutandi, ^g defendendi quodcumque vobis placet, attentius expende qualia sint ea, &c. fli-

bidinibus. ^g leges quæ prohibent nimis sumptus. ^h tamen hæc omnes leges perstræte & eversa sunt Romanis opibus instar fluctuum exundantibus. ⁱ hæc sunt verba de lege quæ sic incipit SI. IN. IUS. VOCAT. Si quis agritudine aut senectute

NOTÆ.

¹⁰. Rogatione illa Stolonis, &c.] Stolo lege prohibuit ne quis civis Romanus plus quingenta jugera possideret. Is propter diligentiam culturæ Stolonum confirmavit cognomen.

¹¹. Plebiscito Voconio.] De lege Voconia, Licinia & Fannia consule notas superiores.

¹². Si in jus vocat: si morbus, &c.] Æstuabit in hujus legis interpretatione, qui diligenter non adverterit hæc verba SI. IN. IUS. VOCAT. ad ea quæ consequuntur nihil pertinere, sed esse tan-

tum initium legis illius, unde cetera desumpta sunt: ut videre est in collecta legis XII. Tabularum, quam edidit Theodorus Marcilius: Jurisconsultos autem in recensendis legibus solere prima legum verba citare quis ignorat? Itaque frustra sunt, qui totum hunc locum dum ex suo sensu volunt corrigere, nova lectione depravant. Si in jus vocato morbus ævitasve vitium sit: qui in jus vocasset, jumentum dato: si voluit, arceram ne sternito.

ESCIT. QUI. IN. IUS. VOCABIT. IUMENTUM. DATO. SI. NO-
 LET. AR CERAM. NE. STERNITO. An tu forte morbum appellari
 hic putas ægrotationem gravem ^k cum febris rapida & ¹³ quercera, ju-
 mentumque dici pecus aliquod unicum tergo vehens? Ac propterea minus
 fuisse humanum existimas ægrotum domi suæ cubantem jumento imposi-
 tum in jus rapi? Hoc, mi Favorine, nequaquam ita est. Nam morbus in
 legē ista non febriculosus neque nimium gravis; sed vitium aliquod im-
 becillitatis atque ^l invalentiæ demonstratur: non periculum vitæ ostendi-
 tur. Ceterique morbum vehementiorem vim graviter nocendi habentem
 legum istarum scriptores alio in loco, non per se morbum, sed morbum
^m fonticum appellant. *Iumentum* quoque non id solum significat quod
 nunc dicitur; sed vectabulum etiam, quod adjunctis pecoribus traheba-
 tur, veteres nostri jumentum a jungendo dixerunt. *Arcera* autem voca-
 batur plostrum tectum undique & mœnitum; quasi arca quædam magna
 vestimentis instrata, qua nimis ægri aut senes portari cubantes solebant.
 Quænam tibi igitur acerbitas esse visa est; quod in jus vocato paupertino
 homini vel inopi, qui aut pedibus forte ægris esset, aut quo alio casu
 ingredi non quiret, plaustrum esse dandum censuerunt; neque insterni ta-
 men delicate arceram jusserunt? Quoniam satis esset invalido cuicumodi
 vectabulum. Atque id fecerunt, ⁿ ne causatio ista ægri corporis perpe-
 tuam vacationem daret fidem detrectantibus, jurisque actiones decli-
 nantibus. Sed enim ipsum vide. Injurias factas quinque & viginti assibus
 sanxerunt Non omnino omnes, mi Favorine, injurias ære isto paucio ^o di-
 luerunt: tametsi & hæc ipsa paucitas assium grave pondus æris fuit. Nam
^p librariis assibus in ea tempestate populus ulus est. Sed injurias atrocio-
 res, ut de osse fracto, non liberis modo verumetiam servis factas ^q im-
 pensiore damno vindicaverunt. Quibusdam autem injuriis talionem quo-
 que apposuerunt. Quam quidem tu talionem, vir optime, iniquius paulo
 infectatus es; ac ne consistere quidem dixisti, lepida quadam sollertia ver-
 borum. Quoniam talioni par non sit talio; neque rumpi membrum facile
 possit ad alterius rupturæ (ut ais tu) æquilibrium. Verum est, mi Favo-
 rine, talionem parissimam fieri difficillime. Sed decemviri minuere atque
 extinguere volentes hujuscemodi violentiam pulsandi atque lædendi, eo
 quoque metu coercendos esse homines putaverunt: neque ejus, qui mem-
 brum alteri rupisset & ¹⁴ pacisci tamen de talione redimenda nollet, tan-

INTERPRETATIO.

¹¹ labores, qui vocabit illum in judi-
 cium, det equum; si actor nolit dare plau-
 strum, na cogatur ad dandum plaustrum.
^k cum febris vehementi nec sine horrore.
^l levioris morbi. ^m noxium. ⁿ ut pretertu

morbi non semper liceret judicium sub-
 terfugere. ^o punire runt. ^p nam populus
 iis temporibus utebatur assibus quorum
 singuli expendebantur una libra. ^q pu-
 nierunt majori pœna.

NOTÆ.

¹³ Quercera.] Quercerus vel quer-
 querus idem est quod frigidus cum tre-
 more.

¹⁴ Pacisci de talione, &c.] Po erant
 talionis pœnam aliqua pecuniæ multa
 commutare.

tam esse habendam rationem arbitrati sunt; ut, an prudens imprudensve rupisset, spectandum putarent: aut talionem in eo vel adamussum æquiperarent vel in ^r librili perpenderent: sed potius eundem animum eundemque impetum in ea eam parte corporis rumpendi, non eundem eundemque casum exigere voluerunt. ^f Quoniam modus voluntatis præstari posset; casus ictus non posset. Quod si ita est, ut dico, ^c ut & ipse æquitaris habitus demonstrat; taliones illæ tuæ reciproca ^u argutiores profecto quam veriores fuerunt. Sed quoniam acerbum quoque esse hoc genus pœnæ putas; quæ, obsecro te, ista acerbitas est, si idem fiat in te quod ¹⁰ ^x tute in alio feceris; præsertim cum habeas facultatem paciscendi: & non necesse sit pati talionem, nisi eam tu elegeris? Quod edictum autem prætorium de æstimandis injuriis probabilius esse potest? Nolo hoc ignores, hanc quoque ipsam talionem ad æstimationem judicis redigi necessario solitam. Nam si reus, qui depecisci noluerat, judici talionem imperanti non parebat; ¹⁵ æstimata lite iudex hominem pecuniæ damnabat. Atque ita, si reo & pæctio gravis & acerba talio visa fuerat, severitas legis ad pecuniæ multam redibat. Restat ut ei, quod de sectione partitioneque corporis immanissimum esse tibi visum est, respondeam. Omnibus quidem virtutum generibus exercendis colendisque populus Romanus ²⁰ e parva origine ^v ad tantæ amplitudinis instar emicuit. Sed omnium maxime atque præcipue fidem coluit, sanctamque habuit tam privatim quam publice. Sic consules clarissimos viros hostibus confirmandæ fidei publicæ causa dedit. Sic clientem in fidem acceptum cariorem quam propinquos, tuendumque esse contra cognatos censuit. Neque pejus ullum facinus existimatum est; quam si qui probaretur clientem ¹⁶ divisui habuisse. Hanc autem fidem majores nostri non modo ^z in officiorum vicibus, sed in negotiorum quoque contractibus sanxerunt, maximeque in pecuniæ ^a mutuatice usu atque commercio. Adimi enim putaverunt subsidium hoc inopiæ temporariæ, quo communis omnium vita indiget, si perfidia ^b debitorum ³⁰ sine gravi pœna eluderet. ^c Confessi igitur æris ac debiti judicatis triginta dies sunt dati, conquirendæ pecuniæ causa, quam dissolverent: eosque dies decemviri *justos* appellaverunt, velut quoddam iustitium, id est, ju-

INTERPRETATIO.

^x in balance. ^f qui talionis pœnam exigit potest spondere se tantum eo modo velle latere quo lapsus est, sed non potest spondere idem fore omnino similem, nec leviozem, nec graviozem. ^c sicut ipsa ratio iustitia ostendit. ^u subtiliores. ^x tu ipse. ^y excrevit ad tanta dignitatis amplitudinem. ^z in

reddendis officiis. ^a qua sumitur mutuo. ^b eorum qui debent. ^c qui convicti in iudicio, confessi sunt se debere pecuniam alteri, iis concessi sunt triginta dies, ut conquirerent pecuniam ad exolvendum æs alienum.

NOTÆ.

¹⁵. *Æstimata lite.*] Æstimare litem dicitur iudex cum pronuntiat quanti res ea sit de qua agitur, & quanta pecuniæ summa donandus esset actor. Hic autem notabis obiter æstimare alicui vel alicu-

jus litem, non idem esse quod secundum eum judicare; sed contra eum pecuniæ multa velut reum damnare.

¹⁶. *Divisui.*] Habent alii codices divisui seu de isui habuisse.

ris inter reos quasi interfectionem quamdam & cessationem. Quibus diebus nihil cum his agi jure posset. Post deinde, nisi dissolverent, ad prætorem vocabantur; & ab eo quibus erant judicati addicebantur. Nervo quoque aut compedibus vinciebantur. Sic enim sunt, opinor, verba legis. **ERIS. CONFESSI. DEBITI. Q. JURE. JUDICATIS. TRIGINTA. DIES. JUSTI. SUNTO. ^d POST. DEINDE. MANUS. INJECTIO. ESTO. IN JUS. DUCITO. NI. JUDICATUM. FACIT. AUT. QUIS. VENDO. EM. JURE. VINDICIT. SECUM. DUCITO. VINCITO. AUT. NERVO. AUT. COMPEDIBUS. QUINDECIM. PONDO. NE. MINORIBUS. AUT. SI. VOLET. MAJORIBUS. VINCITO. SI. VOLET. SUO. VIVITO. NI. SUO. VIVIT. QUI. EM. VINCTUM. HABEBIT. LIBRAS. FARRIS. IN. DIES. DATO. SI. VOLET. PLUS. DATO.** Erat autem jus interea paciscendi, ac, nisi pacti forent, habebantur in vinculis dies sexaginta. Inter eos dies, trinis nundinis continuis, ad prætorem in comitium producebantur, ^e quantæque pecuniæ judicati essent, prædicabatur. Tertiis autem nundinis capite pœnas dabant, aut trans Tiberim ^f peregre venum ibant. Sed eam capitis pœnam sancienda, sicut dixi, fidei gratia horrificam & atrocitatis ostentu novisque terroribus metuendam reddiderunt. Nam si plures forent, quibus reus esset judicatus, secare si vellent atque partiti corpus addicti sibi hominis permiserunt: & quidem verba ipsa legis dicam, ne existimes invidiam me istam forte formidare. ¹⁸ **TERTIIS. INQUIT, NUNDINIS. PARTIS. SECANTO. SI. PLUS. MINUS. VE. SECURUNT. SE. FRAUDE. ESTO.** Nihil profecto immitius, nihil immanius; nisi, ut re ipsa apparet, eo consilio ¹⁹ tanta immanitas pœnæ denunciata est, ne ad eam umquam perveniretur. Addici namque nunc & vinciri multos videmus; quia vinculorum pœnam deterrimi homines

INTERPRETATIO.

^d postea injiciantur ipsis manus, & trahantur ad judicem, nisi solverint quod judex aut prætor decreverit: aut nisi aliquis eum redimat in jure, abducatur ab eo cui debet, astringatur vinculis ferreis, quæ sint ponderis quindecim librarum, nec minus, aut si placuerit sint majoris pon-

deris. Reus si voluerit vivat suis sumptibus: si suis sumptibus non vivat, qui eum detinebit in carcere singulis diebus det singulas libras farris. Si libuerit det plura, e dicebatur in quantam pecuniam fuerat additus suo creditori. f peregrinis vendebantur. g horribilem crudelitatis specie.

NOTÆ.

17. *Endo em jure vindicis.*] Id est, nisi quis ejus vindex sit in jure. *Endo pro in.* em pro eum, vindicis pro vindicat, veteres dicebant.

18. *Tertiis nundinis.*] Hanc legem ita restituit Rævardus, *Tertiis nundinis partis secanto: si plus minusve securescunt, nisi fraude esto.* Cujus hic sensus est: postquam trinis nundinis debitor vincitus productus fuerit, si eum in partes plures aut pauciores disseverint, disse-

cantibus sit impune. Nesci autem, vel se veteres dixerunt pro sine.

19. *Tanta immanitas pœna, &c.*] Secum hic pugnat Cæcilius. Cum enim multi debitores vinculis constringerentur, ut post tertias nundinas dividerentur in partes; quod nemo id supplicium subierit, id creditorum humanitati potius est tribuendum quam pœnæ horrori, qui potuerit a fraudandis creditoribus deterrere.

contemnunt. Dissectum esse antiquitus neminem equidem neque legi neque audiui. Quoniam scævitia ista pœnæ contemni^h non quita est. An putas, Favorine, si non illa etiam ex duodecim tabulis de testimoniis falsis pœna abolevisset; & si nunc quoque, ut antea, qui falsum testimonium dixisse convictus esset, e²⁰ saxo Tarpeio deiceretur, mentituros fuisse pro testimonio tam multos, quam videmus? ¹ Acerbitas plerumque ulciscendi maleficii bene atque caute vivendi disciplina est. Historia²¹ de Metio Suffetio Albano nobis quoque, non admodum numero istiusmodi libros lectitantibus, ignota non est. Qui quoniam pactum atque conductum cum rege populi Romani perfide ruperat, binis quadrigis evinctus^k in diversis nitentibus laceratus est. Novum atque asperum supplicium. Quis negat? Sed, quid elegantissimus^l poeta dicat, vide:

-----^m *At tu dictis Albane maneres.*

ⁿ Hæc taliaque alia ubi Sex. Cæcilius omnibus qui aderant, ipso quoque Favorino approbante atque laudante, disseruit: nuntiatum est Cæsarem jam salutari; & seperati sumus.

INTERPRETATIO.

h non potuit, i severitas in puniendo crimine facit sapientissime ut recte & cause vivamus. k in varias partes trahentibus. | ^l Virgilius, *m dux Albanorum* non falsus fuisset tam crudele supplicium *si fessis promissis* servato fœdere.

NOTÆ.

²⁰ *Saxo Tarpeio.*] Montem Capitolinum intellige, qui cum ita fuisset appellatus quod in fundamentis ædis Jovis quæ ibi construebatur, caput humanum inventum esset, duobus præterea nominibus notus fuit. Nam & Saturnius dictus est & Tarpeius. Saturnius quidem a Saturno, qui in eo sedem olim fixerat: deinde Tarpeius, a virgine Vestali Tarpeia quæ ibi a Sabinis occisa & sepulta est.

²¹ *De Metio Suffetio.*] Metius Suffetius Albanorum dux ex fœdere cum Romanis inuito ad bellum adversus Fidenates evocatus, Romanis pugnantibus e prælio subduxit exercitum. Unde Tullius Romanorum rex Metium ad duos carras alligatum equis in diversis nitentibus discerpi iussit. *Primum*, inquit Livius, *ultimumque illud supplicium apud Romanos exempli parum memoris legum humanarum fuit.*

CAPUT II.

Vocabulum, siticinum, in M. Catonis oratione quid significet.

²⁰ *Siticines*, scriptum est in oratione M. Catonis, quæ inscribitur: *Ne Simperium sit veteri ubi novus venerit. Siticines*, inquit, & *litucines* & *tubicines*. Sed Cæsellius Vindex, in commentariis lectionum antiquarum, scire quidem se ait *litucines* lituo cantare, & *tubicines* tuba: quid istuc autem sit, quo *siticines* cantent, homo ingenuæ veritatis scire sese negat.

INTERPRETATIO.

a ne regat antiquus dux aut magistratus.

Nos autem in Cápitonis Atei conjectaneis invenimus, *siticines* appellatos, qui apud sitos canere soliti essent, hoc est, vita functos & sepultos: eosque habuisse¹ proprium genus tubæ, a ceterorum differens.

NOTA.

1. *Proprium genus tubæ.*] Quæ mor-
torum funeribus olim adhibebantur tu-
bæ, aliis paulo longiores ac latiores
erant, quo graviores & luctibus aptiorem
sonum ederent.

CAPUT III.

Quam ob causam L. Accius poeta in pragmaticis sicinnistas
nebuloso nomine esse dixerit.

Uos *sicinnistas* vulgus dicit, qui rectius locuti sunt, *Sicinnistas*, litera
n, gemina dixerunt.² *Sicinnium* enim genus veteris saltationis fuit.
Saltabundi autem canebant, quæ nunc stantes canunt. Posuit hoc verbum
Accius poeta in pragmaticis, appellarique *sicinnistas* ait *nebuloso nomine*:
credo propterea *nebuloso*, quod *sicinnium* cur diceretur ei obscurum esset. 10

INTERPRETATIO.

1. *Sicinnium.*] Saltationis Satyricæ
genus, nomen habuit ab Inventore Si-
cino; quem alii Barbarum, alii Cre-
tensem affirmant. Hinc & Satyri ipsi Si-
cinnistæ dicti sunt.

CAPUT IV.

Artificum scenicorum studium amoremque inhonestum probrosamque esse:
& super ea re verba Aristotelis philosophi adscripta.

Comædos quispiam & tragædos & tibicines dives adolescens Tauri
philosophi discipulus liberos homines^b in deliciis atque in delecta-
mentis habebat. Id genus autem artifices Græce appellantur^c οἱ περὶ τὴν
Διόνυσον τεχνῖται. Eum adolescentem Taurus a sodalitatibus convictoque
hominum scenicorum abducere volens, misit ei verba hæc ex Aristotelis
libro exscripta, qui^d ἀπελευθερωτὰ ἐγκύκλια in scriptus est: jussitque ut ea
quotidie legeret: ^e Διὰ τὴν οἱ Διονυσιακοὶ τεχνῖται ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ πεινροί.

INTERPRETATIO.

^a Familiaritatem & amicitiam cum
tragædis, & comædis, & tibicinibus.
& amabat & iis maxime delectabatur.
^c Bacchi artifices. ^d quæstiones circulares.
^e cur Bacchi artifices plerumque præ-
sunt? Quoniam minime rationi & phi-

NOTA.

1. Προβλήματα ἐγκύκλια.] Quæstiones
sunt communes & pervagatæ & in homi-
num conventibus ac circulis celebres, collectam.

εἶσι; ὅτι ἦν ἡμῶν λόγου καὶ φιλοσοφίας καινονοσοῦσα διὰ τὸ πρὸς τὰς ἀναγκῆς πύ-
χως αὐτῶν τὸ πολὺ μέρος τοῦ βίου εἶναι. καὶ ὅτι ἐν ἀνερασίαις τὸν πολὺν χρόνον εἶναι,
ὅτι ὅ ἐν ἀπορίαις ἀμφοτέρωθεν ὁ φαιλόπαιτος ὁ ἑρακλειδῆος.

INTERPRETATIO.

loſophia addicti ſunt, quod in neceſſariis | vent, aliquando etiam paupertate. Vira-
artibus magnam partem vita traducunt, | que autem intemperantia & paupertas
Et quod intemperantia plerumque labo- ad pravitatem inclinant.

CAPUT V.

Exempla epistolarum Alexandri regis & Aristotelis philosophi, ita uti
sunt edita: eaque in linguam Latinam versa.

COMMENTATIONUM suarum artiumque, quas discipulis tradebat Ari-
stoteles philosophus regis Alexandri magister, duas species habuisse
dicitur. Alia erant, quæ nominabat ^a ἐξωτερικά; alia, quæ appellabat
^b ἀνεραπικά. Εξωτερικά dicebantur, quæ ^c ad rhetoricas meditationes, fa-
cultatem argutiarum, civiliumque rerum notitiam conducebant. Ανερα-
πικά autem vocabantur, in quibus philosophia remotior subtiliorque ^d agi-
tabatur; quæque ad naturæ contemplationes disceptationesve dialecticas
pertinebant, Huic disciplinæ, quam dixi ἀνεραπικῶν, tempus exercendæ
dabat in Lycio ^e matutinum: nec ad eam quemquam temere admitte-
bat; nisi quorum ante ingenium & eruditionis elementa atque in discendo
studium laboremque explorasset. Illas vero ἐξωτερικὰς auditiones exerci-
tiumque dicendi eodem in loco vesperi faciebat; easque vulgo juvenibus
sine delectu præbebat: atque eum ^f μεσημεριανὸν ἀμειψιπὸν appellabat, illum al-
terum supra ^g ἐσθρινόν. Utroque enim tempore ambulans diserebat: li-
brosque suos, earum omnium rerum commentarios, seorsum divisit; ut
alii exoterici dicerentur, partim acroatici. Acroaticos cum in vulgus ab eo
editos rex Alexander cognovisset; atque ea tempestate ^h armis exercitum
omnem prope Asiam teneret; regemque ipsum Darium prælii & victo-
riis urgeret: in illis tamen tantis negociis literas ad Aristotelem misit, non
eum recte fecisse, quod disciplinas ἀνεραπικὰς, quibus ab eo ipse eruditus
foret, ⁱ libris foras editis invulgasset. Nam qua, inquit, alia re præsta-

INTERPRETATIO.

a Externa. Et omnibus communia. | admittebat in eam scholam, sed eos quo-
b propria discipulorum. c quæ explica- | rum, &c. f pomeridianam deambula-
bant artem rhetoricam, modum argu- | tionem. g matutinam. h vexatam bellis.
mentandi, & rationem rerum civilium | i libris in publicum prolatis divulgasset.
d disputabatur. e neminem sine delectu

NOTÆ.

1 Εξωτερικά, &c.] Aristotelis institutio-
nes non modo diserebant, eorum rati-
one quibus tradebantur, sed etiam re-
bus ipsis quæ explicabantur. | 2. Matutinum.] Nempe verum illud
Plinii Aurora Musis amica: minus est
enim idoneus subtilioribus percipiendis
qui cibo gravis est.

re ceteris poterimus, si ea, quæ ex te accepimus, omnium prorsus fient communia? Quippe ego doctrina antequam malim, ^k quam copiis atque opulentis. Rescripsit ei Aristoteles ad hanc sententiam. Acroaticos libros, quos editos quereris & non proinde ut arcana absconditos, ³ neque editos scito esse neque non editos. Quoniam his solis, qui nos audiunt, cognobiles erunt. Exempla utrarumque literarum sumpta ex Andronici philosophi libro subdidi. Amavi autem prorsus in utriusque epistola brevitatis elegantissimæ filum tenuissimum.

5

Ἰ Αλέξανδρον Ἀριστοτέλει δὲ ἀπέπεμψεν,

Οὐκ ὀρθῶς ἐποίησας, ἐκδοὺς τῶν ἀκροατικῶν ἢ λόγων. ἦν γὰρ ἐπὶ διοίσομεν ἡμῖς ἢ ἄλλων, εἰ καὶ ἔς ἐπιτελευτησῶν λόγους, οὗτοι πάντων ἔσονται κοινοί; ἐγὼ δὲ βαλομένω ἀν ταῖς ἀεὶ τὰ ἀεὶ ἐμπειρίας, ἢ ταῖς δυνάμει διαφέρειν. ἔγρασσ.

10

Ἀριστοτέλης βασιλεῖ Ἀλεξάνδρῳ δὲ ἀπέπεμψεν.

Ἐξαχθὸς μοι ἀεὶ ἢ ἀκροατικῶν λόγων, οἷόν μοι δὲ εἶναι ἀπὸ φιλοσοφίας ἐν ἀπορρήτοις. ἴδω οὐδὲν αὐτοῖς καὶ ἐκτελεστέοις καὶ μὴ ἐκτελεστέοις. ξυμπεπὸν γὰρ εἶσι μόνους τοῖς ἡμῶν ἀκούσασιν. ἔγρασσ.

15

Hoc ego verbum ξυμπεπὸν γὰρ εἶσιν quærens uno itidem verbo dicere, aliud non reperi, quam quod est scriptum a M. Catone^m in VI. origine. Itaque ego, inquit, cognobiliorem cognitionem esse arbitror.

20

INTERPRETATIO.

k quam militibus & divitiis.

Vale.

Ἰ Alexander Aristoteli salutem.

Aristoteles regi Alexandro salutem.

Non recte fecisti divulgans acroaticas dissertationes. Qua enim re prestabimus nos aliis, si quibus dissertationibus eruditii sumus, eadem omnibus futura sunt communes? Ego autem malim præstantioribus doctrinis quam opibus excellere.

Scriptisti ad me de acroaticis dissertationibus, arbitratus oportere ipsas servare in secreto. Scito autem eas & divulgatas & non divulgatas. Percipi enim possunt ab iis solis qui nos audierunt. Vale. m in sexto originum libro.

NOTA.

3. Neque editos scito esse, neque non editos. Editi quidem sunt ac divulgati Aristotelis libri, quia in publicum prodierunt. Possunt etiam dici non divul-

gati, quod propter rerum & orationis obscuritatem a vulgo non possint intelligi.

CAPUT VI.

Quæsitum atque tractatum, utrum sit rectius dicere, habeo curam vestri, an, vestrum.

Percunctabar Apollinarem Sulpicium, ^a cum eum Romæ adolescensculus sectarer, qua ratione diceretur; habeo curam vestri, aut mise-

INTERPRETATIO.

^a Cum puer olim eum haberem magistrum in grammatica.

Yyy ij

reor vestri: & iste casus, vestri, eo in loco quem videretur habere casum
 rectum. Is hic mihi ita respondit. Quæris, inquit, ex me, quod mihi
 quoque est jamdiu in perpetua quæstione. Videtur enim non, vestri, oportere
 dici, sed vestrum: sicut Græci loquuntur, ^c ὀπιμελομαι ὑμῶν, καὶ κή-
 5 δμου ὑμῶν; aptius vestrum dicitur, quam vestri, & habet casum nomi-
 nandi, vos; quem tu rectum appellasti. Invenio tamen, inquit, non
 paucis in locis nostri atque vestri dictum, non, nostrum aut vestrum.
 L. Sulla rerum gestarum libro secundo. Quo si fieri potest, ut etiam nunc
 10 nostri vobis in mentem veniat; nosque magis dignos creditis, quibus civibus
 quam hostibus utamini; quique pro vobis potius quam contra vos pugne-
 mus; neque nostro neque majorum nostrorum merito nobis id continget. Te-
 rentius in Phormione.

^d Ita plerique ingenio sumus omnes. nostri nosmet panitet.
 Afranius in Togata.

15 Nescio qui nostri miseritus tandem deus.
 Et Labeius in Necyomantia.

Dum diutius detinetur, nostri oblitus est.

Dubium porro, inquit, non est, quin eodem hæc omnia casu dicantur;
 nostri oblitus est, nostri miseritus est; quo dicitur, mei panitet, mei miseritus
 20 est, mei oblitus est. Mei autem casus interrogandi est, quem genitivum
 grammatici vocant; & ab eo declinatur, quod est, ego. Hujus deinde plu-
 rativum est, nos. Tui æque declinatur ab eo, quod est, tu. Hujus itidem
 plurativum est, vos. Sic namque Plautus declinavit in Pseudolo in hisce
 versibus.

25 ^e Si ex te tacente fieri possem certior here,
 Quæ miseria te tam misere macerent:
 Duorum labori ego hominum parvissem lubens,
 Mei te rogandi & tuis respondendi mihi.

Mei enim Plautus, hoc in loco, non ab eo dixit, quod est, meus; sed ab
 30 eo quod est, ego. Itaque si dicere velis, patrem mei, pro, patrem meum,
 quo Græci modo τὸν πατέρα μου dicunt, inusitate quidem sed recte pro-
 fecto, eaque ratione dices, qua Plautus dixit, labori mei, pro, labori
 meo. Hæc autem ipsa ratio est in numero plurativo; qua Gracchus, mi-
 sereri vestrum dixit, & qua M. Cicero contentio vestrum & contentio no-
 35 strum dixit; quaque item ratione Quadrigarius in annali undevicesimo
 verba hæc posuit. C. Mari, & quando te nostrum & reip. miserebitur?
 Cur igitur Terentius, panitet nostri, & non, nostrum; & Afranius, no-
 stri miseritus est, non, nostrum? Nihil hercle, inquit, mihi de ista re in

INTERPRETATIO.

b nominativum. c habeo curam vestrum. | tes tam vehementer te affligunt. Non
 d sic facti sumus a natura. Non sumus | injunxissem laborem duobus hominibus,
 contenti nostro statu. e Si tu, here, qui | mihi interrogando te, & tibi respondendo
 taces, posses mihi dicere quæ calamita- | mihi.

NOTA.

1. Tis.] Tui vel tis patrius casus a nominativo tu.

mentem venit; nisi auctoritas quædam vetustatis non nimis anxie neque superstitiose loquentis: nam sicuti multifariam scriptum est, *vestrorum*, pro, *vestrum*, ut in Plauti *Mustellaria* in hoc versu,

Verum illud esse maxima pars vestrorum intelligit;

cum vellet, *maxima pars* dicere *vestrum*: ita non numquam, *vestri*, quoque dictum est, *vestrum*: sed proculdubio qui rectissime loqui volet, *vestrum*, potius dixerit, quam *vestri*: & idcirco importunissime, inquit, fecerunt qui in plerisque Sallustii exemplaribus scripturam istam sincerissimam corruerunt: nam cum ita in *Catilina* scriptum esset: *Sæpe majores vestrum miseriti plebis Romana: vestrum* obleverunt, & *vestri* superscripserunt. Ex quo in plures libros mendæ istius indoles manavit. Hæc memini mihi Apollinarem dicere: eaque tunc ipsa, ita ut dicta fuerant, notavi.

INTERPRETATIO.

neque nimis scrupulose sequendo regulas. gerratum ejusmodi.

CAPUT VII.

Quam diversa Græcorum sententia super numero Niobæ filiorum.

Mira & prope adeo ridicula diversitas fabulæ apud Græcos poetas reprehenditur, super numero ^a Niobæ filiorum: nam Homerus pueros puellasque ejus ^b bis senos dicit fuisse, Euripides ^c bis septenos, Sappho ^d bis novenos, ^e Bacchilides & Pindarus ^f bis denos: quidam alii scriptores tres fuisse solos dixerunt.

INTERPRETATIO.

^a Duodecim. ^b quatuordecim. ^c octodecim. ^d viginti.

NOTA.

1. *Niobæ.*] Niobe filia Tantali cum liberos ab Apolline & Diana sagittis transixos vidisset, vehementi dolore stupefacta obmutuit; unde poetis occasio fingendi eam in saxum mutatam.

2. *Bacchilides.*] Hic oriundus ex insula Cea in mari Ægæo, poeta Lyricus claruit, ut refert Eusebius in *Chronicis*, Olymp. LXXXII. annis ante Christi ortum CCCLII.

CAPUT VIII.

De iis quæ habere videntur cum luna auferente ac senescente.

Anianus poeta in fundo suo, quem in ^a agro Falisco possidebat, me & quosdam item alios familiaris vocavit. Ibi tum, cœnantibus nobis, magnus ostrearum numerus Roma missus est: quæ cum appositæ fuissent, & multæ quidem sed ^b inubercs macræque essent: ^c Luna, inquit Annia-

INTERPRETATIO.

^a Solebat transigere ferias vindemiales. ^b sine succo.

NOTA.

1. *Agro Falisco.*] Faliscorum ager est in Etruria. Faliscorum mons nunc dicitur *Monte Sani Oreste*.

2. *Luna nunc videlicet senescit.*] Conchyliæ crescunt crescente Luna, quoniam, inquit Cardanus, tunc temporis

nus, nunc videlicet senescit: ^d ea re ostrea quoque, sicuti quædam alia, tenuis exsuctaque est: cum quæreremus, quæ alia item senescente luna tabescerent: Nonne Lucilium, inquit, nostrum meministis dicere?

5 ^c Luna alit ostrea & implet echinos, muribus fibras
Et pecui addit.

Eadem autem ipsa, quæ crescente luna ^f gliscunt, deficiente contra lunam deficiunt. ^g Alurorum quoque oculi ad easdem vices lunæ aut ampliores sunt aut minores. Id etiam, inquit, multo mirandum est magis, quod apud Plutarchum in IV. in ^h Isin & Osiridem commentario legi; Cæpe tum revirescit & congerminat decedente luna, contra autem inarescit adolescente: eam causam esse dicunt sacerdotes Ægyptii, cur Pelusiotæ cæpe non edunt: quia solum olerum omnium ^b contra lunæ aucta atque damna vices minuendi & augendi habeat contrarias.

INTERPRETATIO.

^c decrevit. ^d idcirco ostrea sunt sine pinguedine & succo, sicut quædam alia res. ^e luna nutrit ostreas, pinguefacit echinos | marinos, addit fibras muribus & pecui. ^f crescunt. ^g felium. ^h contra luna incrementa & decrementa.

NOTÆ.

aqua & limus quibus vescuntur extenuantur & excoquantur ideoque melius nutriunt: unde & pinguescunt. Aliam affert Pierius rationem, quod cancri ad lunæ splendorem de nocte accedentes diutius pascantur. Aldrovandus causam rejicit in proprias lunæ affectiones, quæ sunt rigare & modico calore humectare. Id autem falsum esse, nec ostrea senescente luna tabescere recentiores philosophi quotidianis experimentis edocti contendunt.

3. *Isin & Osiridem.*] Ex quo Plutarchi libro desumpta sunt quæ Gellius hic refert. Locum hunc restitutum industria Lambecii debemus: prius legebatur apud Plutarchum in IV. in Hesiodum commentario; quo vix quicquam erat absurdus.

CAPUT IX.

Qualibus verbis delectari solitus sit Antonius Iulianus positus in mimiambis, quos Cn. Marius scripsit.

15

Delectari mulcerique aures suas dicebat Antonius Julianus figmentis verborum novis Cn. Matii, hominis eruditi: qualia hæc quoque essent, quæ scripta ab eo in mimiambis memorabat.

Sinuque amicam reficere frigidam, ¹ caldo:

20

² Columbatimque labra conserens labris.

Idem id quoque jucunde lepideque fictum dictitabat.

^b Iam tonsiles tapetes ebrij fuce,

Quos ² concha purpura imbuens ³ venenavit.

INTERPRETATIO.

^a Instar columbarum mutua dans oscula. ^b tapetes tonfi, omnino imbuti colore vivo do, qui purpureo colore infecti sunt.

NOTÆ.

1. *Caldo.*] Dicitur pro calido.
2. *Concha purpura.*] Purpura pifeis ex concharum genere, ex quo liquor exprimitur purpureus, | 3. *Venenavit.*] Venenum aliquando sumitur pro colore; vnde venenare idem est quod colore tingere.

Item illud :

^c Dein coquenti vasa cuncta deiecit :
Nequamve scitamenta ⁊ pipulo poscit.

INTERPRETATIO.

^c hinc ⁊ inde projicit vasa omnia coquentis, ⁊ improbus poscit conviciis delicatesciores cibos.

NOTA.

4. Pipulo.] Pipulum, quantum ex Varrone ⁊ Nonio colligitur, est convicium ⁊ clamor querentis.

CAPUT X.

Quid vocabulum ex jure manum confertum, significet.

EX. JURE. MANUM. CONSERVATUM. verba sunt ex antiquis actionibus : quæ, cum lege agitur ⁊ ^a vindictæ contenduntur, dici nunc quoque apud prætorem solent. Rogavi ego Romæ grammaticum celebri hominem fama ⁊ multo nomine, quid hæc verba essent : tum ille me despiciens ; Aut erras, inquit, adolescens, aut ludis : rem enim doceo grammaticam, ^b non jus respondeo : si quid igitur ex Vergilio, Plauto, Ennio quærere habes ; quæras licet. Ex Ennio ergo, inquam, est, magister, quod quæro. Ennius enim verbis hæc usus est : cumque ille demiratus aliena hæc esse a poetis, ⁊ haud usquam inveniri in carminibus Ennii diceret : tum ego ^c hos versus ex octavo annali absentes dixi. Nam forte eos tamquam insigniter præter alios factos memineram.

Pellituræ medio sapientia : vi geritur res.

Spernitur orator bonus. horridus miles amatur.

^d *Haud doctis dictis certantes sed maledictis,*

Miscet inter sese inimicitias agitantes.

^e *Non ex jure manum confertum, sed magis ferro*

Rem repetunt, regnumque petunt : vadunt solida vi.

Cum hos versus Ennianos dixissem : Credo, inquit grammaticus, jam tibi : sed tu velim credas mihi, Q. Ennium didicisse hoc non ex poeticae literis, sed ex juris aliquo perito. Eas igitur tu quoque, inquit, ⁊ discas unde Ennius didicit. Usus consilio sum magistri, quod docere me ipse debuerat, a quo discerem prætermonstrantis : itaque id, quod ex Jureconsultis ex librisque eorum didici ; inferendum his commentariis existinavi : quoniam in medio rerum ⁊ hominum vitam qui colunt, ignorare non oportet verba actio-

INTERPRETATIO.

^a Postulatur possessio rei litigiosæ. ^b non respondeo de verbis ad jus pertinentibus. ^c ex octavo annali recitavi memoriter versus quos non habebam presentes in manibus. ^d non jocos subtilioribus. ^e non repetunt sua, sed a vi juxta juris leges, sed ferro. Agunt vera violentia.

NOTA.

1. Vindicta.] Vindictæ sive vindicæ lite cognoscit. Interdum est res ipsa possessio est rei litigiosæ, dum judex de possessa.

num civilium celebriora. ² *Manum conferere* est; de qua re disceptatur, in re præsentī, *sive ager sive quid aliud est*, simul adversarium manu prenderit, in ea re ^f optimis verbis vindicare: *vindicia*, id est, correptio manus in re atque in loco præsentī, apud prætorem ex duodecim tabulis fiebat in quibus ita scriptum est. **SI. Q. I. IN. JURE. MANUM. CONSERUNT.** Sed postquam prætores propagatis Italiæ finibus, datis jurisdictionibus, negotiis occupati proficisci ³ *vindiciarum dicendarum causa* & in longinquas res gravabantur: institutum est, contra duodecim tabulas, tacito consensu, ut litigantes non in jure apud prætorem manum confererent, sed ex jure ma-
 10 num confertum vocarent; id est, alter alterum ex jure ad conferendam manum in rem, de qua ageretur, vocaret: atque profecti simul in agrum, de quo litigabatur, terræ aliquid ex eo, uti unam glebam, in jus in urbem ad prætorem deferrent; & in ea gleba, tamquam in toto agro, vindicarent: idque Ennius significare volens ait, non, ut ad prætorem solitum est, agi
 15 legitimis actionibus, neque ex jure manum confertum, sed bello ferroque & vera vi atque solida. Quod videtur dixisse conferens vim illam civilem & ^h ⁴ *festucariam*, quæ verbo diceretur, non quæ manu fieret, cum vi bellica & cruenta.

INTERPRETATIO.

f optimo jure. *g* in terras longius distantes. *h* imaginariam.

NOTÆ.

². *Manum conferere.*] Est proprie in prælio venire ad manus. Transfertur autem a militiæ certaminibus ad fori contentiones. Scilicet petitor & is a quo petebatur dicta die in agrum litigiosum conveniebant, simulatoque conflictu quasi per vim expellebatur ex agro peti-

tor, hic deinde ad prætorem appellabat de vi, ac petebat ut sibi sua restitueretur.
³. *Vindiciarum dicendarum.*] Dicere vindicias est adjudicare alterutri rem controversam.

⁴ *Festucariam.*] Festucaria vis, quæ fit de festuca & re parvi momenti.

CAPUT XI.

Quid sit sculnæ verbum positum apud M. Varronem.

20 **P**UBLII Lavini liber est ^a non incuriose factus. Is inscriptus est, *de verbis sordidis*. In eo scripsit *sculnam* vulgo dici, quasi *seculnam*; *quem qui elegantius, inquit, loquuntur*, ¹ *sequestrem appellant*. Utrumque vocabulum a sequendo factum est: quod ejus, qui electus sit, utraque pars fidem sequatur: *sculnam* autem scriptum esse in logistorico M. Varronis, qui inscribitur, *Cacus*, idem Lavinius in eodem libro admonet. Sed quod apud *seque-*
 25 *strem* depositum erat, *sequestro* positum per adverbium dicebant. Cato de Ptolemæo contra Thermum:

Per deos im mortalis nolite vos ^b sequestro ponere.

INTERPRETATIO.

^a Diligenter compositus. ^b apud sequestrem.

NOTÆ.

¹. *Sequestrem.*] Sequester is est, cui depositum aliquod duo vel plures com-
 miserunt, ut ei reddat cui rebus attente consideratis reddendum judicaverit.

FINIS.

INDEX CAPITUM.

COMMENTARIO PRIMO

HÆC INSUNT.

- CAP. I. Quali proportionē quibusque collectionibus Plutarchus ratiocinatum esse Pythagoram philosophum dixerit de comprehendenda corporis proceritate, quæ fuit Hercules, cum vitam inter homines viveret.
- CAP. II. Ab Herode Attico c. v. tempestive de prompta in quemdam iactabundum & gloriosum adolescentem, specie tantum philosophiæ sectatorem, verba Epicæti Stoici; quibus festiviter a vero Stoico se junxit vulgus loquacium nebulonum, qui se Stoicos nuncuparent.
- CAP. III. Quod Chilo Lacedæmonius consilium anceps pro salute amici cepit; quodque est circumspicere & anxie considerandum an pro utilitatibus amicorum delinquendum aliquando sit; notataque inibi & relata quæ & Theophrastus & M. Cicero super ea re scripserunt.
- CAP. IV. Quam tenuiter curioseque exploraverit Antonius Julianus in oratione M. Tullii verbi ab eo mutati argutiam.
- CAP. V. Quod Demosthenes rhetor cultu corporis atque vestitu probri obnoxio infamique mundiciæ fuit; quodque item Hortensius orator ob ejusmodi mundiciæ gestumque in agendo histrionicum Dionysiæ saltatriculæ cognomento compellatus est.
- CAP. VI. Verba ex oratione Metelli Numidici, quam dixit ad populum in censura cum eum ad uxores ducendas adhortaretur; eaque oratio quam ob causam reprehensa, & quem contra in modum defensa sit.
- CAP. VII. In hisce verbis Ciceronis ex oratione quintra in Verrem, *Hanc sibi rem sperant præsidio futurum*; neque mendam esse neque vitium; errareque istos qui bonos libros violant & futuram scribunt; atque inibi de quodam alio Ciceronis verbo dictum quod probe scriptum perperam mutatur: & aspersa pauca de modulis numerisque orationis, quos Cicero avidè sectatus est.
- CAP. VIII. Historia in libris Socionis philosophi reperta super Laide meretrice & Demosthene rhetore.
- CAP. IX. Qui modus fuerit, quis ordo disciplinæ Pythagoricæ; quantumque temporis imperatum observatumque sit dicendi simul ac tacendi.
- CAP. X. Quibus verbis compellaverit Favorinus philosophus adolescentem Cascenimis & vetuste loquentem.
- CAP. XI. Quod Thucydides historiæ scriptor inclutus Lacedæmonios in acie non tuba sed tibiis esse usos dicit; verbaque ejus super ea re posita; quodque Herodotus Halyatten regem fidicinas in prociectu habuisse tradit; atque inibi quædam notata de Gracchi fistula concionatoria.
- CAP. XII. Virgo Vesta quid ætatis, ex quali familia, & quo ritu quibusque ceremoniis & religionibus, ac quo nomine a pontifice maximo capiatur, & quo statim jure esse incipiat simulatque capta est; quodque, ut Labeo dicit, nec illa intestato cuiquam nec ei intestatæ quisquam jure heres est.
- CAP. XIII. Quæsitum in philosophia, quidnam foret in recepto mandato rectius, idne omnino facere quod mandatum est; an non nunquam etiam contra, si id speres ei qui mandavit utilius fore; superque ea quæstione expositæ diversæ sententiæ.
- CAP. XIV. Quid dixerit feceritque C. Fabricius, magna vir gloria magnificæque rebus gestis, sed familiæ pecuniæque inops; cum ei Samnites tamquam indigenti grave aurum donarent.
- CAP. XV. Quam importunum vitium sit plenumque odii, futilis inanisque

verbi ratio reddita.

CAP. XV. Quod antiquitus ætati senectæ potissimum habitū sunt ampli honores; & cur postea ad maritos & patres idem isti ampli honores delari sunt. Atque ibi quædam de capite legis Julię septimo.

CAP. XVI. Quod Cællius Vindex a Sulpicio Apollinari reprehensus est in sensus Virgiliani enarratione.

CAP. XVII. Cujusmodi naturam esse quarundam præpositionum M. Cicero animadverterit: disceptatumque ibi super eo ipso quod Cicero observaverat.

CAP. XVIII. Quod Phædon Socraticus servus fuit; quodque item alii philosophi complusculi servitutem servierunt.

CAP. XIX. Rescire verbum quid sit, & quam habeat veram atque propriam significationem.

CAP. XX. Quæ vulgo dicuntur *vivaria*, id vocabulum veteres non dixisse, & quid pro eo P. Scipio in oratione ad populum, quid postea M. Varro in libris de re rustica dixerit usurpatum.

CAP. XXI. Super eo fidere quod Græci ἀνατολῆς, nos septentriones vocamus: ac de utriusque vocabuli ratione & origine.

CAP. XXII. De vento Iapyge, deque aliorum ventorum vocabulis regionibusque accepta e Favorini sermonibus.

CAP. XXIII. Consultatio dijudicatioque locorum facta ex comœdia Menandri & Cæcili, quæ Plocium inscripta est.

CAP. XXIV. De vetere parsimonia, deque antiquis legibus sumtuariis.

CAP. XXV. Quid Græci ἀνατολίαν, quid contra ἀνατολίαν vocent.

CAP. XXVI. Sermones M. Frontonis & Favorini philosophi de generibus colorum vocabulisque eorum Græcis & Latinis; atque inibi color spadix cuiusmodi sit.

CAP. XXVII. Quid T. Castricius existimaverit super Sallustii verbis & Demosthenis, quibus alter Philippum descripsit, alter Sertorium.

CAP. XXVIII. Non esse compertum, cui deo rem divinam fieri oporteat, cum terra movet.

CAP. XXIX. Apologus Æsopi Phrygis memoratu non inutilis.

CAP. XXX. Quid observatum sit in undarum motibus, quæ in mari alio atque alio modo fiunt austris flantibus aquilonibusque.

COMMENTARIO TERTIO
HÆC INSUNT.

CAP. I. Quæsitum ac tractatum, quam ob causam Sallustius avacitiam dixerit non animum modo virilem sed corpus quoque ipsum effeminare.

CAP. II. Quemnam esse natalem diem M. Varro dicat eorum qui ante noctis horam sextam postve eam nati sunt: atque inibi de temporibus terminisque dierum, qui civiles nominantur & usquequaque gentium varie observantur: & præterea quid Q. Mucius scripserit super ea muliere, quam maritus non jure usurpavisset, quia rationem civilis anni non habuerit.

CAP. III. De noscendis explorandisque Plauti comœdiis, quoniam promisce veræ atque falsæ nomine ejus inscriptæ feruntur: atque inibi, quod Plautus in pistrino & Nævius in carcere fabulas scriptitavit.

CAP. IV. Quod P. Africano & aliis tunc viris nobilibus ante ætatem senectam barbam & genas radere moris fuit.

CAP. V. Deliciarum vitium & mollicies oculorum & corporis ab Archesilao philosopho cuidam opprobriata acerbe simul & festiviter.

CAP. VI. De vi atque natura palmæ arboris, quod lignum ex ea ponderibus impositis renitatur.

CAP. VII. Historia ex annalibus sumpta de Q. Cædicio tribuno militum; verbaque ex originibus M. Catonis apposita, quibus Cædicii virtutem cum Spartano Leonida æquiaprat.

CAP. VIII. Literæ eximie consulum C. Fabricii & Æmilii ad regem Pyrrhum a Q. Claudio scriptore historiarum in memoriam datæ.

CAP. IX. Quis & cuiusmodi fuerit qui in proverbio fertur *equus Sejanus*: & qualis color equorum sit qui *spadices* vocantur; deque istius vocabuli ratione.

CAP. X. Quod est quædam septenarii numeri vis & facultas in multis naturæ rebus animadversa, de qua M.

Varro in hebdomadibus differit copiose.

CAP. XI. Quibus & quam frivolis argumentis Accius in didascalicis utatur, quibus docere nititur Hesiodum esse quam Homerum natu antiquiorem.

CAP. XII. Largum atque avidum bibendi, a Publio Nigidio doctissimo viro, novo & propemodum absurdo vocabulo *bibosum* dictum.

CAP. XIII. Quod Demosthenes, etiam tum adolescens, cum Platonis philosophi discipulus foret, audito forte Callistrato rhetore in concione populi, desistit a Platone, & sectatus est Callistratum.

CAP. XIV. *Dimidium librum legi*, aut, *dimidiam fabulam audivi*, aliaque ejuscemodi qui dicat, vitiose dicere: ejusque vitii causas reddere M. Varro- nem; nec quemquam veterum iisce verbis ita usum esse.

CAP. XV. Extare in literis, perque hominum memorias traditum, quod repente multis mortem attulit gaudium ingens insperatum, interclusa anima & vim magni novique motus non sustinente.

CAP. XVI. Temporis varietas in puerperiiis mulierum quænam sit & a medicis & philosophis tradita, atque inibi poetarum quoque veterum super eadem re opiniones: multaque alia auditu atque memoratu digna: verbaque ipsa Hippocratis medici ex libro illius sumta, qui inscriptus est *περὶ τῆς τεοφῆς*.

CAP. XVII. Id quoque esse a gravissimis viris memoriæ mandatum quod tres libros Plato Philolai Pythagorici & Aristoteles Spensippi philosophi mercati sunt precii fidem non capientibus.

CAP. XVIII. Quid sint *pedarii senatores*, & quam ob causam ita appellati; quamque habeant originem verba hæc ex edicto tralatitio consulum, SENATORUM. QUIBUS. QUE. IN SENATU. SENTENTIAM. DICERE. LICET.

CAP. XIX. Qua ratione Gabius Bassus scripserit *parcum* hominem appellatum; & quam ejus vocabuli causam putarit; & contra quem in modum quibusque verbis Favorinus hanc traditionem ejus eluserit.

COMMENTARIO QUARTO
HÆC INSUNT.

CAP. I. Sermo quidam Favorini philosophi cum grammatico jactantior factus in Socraticum modum: atque inibi in sermone dictum, quibus verbis *penus* a Q Scævola definita sit, quodque eadem definitio culpata reprehensaque est.

CAP. II. Quid differant *morbus & vitium*; etquam vim habeant vocabula ista in edicto ædilium; & an eunuchus & steriles mulieres redhiberi possint; diversaque super ea re sententia.

CAP. III. Quod nullæ fuerint rei uxoriæ actiones in urbe Roma ante Carbilianum divortium: atque inibi quid sit proprie *pelex*, quæque ejus vocabuli ratio sit.

CAP. IV. Quid Servius Sulpicius, in libro qui est de dotibus, scripserit de jure atque more veterum sponsaliorum.

CAP. V. Historia narrata de perfidia haruspicum Etruscorum, quodque ob eam rem versu hic a pueris Romæ urbe tota cantatus est:

Malum consilium consultori pessimum est.

CAP. VI. Verba veteris senatusconsulti, in quo decretum est hostiis majoribus expiandum quod in sacratio hæstæ Martiæ movissent: atque inibi enarratum quid sint *hostiæ succidanea*, quid item *tempora præcidanea*; quodque Capiro Ateius *ferias* quasdam *præcidaneas* appellavit.

CAP. VII. De epistola Valerii Probi grammatici ad Marcellum scripta, super accentu nominum quorundam Pœnicorum.

CAP. VIII. Quid C. Fabricius de Cornelio Rufino homine avaro dixerit; quem, cum odisset inimicusque esset, designandum tamen consulem curavit.

CAP. IX. Quid significet proprie *religiosus*, & in quæ diverticula significatio vocabuli istius flexa sit; & verba Nigidii Riguli ex commentariis ejus super ea re sumta.

CAP. X. Quid observatum de ordine ro-

- gandarum sententiarum in senatu, iurgiorumque in senatu C. Cæsaris confulis & M. Catonis diem dicendo eximentis.
- CAP. XI. Quæ qualiaque sint quæ Aristotenus quasi magis comperta de Pythagora memoriz commendavit: & quæ item Plutarchus eundem in modum de eodem Pythagora scripsit.
- CAP. XII. Notæ & animadversiones censoriz in veteribus monumentis reperitæ memoria dignæ.
- CAP. XIII. Quod incentiones quædam tibiæ certo modo factæ ischiacis mederi possint.
- CAP. XIV. Narratur historia de Hostilio Mancino ædili & Mamilia merettice: verbaque decreti tribunorum ad quos a Mamilia provocatum est.
- CAP. XV. Defensio a culpa sententia ex historia Sallustii, quam inimici ejus cum insectatione maligne reprehenderit.
- CAP. XVI. De vocabulis quibusdam a Varone & Nigidio, contra quotidiani sermonis consuetudinem, declinatiz; atque inibi, id genus quædam cum exemplis veterum relata.
- CAP. XVII. De natura quarumdam particularum, quæ præpositæ verbis intendi atque produci barbare atque inscite videntur, exemplis rationibusque pluseulis disceptarum.
- CAP. XVIII. De Africano superiore sumpta quædam ex annalibus memoratu dignissima.
- CAP. XIX. Quid Marcus Varro in logistico scripserit de moderando victu puerorum impubium.
- CAP. XX. Notati a censoribus qui audientibus iis dixerant joca quædam intempestiviter: ac de ejus nota deliberatum, qui steterat forte apud eos oscitabundus.
- CAP. XXI. Quæ qualiaque sint quæ Aristotenus quasi magis comperta de Pythagora memoriz commendavit: & quæ item Plutarchus eundem in modum de eodem Pythagora scripsit.
- CAP. XXII. Notæ & animadversiones censoriz in veteribus monumentis reperitæ memoria dignæ.
- CAP. XXIII. Quod incentiones quædam tibiæ certo modo factæ ischiacis mederi possint.
- CAP. XXIV. Narratur historia de Hostilio Mancino ædili & Mamilia merettice: verbaque decreti tribunorum ad quos a Mamilia provocatum est.
- CAP. XXV. Defensio a culpa sententia ex historia Sallustii, quam inimici ejus cum insectatione maligne reprehenderit.
- CAP. XXVI. De vocabulis quibusdam a Varone & Nigidio, contra quotidiani sermonis consuetudinem, declinatiz; atque inibi, id genus quædam cum exemplis veterum relata.
- CAP. XXVII. De natura quarumdam particularum, quæ præpositæ verbis intendi atque produci barbare atque inscite videntur, exemplis rationibusque pluseulis disceptarum.
- CAP. XXVIII. De Africano superiore sumpta quædam ex annalibus memoratu dignissima.
- CAP. XXIX. Quid Marcus Varro in logistico scripserit de moderando victu puerorum impubium.
- CAP. XXX. Notati a censoribus qui audientibus iis dixerant joca quædam intempestiviter: ac de ejus nota deliberatum, qui steterat forte apud eos oscitabundus.
- fuisse dicatur Protagoræ ad philosophiz literas adeundi.
- CAP. IV. De verbo *duoervicesimo*, quod vulgo incognitum est, a viris doctis multifariam in libris scriptum est.
- CAP. V. Cujusmodi joco cavillatus sit Antiochum regem Pœnus Hannibal.
- CAP. VI. De coronis militaribus; quæ sit earum *triumphalis*, quæ *obsidionalis*, quæ *civica*, quæ *muralis*, quæ *castrensis*, quæ *navalis*, quæ *ovalis*; quæ *oleaginea*.
- CAP. VII. *Persona* vocabulum quam lepide interpretatus sit, quamque esse vocis ejus originem dixerit Gabius Bafus.
- CAP. VIII. Defensus error a Virgilio versibus, quos arguerat Julius Hyginus grammaticus, & ibidem quid sit *lituus*; deque etymologia vocis ejus.
- CAP. IX. Historia de Croci filio sumpta ex Herodoti libris.
- CAP. X. De argumentis quæ Græce *ἀντιπρόσθε* appellantur, a nobis reciproca dici possunt.
- CAP. XI. Biantis de re uxoria syllogismum non videri posse *ἀντιπρόσθε*.
- CAP. XII. De nominibus deorum populi Romani *Dijovis* & *Vejovis*.
- CAP. XIII. De officiorum gradu atque ordine moribus populi Romani observato.
- CAP. XIV. Quod Appion doctus homo, qui Plistonices appellatus est, vidisse se Romæ scripsit recognitionem inter se mutuam ex veteri notitia hominis & leonis.
- CAP. XV. Corpuse sit vox an *ἀντιπρόσθε*, varias esse philosophorum sententias.
- CAP. XVI. De vi oculorum atque videndi rationibus.
